

De loochatis frigidis. Rub. 10.
LOOCH de papauere, diacodion Mef. Nico. di amoron Mef. iulep. violatum, iulep rosatum.

De syrupis, & secaniabin, & decoctionibus, & quæ sequuntur. Rub. 11.

VNDE dictum est satis in vniuersali supra: de ipsis uerò fm determinantum membrorum, & specialium ægritudinem dicetur in proprijs capitulis. decoctio alia non est in usu cõi; sed vnusquisq; practicus eas, ut uidetur expedire componit; multi tamen aqua fructuum utuntur, & benè.

De suffuf. Rub. 12.

DICITVR, quòd non vtuntur ab aliquo.

De trochiscis calidis. Rub. 13.

TROCHISCI de gallia incomposita Nic. capitulo de confessione galliæ incompositæ, & Mef. facit capitulum de trochiscis galliæ incompositæ, trochisci de eupatorio Mef. trochisci de rhabarbaro Mef. de absinthio Mef. de capparibus Nico. de lacca Mef. uæ.

De frigidis. Rub. 14.

DIARODON abbatis Mef. trochisci de camphora Mef. trochisci de spodio Mef. trochisci de alkekengi Mef. trochisci de rosis Mef. trochisci de terra sigillata Mef. trochisci de carabe Mef. uæ.

De rob calidis & frigidis. Rub. 15.

ROB vini fit communiter consumpta medietate uini, multi consumptis duabus paribus. rob nucum, de berberis, de ribes, de agresto, de moris Mef.

De oleis. Rub. 16.

DE oleis calidis vsualibus. oleum de amygdalis dulcibus, de amygdalis amaribus, chamomillinum, anethinum, irinum, de absinthio, de lilijs, de euphorbio, de piperibus, de vitellis ouorum, de semine lini, de cinnamomo, laurinum, sisaminum, irinum, rutaceum, nardinum, masticinum, costinum, vulpinum, de scorpionibus, de lateribus, de croco. omnia secundum Mef.

De frigidis. Rub. 17.

DE oleis frigidis vsualibus. oleum violaceum, de citonijs, de mandragoris, rosaceum, nenupharinum, myrtinum. omnia secundum Mef.

De vnguentis calidis. Rub. 18.

DE vnguentis calidis. vnguentum marciatõ Nic. agripa Nic. dialthæa Nico. ægyptiacum Mef. basilicon Mef. vnguentum fuscum Nico. dictum turpe bonum, apostol. Nic. hyssopus humida Mef. vnguentum ceraseos Mef.

De frigidis. Rub. 19.

VNGVENTVM rosatum Mef. vnguentum album, siue de cerussa, & cum aceto & sine Nic. vnguentum populeõ, unguentum citrinum Nic.

De emplastris, & cerotis calidis. Rub. 20.

DE emplastris calidis, & cerotis. emplastrum de meliloto Mef. de sinapi Mef. cerotum stomatichum Mef. emplastrum diachylon Mef. oxycroceum Nic.

De frigidis. Rub. 21.

DE emplastris frigidis. emplastrum diafinicon descriptione Alexandri Mef. cerotum sandalinum Mef.

De embrochationibus & suffumigijs. Rub. 22.

DE embrochis nota, quòd nulla est embrochatio in usu cõi; sed à practicanibus conficitur calida, uel frigida cõstrictiua, vt videtur expedire. de suffumigationibus uerò inuenio Nico. posuisse confectionem alyptæ in concuitate, & in his aut similibus terminatur prima intentio.

De vomitu, & prouocatiuis vrinæ. Rub. 23.

SECVNDa intentio completur cum solitijs primò de quibus supra satis dictum est, quò ad electaria, pilulas hieras, confectiones &c. completur etiam cum eductiuis per uias vrinæ, & per vomitum.

DE vomitu dicendum, qd vomitus cõis compositus est ex aqua simplici acetosando eam cum modico aceti, aut cù syrupo acetoso, ut Aui. prima quarti de cura putridarum in generali, ita qd totù detur tepidù in quantitate .ʒ. x. uel circa p uice. laudatur tñ uomitus facilis à Nic. & plures alios ponunt. de eductiuis per uias vrinæ habemus litor-

E pon Nico. electarium ducis Nic. Iustinum nil filantropon Nic. & in his paucis terminatur secunda intentio.

De tertia intentione, quæ est constrictio. Rub. 24.

TERTIA uerò intentio, ut dictum est, completur primò cum oleis cõstrictiuis; ut sunt oleum myrtinum, oleum masticinum, oleum rosaceum, de citonijs, de absinthio.

DE vnguentis constrictiuis. unguentum ros. populeon, de cerussa, vnguentum citrinum Nic.

DE emplastris constrictiuis, & cerotis. unde emplastra & cærotaria fiunt constrictiua plus, & minus secundum iminentem necessitatem, & auctores plura posuerunt, sed ex his duo sunt in usu modernorum; emplastrum diafinicõ, & cerotum alexandrinum.

DE embrochis, sacculis. notandum, qd nulla embrocha, nec aliquis sacculus est in usu practicanum; sed quilibet cõponit, ut supra, & similiter clysteria. itè nec suffumigia.

De syrupis constrictiuis.

SYRVPVS de myrto, miua citoniorum, syrupus de absinthio, syrupus rosatus, syrupus de papauere.

De trochiscis constrictiuis.

TROCHISCI de carabe, de terra sigillata, de absinthio de spodio, de rosis.

DE confectionibus constrictiuis. sciendum, quòd nulla specialis confectio solida constrictiua est in usu modernorum practicanum, nisi diacitoniten zuccharatum; tamen in prohibendo fluxum humiditatum à capite ad pectus utitur diadraganto frigido.

DE electarijs constrictiuis. electarium de sorbis, athanasia, michileta, theriaca fermentata, trifera minor ex arte facta nonis: nam illud est unum ex signis ab auctoribus positis ad bonitatem eius probandam, & excellentiam, si fluxum stringit maximè prouenientem ex effrenatione pharmaci.

DE pilulis constrictiuis. unde illæ fiunt ex trochiscis, & speciebus electariorum; vt verbi gratia, ex speciebus michiletæ. fiunt etiam pilulæ constrictiue ex pulueribus simplicium constrictiuorù, de quibus supra quarto tracta. quarto cap. & infra in speciali dicetur.

G **P**RO constrictiuis. rob omnia frigida dicta. & aduertendum, quòd ex succis herbarum, & simplicium constrictiuorum completur etiam ipsa tertia intentio, quæ ex his sic positis terminantur.

De quarta intentione, quæ est confortatio. Rub. 25.

QUARTA intentio completur, ut dictum est, primò cum his, quæ confortant, siue ad extrà, siue ad intrà applicentur.

Pro quo notandum, quòd, & licet supra quarto tracta. 3. cap. dictum sit, quid sit medicina confortatiua; tamè nunc ponuntur nouem modi, quibus medicina dicitur confortatiua.

Primo quidè modo confortatiua dicitur; quia malos, & nocentes humores à corpore expellit, ut laxatiua: quædam constringendo; ut opiata: quædam digestionem adiuuando; ut diaciminum ro. & hmõ: quædam spiritus reparando; ut aromatica: quædam reparando spiritus, & humores, ut diamargariton: quædam reparando deperdita; ut cibus & potus: quædam lætificando; ut crocus lingua bouis: quædam mûdificando humores; ut aurum: quædam faciendo humores claros, & puros, & ipsos in sua claritate, & puritate seruando; vt confectio Mef. in suo antidotario de appropriatis post capitulum de dysenteria, & cæteræ confectiones iuuenescere facientes ab auctoribus positæ. legatur itaq; quòd scriptum est supra tracta. 4. 14. cap. & adducatur hic. & oia, quæ dicta sunt de oleis calidis, frigidis, electarijs, syrupis, confectionibus; omnium enim exempla posita ibi sunt: nã diamargariton, manuschristi perlatum, plirisarcoticon, & huiusmodi uirtutes confortant. & quoniam scio ex positis exempla abundare; hinc ut breuiloquus, & non tediosus efficiar à positione particulari exemplari retraho: satis enim est, ut sciatur, quomodo membrum, aut totum confortetur ex positis hic, & supra. 4. tract. 4. capi.

Et sic terminatur tractatus noster quintus, pro quo, etiam alijs Iesu Deo gratias infinitas ago, ut beneficio rum suorum multitudo meretur.

IOAN. MICHAELIS SAVONAROLAE MEDICI
 PRAECLARISSIMI TRACTATUS SEXTVS, IN QVO
 agitur de omnibus ægritudinibus particularibus à
 capite vsq; ad pedes, & earum curis.

PROHEMIUM.



TRACTATUS sextus, in quo determinabitur de omnibus ægritudinibus particularibus membrorum nostri corporis a capite vsque ad pedes, diuinum semper implorans auxilium, congregabo receptas aliquas cum canonibus suis in opere medicinali dignas laude; vt dispositionibus membrorum humanorum particularibus occurrere sine magno studio valeamus. uerum in vnoquoq; cap. vt lati processus rationabilior habeatur; hunc seruabo ordinem. primò nanque membri ipsius, de quo sermo fiet, anatomia; vt proposito fuerit necessaria tangetur; nam eius notitia est medico nimium opportuna, vt supra primo trac. 2. cap. secundò eius inscribetur complexio: tertio descriptio, siue notificatio ipsius præternaturalis dispositionis: quartò causas: quintò signa: sextò can. recitabuntur curatiui: septimò simplicia numerabuntur, & composita vsualia canones perficiendo; addendo in compositis composita, laude, & experientia digna: octauò digna tanguntur, aliqua subnectam practicabilia iuuenibus satis necessaria. post quæ ponentur aphorismi Hippo. de re ipsa intentionem facientes: nam in eis doctores materias disputant, quorum disputationes poterunt reuoluere cupientes &c. cum loca annotata nouerint. ex quibus patet in vnoquoque capitulo nouem expedientia fore. continet autem tractatus iste capitula vigintiduo.

ARGUMENTVM IN CAP. I.

VIGINTI enumerantur dispositiones præternaturales, quibus caput afficitur; hoc est, dolor capitis, qui sòda dicitur, & hemicrania, dolor ex percussione, phrenesis, sibare, lethargia, diminutio memoriae, subeth, corruptio imaginationis, vigilia superflua, apoplexia, melancholia, mania, cutubuth, ilisci, amentia & stoliditas, permixto sensus & alienatio, vertigo & scotomia, palpitatio, incubus, & epilepsia. dolor igitur capitis est tristis sensatio ab eo percepta facta à re contraria subito, & materialiter: quæ res aut est mala complexio, aut solutio continuitatis, aut ambæ simul. ex his tribus signa hauriuntur. cura doloris ex materia fit ex quatuor; ex regimine ex parte causarum primitiuarum, ex abscissione antecedentium, remotione causæ, & remotione accidentium. hemicrania est dolor in altera parte capitis excitatus, cuius causa vt plurimum est frigida; possunt tamen alij humores commisceri. cura quidem capitis ex percussione est sedare dolorem, auertere materiam, & caput confortare. phrenesis est apostema calidum in velamine cerebri subtili, & crasso, absque corpore ipsius. duplex autem est phrenesis aut vera, quæ ex materia calida cholericæ in anteriori parte impressa. verum sibare est apostema substantiæ cerebri à cholera adusta procedens, adest mania, & demonicum superfluum. lethargia verò est apostema; sed ex materia frigida in meatibus cerebri absq; velaminibus, & ventriculis, & corpore cerebri in parte posteriori secundum plurimum factum, ad quod sequitur obliuio. est sanè aut vera, aut non. vera est descripta: non vera fit ex phlegmate commixto cholericæ: quod per signa comprehenditur. sed diminutio memoriae est operatio diminuta magis solito virtutis partis posterioris cerebri; quia species receptæ retinentur: cuius causa vel est frigida, & humida, vel frigida tantum, vel excessiue calida, vel calida, & sicca. corruptio imaginationis est læsio partis anterioris cerebri; quia quis aut imaginatur, aut minuitur imaginatio, aut imaginatur, quòd non est: cuius causa vt plurimum est mala complexio calida, & sicca. subeth porro est somnus superfluus, & grauis, siue profundus, cuius grauitas est in materia, & qualitate simul ita, vt ipsius spatium sit prolixius, & eleuatio fortior: materia cuius est secundum plurimum frigida, & humida. vigilia sanè superflua est, qua fit egressus à re naturali in quantitate, qualitate, & ordine: cuius causa vt plurimum est mala complexio calida, & sicca; sed calida principalior. apoplexia quidem est membrorum ociositas à sensu, & motu; quæ fit ab oppilatione in tribus ventriculis contingente, vel in meatibus. causa oppilationis est ferè semper materia phlegmatica. sed melancholia est mutatio extimationum, & cogitationum à cursu suo naturali ad corruptionem, & timorem, & malitiã propter complexionem melancholicam efficientem spiritum syluestrem, & timidum, quæ fit à materia vt plurimum non adusta. mania verò mutatio cogitationum à cursu naturali cum mania, & audacia: cuius causa ferè semper est materia cholericæ parum adusta, vel melancholicæ adusta in qua vincit caliditas accidentalis. sed cutubuth est species melancholicæ, in qua est mutatio cogitationum, & memoriae læsio vt plurimum in Februario contingens facta à melancholia non adusta. verum ilisci est sollicitudo melancholica, qua quis ob amorem fortè, & intensum sollicitat habere re, quam nimia concupiscit auiditate; cuius causa vt plurimum est animi accidens forte. amentia verò est ablatio virtutis cogitatiuæ: sed stoliditas est diminutio, siue læsio diminuta. causa harum dispositionum est frigiditas pura, aut cum siccitate, vel aliquo humore phlegmatico in vacuitatibus vasorum cerebri. præterea vertigo est actio corrupta virtutis imaginatiuæ: cuius causa vt plurimum est vapor subtilis motus in mentibus spiritus visibilis. scotomia autem est actio corrupta virtutis imaginatiuæ, causa cuius vt plurimum est humor crassus opacus in meatibus spiritus visibilis quietus existens. palpitatio autem est vertigo minor, in qua sunt palpitationes oculorū, manū, & inuolutiones in lecto, halices, oscitationes, tensiones venarū, rubificatio faciei, & venarū, & oculi. causa est eleuatio vaporū à repletionem procedentium. verū incubus est ægritudo, in qua homo sentit ingrediens somnum phantasma super se cadens, & cōprimens, cuius causa vt plurimum est vapor materierum crassarum sanguinearū, & phlegmaticarū, aut melancholicarum eleuatus ad cerebrum subito. epilepsia quidem est ægritudo prohibens mēbra animata ab operationibus sensus, & motus, cuius causa ferè semper est phlegma, siue ventositas crassa, aut vapor oppilationem faciens non completā in ventriculis, & maximè in anteriori.

De dispositionibus præternaturalibus capitis.

De dolore capitis, qui sôda barbaris, κεφαλαλγία
Græcis dicitur. Rubrica. 1.



D R I M ò itaq; anatomiam tangens, ut dictum est in primo, anatomiam capitis necessariam proposito expediã. caput nanque diuiditur in partem extrinsecam, & intrinsecam. extrinsecam omitto tanquã sensui manifestam satis: & quoniam, quæ de intrinseca dicentur,

facile etiam applicari poterunt in salute extrinsecæ. intrinseca diuiditur in substantiam medullarem, pãniculos duos, duram matrem, & piam matrem, & uentriculos tres; scilicet anteriorem, medium, & posteriorem. & est cerebrum ipsum secundum longitudinem in duas partes diuisum diuisione manifesta penetrante, habens in anteriori parte eius duo additamenta à medicis appellata caruncula mamillares, quæ sunt organum olfactus, quæ in complexione cerebro satis assemblantur, à qua quidem parte specialiter à uentriculo interiori oriuntur septem paria neruorum. primum par est nerui optici se in medio cruciantes magni, per quos mittitur ad oculos spiritus animalis visus: secundum par est nerui parui mouentes oculos: tertium par est neruus ex parte eius uadens ad faciem, & partes eius ad tribuendum sensum. ex alio quarto pari ad dandum sensum diaphragmati, & membris pectoris, & uisceribus, & ex his sunt reuersiui, de quibus in suo loco: quintum est par neruorum auditui deseruientium: sextum dat sensum palato: septimum uerò linguæ motum, sensum, & gustum præbet.

Neruorũ septem paria.

In parte quidem posteriori cerebri est nuca in duas partes diuisa: illa tamen diuisio non usque ad profundum penetrat, sicut nec illa cerebri; est tamen inter eas separatio, ut uni parti possit oppilatio contingere, & non alteri. quare poterit paralysis in una parte contingere; ut in dextra, & non in sinistra, & econtrã. ab ipsa uerò nucha, & à spondilibus etiam oriuntur nerui præbentes sensum, & motum membris inferioribus; & quoniam spondiles sunt xxx. erũt neruorum paria xxx. & à cauda etiam oritur unus neruus carens pari. cerebrum quoque colligationem habet cum membris, quæ dicuntur orta ab eo, ut sunt oculus, auris, collum, & huiusmodi; & cum membris, quæ non dicuntur ab eo fore orta; ut sunt stomachus, splen, matrix, myrach, &c. de quibus omnibus Iesu concedente suis dicetur locis. de complexione cerebri dicendum, quod complexio cerebri, & si secundum multas mensuras multipliciter graduetur; tamen absolute pronuncians est ipsum frigidum, & humida. & ita uoluit Auic. prima tertij capi. de anatomia cerebri, ubi inquit. Cerebri uerò substantia frigida creata est, & humida. & prima primi de complexionibus membrorum, & Arist. secundo de partibus animalium nono capitulo. quantum uerò ad partem anteriorem dicitur esse humidæ complexionis respectu posterioris; & posterior respectu anterioris dicitur sicca: nam in sicco fit retentio, & in humido impressio facilius, de quo infra de diuisione memoriæ. media uerò pars cerebri declinat ad calidum, prima tertij de amentia, & stoliditate.

C A U S A E doloris capitis sunt multæ. dolor enim capitis est tristis sensatio ab eo percepta facta quidem à re contraria subito, & materialiter, & uehementer imprimente. & hæc res contraria quandoque est aut mala complexio, aut solutio continuitatis, aut ambæ simul. mala complexio quandoque est materialis, quandoque immaterialis. immaterialis calida aut frigida, sicca uel hu. de quibus statim. mala autem complexio calida, aut frigida ex se dolorem faciunt per signa ponenda cognitum. mala uerò complexio sicca per se dolorem non facit, nisi cum ea moueatur materia faciens solutionem continuitatis. & consimiliter humida minus, nisi cum ea fuerit uentositas, aut uapor solutionem continuitatis faciens. mala autem complexio calida materialis sanguinea. s. aut cholericã benè causat dolorem, & similiter ex utrisque composita, & unus est altero fortior; ut per signa patebit. & consimiliter mala complexio frigida

da materialis phlegmatica. s. aut melancholica, & iterũ ex his suo modo composita. solutio autem continuitatis dolorem causat; quando. s. est in substantia cerebri, aut panniculis, & uenis eius ex motu uaporum, & uentositatum, aut propter humorem corrosiuum, aut propter uermem, ut Auic. licet aliqui hoc negauerunt fore possibile; aut propterea quia in eo est apostema calidum, aut frigidum, de quibus suo loco infra.

Præter autem hanc diuisionem, quæ est secundum causas, diuiditur sôda in eam, quæ est per proprietatem, & in eam, quæ est per communitatem. & quæ est per proprietatem diuiditur, quia quædam est talis à causa interiori, & quædam à causa exteriori. & quæ est talis à causa interiori diuiditur secundum locum, secundum tempora, secundum qualitatem, secundum accidentia ratione eius cui superuenit. & quæ à causa exteriori, diuiditur in causas necessarias exteriores, & in non necessarias, de quibus omnibus ponantur exempla.

E xemplum primi; quia quandoque continet totum caput, & dicitur cephalæa secundum Halyab. sed Auic. dicit cum continet totum caput, & est inseparabilis, & consuetudinaria ouum dicitur, & à quibusdã dicitur galeata passio; quia similis galeæ armorum. & quæ fit in parte capitis, fit secundum longum, latum, aut profundum, aut ad intrã, aut ad extrã carnem. quod, si ad intrã; in substantia cerebri, aut uelaminibus, aut uenis. si ad extrã; aut in panniculo extrinseco, aut carne. secundum latum; quia quædam fit ex parte dextra, quædam in parte sinistra, & quædam in parte anteriori, & quædam in parte posteriori, & quædam secundum longum diuidens cranium in duas medietates. & dicitur hemicrania ab hemi, quod est dimidium, & cranium. & si in determinata parte acciderit; clauus dicitur. multis alijs, & uariis nominibus nominatur dolor capitis, de quibus non est utilitas; & ideo supersedeo à notificatione illorum.

E xemplum secundi; ut quædam plus accidit hyeme, & quædam plus æstate. & de ea, quæ accidit hyeme scribit Hippoc. xij. Aphori. iij. sectionis. si uerò æstas sicca fuerit, & aquilonia; autumnus uerò pluuiosus, & australis, &c. ut in fine capituli scriptum est, & tu ibi. item secundum tempus durationis; quia quædam acuta, quædam chronica: acuta cito dissoluitur; sed chronica tardè. & hæc fit à phlegmate, aut plurima debilitate, aut apostemate, secundum plurimum à phlegmate. Auic. item quædam recens, quædam chronica, quædam subito uenit: & est à multitudine materiæ, aut uentositatis. quædam paulatim, & est propter unitatem dyscrasiæ.

E xemplum tertij; quia quædam fortis, quædam debilis, quædam salua, quædam non salua, quædam separabilis, quædam inseparabilis. fortis, ut, cum aliquid obuiat occipiti infantis leuia habentis ossa; frangit commissuras. debilis, ut accidit in lithargia. & sôda debilis accidit ei, cui sensus est debilis. salua sôda est illa, quæ non prohibet regimen in eius cura necessarium. non salua, quæ prohibet; ut si cum sôda fuerit rheuma; ipsum enim prohibet regimen necessarium.

E xemplum quartij; uel quia aliquis est dolor, cui non coniungitur accidens aliquod, & aliquis, cui fortè coniungitur accidens capiti propriũ; ut est apostema, aut spasmus faciei; aut per communitatem; ut singultus, uomitus, debilitas digestiua.

E xemplum quintij; quia accidit homini sano cuidam habenti ægritudinem quidem recipere sôdam ex facili causa; ut habens caput debile, membra digestiua debilia; quia multi uapores mittuntur ad caput.

E xemplum de causis necessarijs exterioribus; ut sunt cibi, & potus, & reliquæ res quinque non naturales; ut aer corruptus, turbidus, calidus, trahens uapores ad caput. & hæc uia plures iuuenes habentes caput calidum amplius eum calefacientes cum biretis, aut caputeis magnis, & calidis dolorem capitis frequenter incurrunt. & ego noui tales, qui ex dimissione bireti, aut caputei meo consilio liberati sunt. consimiliter frigus immutans operatur, ut poros claudendo dolorem causat. idem operatur exercitium factum immediate post cibum, aut exercitium factum post quietem

quietem immediatè: dissoluuntur enim humores, & caput petunt. balneum post cibum, & maximè malè calefactum lignis vaporosis. ex parte cibi, & potus; ut uentosi uaporosi; ut allia, coepæ, & omnia acrumina, legumina, lactici-
 nia, nuces, & huiusmodi. similiter potus uaporosus; ut mu-
 stum, uinum potens, & superfluitas potus eius, somnus su-
 perfluus propter fumos retentos, somnus diurnus, uigiliæ
 superflua cerebrum desiccantes, superflua ciborum, & po-
 tuum repletio, item indigestio propter fumos, item &
 inanitio superflua; ut quæ facta est ex fluxu sanguinis na-
 rium, matricis, hæmorrhoidarum, & huiusmodi: item
 & animæ accidentia; ut ira superflua, superfluus risus, &
 huiusmodi.

Exemplum de causis nō necessarijs exterioribus; ut sunt
 casus, percussio, uenena, aromatica calida, & huiusmodi. &
 in summa cum plurimè sint, & de eis aliquid dictum; tamen
 ad numerum. xij. reduci possunt. prima, ut dictum est, ca-
 sus, & percussio, & obuiatio ad rem duram, & huiusmodi.
 secunda caliditas excessiua solis, aut ignis, aut aeris, ut in
 diebus canicularibus, aut unguentum calidum capiti appli-
 catum. tertia nimia frigiditas aeris, aquarum, lunæ, unguen-
 torum, & huiusmodi. quarta nimia siccitas aeris, unguento-
 rum, aut huiusmodi. quinta nimia humiditas aeris, aquarum,
 pluuiarum, unguentorum, & huiusmodi. sexta fortis uento-
 rum exufflatio præcipuè meridionalium, aut septentriona-
 lium post meridionales. septima uapores extrinseci eleua-
 ti à rebus foetidis; sicut sunt cadauera, assa foetida, & huius-
 modi, aut nimium odoriferum; ut sunt aromatica calida,
 odorifera, ut liliu, muscus, ambra, costus, cinnamomum,
 crocus, & maximè quando continuatur eorum odor. sed
 nota, quòd quando læsio fit non solum qualitate, sed quan-
 titate administratio calidorum post frigida non confert;
 immo auget dolorem. ubi, si qualitate tantum nocent; fri-
 gida calidorum administratio confert. octaua nimium ani-
 mæ motus; ut ira, furor, aut corporis; ut cursus, labor, coi-
 tus superfluus, & huiusmodi. nona somnus nimium profun-
 dus meridianus, superflua uigiliæ, & huiusmodi; ut supra.
 decima balnea superflua, sulphurea, & huiusmodi. undeci-
 ma nimia inanitio, superflua repletio; ut crapula, ebrietas,
 acceptio ciborum, fumorum uaporosorum. duodecima son-
 nus terribilis, ut tonitruum, & magnarum rotarum, & huius-
 modi. decimatertia nimia capitis coopertura, si continue-
 tur; ut supra. & hic nota propter iuuenes nostri temporis
 ualdè discolors, quòd ita assuescunt in pueritia gestare caput
 ita coopertum, & bireta magna, & grauias, quòd caput eo-
 rum superflue rarificatur. unde facile penetrat aer alterans
 & uapores trahuntur, ut supra, & maximè in habetibus ca-
 put calidum, sicque qui agunt, assuescunt frequenter lauare
 & tales incurrunt dolorem capitis, deinde incurabile; quo-
 niam factus est, sicut naturalis.

De dolore per communitatem; quia scilicet, quæ sunt
 membra communicantia, dicitur in de singulis. hic tamen
 dico, quòd dolor capitis, qui ex fe. est, aut cum fe. sic consi-
 derandus est; quoniam aut antecedit febrem, & est signum
 ægrotantium, ut secundo techni: aut sequitur, & concomi-
 tatur febrem; & talis augetur, & diminuitur secundum au-
 gmentum, & diminutionem feb. ex quibus planè colligi-
 tur, quæ sunt causæ primitiæ antecedentes materiales, &
 immateriales, aut coniunctæ; quia mala complexio mate-
 rialis, aut immaterialis, aut solutio continuitatis: nam se-
 cundo techni dolores, secundum quem incumbunt locum,
 aut continuitatis solutionem, aut subitam solutionem ostē-
 dunt. in ponendo signa doloris capitis, ne in longum pro-
 ducam ea tali ordine in unum colligam; ut rubricis omni-
 bus sequentibus de eo usq; ad rubricam de dolore capitis
 ex percussione & casu inclusiuè satisfaciam.

SIGNA autem doloris capitis cum materia sunt. pri-
 mum grauitas percepta in capite: secundum, quia, si inclina-
 tur caput ad terram; in eius eleuatione percipitur ponde-
 rositas, perturbatio maior, & augmētatio doloris. tertium
 descensus subitus humiditatum aut ad nares, aut ad oculos
 aut ad alium locum inferiorem sibi propinquum.

Signa autem eius absque materia est priuatio prædi-
 ctorum.

A Signa, quòd dolor est ad intrà, sunt, quia peruenit do-
 lor ad oculos. quòd, si ad superficiem eorum tantum per-
 uenerit signum, quòd est à dura matre. si uerò ad radicem
 eorum; signum quòd est ex pia matre. item, quoniam in tã-
 gendo cutem capitis percipitur ex tali tactu dolor. quòd, si
 non doluerint oculi, & ex tactu cutis percipitur dolor; si-
 gnum quòd extrà est. & hic scito pro notitia dicendorum,
 quòd in parte anteriori capitis dominatur sanguis, in po-
 steriiori phlegma, in dextra cholera, in sinistra melancho-
 lia. signa caliditatis, & frigiditatis absolutè habentur ex
 his, quæ dicentur statim de dolore à sanguine, & cholera
 proueniente.

Signa quòd est talis per essentiam, siue per proprietatē;
 quoniam dolor est assiduus non habens periodos, siue in-
 terpolationem. item quia in operationibus cerebri senti-
 tur nocumentum; ut in uisu tenebrositas, grauitas, somni, &
 grauitas, perseuerans cum bonitate dispositionis reliquo-
 rum membrorum, & huiusmodi.

QUOD, si fuerit per communitatem; signa ponentur.
B sed prius enumerabo membra communicantia dolorem ca-
 piti: & sunt primò stomachus. unde Auice. de signis osten-
 dentibus species sodæ, ubi inquit. membrorum autem com-
 municantium primum, & dignius eorum est stomachus, in
 quo quandoque reperitur materia cholericæ capiti com-
 municata per uaporem eleuatum, &c. quandoque materia
 phlegmatica frigida &c. & cum est à stomacho, signū; quo-
 niam in eo est angustia, nauſea, paruitas appetitus, aut eius
 destructio, malitia digestionis, aut paucitas eius, aut destru-
 ctio ipsius. quòd, si fuerit à cholera; amaritudo oris perci-
 pietur, nauſea, mordicatio, cordis tremor, incendium, in-
 flammatio capitis. item & post somnum augetur. item, &
 quandoq; ipse uomitus declarabit, & post ipsum quiescet.
 item, quia tempore uacuitatis magnæ magis excitatur do-
 lor; quia cholera magis inflammatur. itē, scitò, quòd ex ho-
 minibus sunt, ad quorum stomachum effunditur cholera, &
 ex ea fit dolor capitis, & cum comedunt; quiescit aliquali-
 ter. item plerunq; in frigido communicatur stomachi do-
 lor, qui recipitur in anteriori parte capitis, & fortasse de-
 clinat ad medium syncipitis, deinde remouetur. & hic ad-
 uerte, quòd soda quandoque erit à cerebro; & tamen sto-
 machus cerebro compatiens dicta incurret accidentia. &
 ideò distinctum est inter antecedens, & consequens. aduer-
 te iterum propter illud, quòd dictum est, quòd omnis talis
 dolor, à quacunque causa fuerit, minor est immediatè post
 cibum; quoniam ex cibo prohibetur eleuatio uaporum; sed
 si fuerit ex phlegmate, uel melancholia post satis breue tē-
 pus amplius molestabit. sed ex inanitione iuuamētum erit
 notabile; si ex cholera mediocriter respectu prædictorum.
 quòd si fuerit ex humore frigido; ut ex phlegmate putri-
 do; accidit subuersio, & quies post uomitū, eructuatio ace-
 rosa, & cum grauetur stomachus; grauetur & caput; & hoc
 est uniuersaliter in reliquis, & erit minor in uacuitate, &
 sedat ipsum fames, & quandoque fames excitat ex eo uapo-
 rem, & impedit. ueruntamen comestio cum hoc non inte-
 grè sedat ipsum multoties, & fortasse sedat ipsum, sed raro.
 Auicē. & pro certificatione humoris sic in stomacho pec-
 cantis discurre signa, quæ hic ponentur de ipsis quatuor hu-
 moribus suo ordine. post stomachum causa in dolore capi-
 pitis est hepar, splen, myrach, renes, diaphragma, ex-
 tremitates, & omnes partes dorſi, & in mulieribus matrix
 est ex eis, quibus communicat cerebrum fortiter Auice.
 allega. loco.

Signa, quæ ab hepate est, quia hepar aliquando aut dolet,
 aut calet, aut sentitur grauedo in hypochondrio dextro, uri-
 na, & egestio, ut plurimū malè. item cōprehenduntur hepa-
 tis oppilationes; & quia dolor declinat ad latus dextrum.

Signa quòd à splene; quia dolor declinat ad sinistrum. &
 hoc nota ut Serap. quòd splen facit sodam melancholia trā-
 smissa prius ad stomachum, quæ deinde uaporat, & sic me-
 diante stomacho facit sodam; sed stomachus per seipsum,
 & similiter hepar, & sic differenter, quia unum mediatè,
 aliud immediatè. item tumor splenis dolor in eo, & breui-
 ter nocumentum perceptum in hypochondrio sinistro sil-
 lud declarabit.

Humores
 qua i par-
 te capitis
 singuli do-
 minantur.

Mirach a-
 rabibus i-
 dem sonat
 quod græ-
 cis ἐσπύρα
 σπύρ, uel
 abdomen,
 seu fumeri
 latinis seu
 cum' bar-
 baris ma-
 lumus pā-
 niculus
 carnosus.

Signum quod ab intestinis dolor, tortio in eis, & quia dolor est in parte anteriori, & maxime quæ est ex myrach. vnde Auicem. & quæ fit causa myrach, declinat ad anteriora valde.

Signum quod est à corde per dolorem, syncopim, pulsationem, & huiusmodi.

Signum quod est à matrice; quia dolor est in margine syncipitis, item quia percipitur nocumentum in alchathim, item quia percipit mulier tristem sensationem, ac si capilli eius manu extraherentur. item in occipite, ac si fuisset pugillo percussa. & quæ præcessit partus, aut abortus, aut retentio menstruorum, aut ipsorum paucitas.

Si à renibus, & partibus dorsi dolor declinat ad posteriora valde, & percipitur, aut grauitas in eis, aut dolor, aut alia mala dispositio.

Similiter si fuerit ex aliqua extremitatum.

Quod, si fuerit ex diaphragmate; dolor est intensus cum aliquali alienatione, & est cum difficultate anhelitus, angustia, pulsatione cordis, quandoque cum syncopi; vt contingit in pleuresi vera, de quo in pleuresi inferius, & tu ibi.

Quod, si contingeret communitate vermium; accideret corrosio fortis, fætor oris, & fortior fit, cum motus sedatur quiete, & dolor est acutus pungitius, pruritus narium, & huiusmodi, de quibus in Rubrica de vermibus.

Signa quod à sanguine est; fortis pulsatio temporum, caliditas non mordicatiua; sed intesa tactu percepta, venæ coniunctiua rubea, & magnificata, plenitudo venarum, facies rubea, vrina rubea, & spissa, pulsus magnus; ite quia præcessit regimen sanguineum dulcedo in ore percepta, cõplexio sanguinea, habitudo carnosa, somnus profundus, siue subethicus. item iuuatur frigidis, & calidis læditur; sed tamen commune est, & cholera huiusmodi. & reliqua signa sanguinis generalia posita in principio huius libri, ad quæ sæpe recurre, & illud tibi memorabo sæpe. & hic dolor respectu cholericis alijs paribus mitis est; in eo tamen maior sentitur grauedo.

Signa cholera sunt; quia dolor est multum acutus, percipitur mordicatio, adustio, punctio, sitis, oris amaritudo, citrinitas oculorum, facies citrina, & sicca, caliditas acuta ad tactum, pulsus velox, & frequens, tenuis, durus, vigilia, vrina alba; quia cholera ascendit, siccitas cum strictura maturæ, humiditas narium pauca, & sicca, grauitas minor, quam in sanguinea: iuuari à frigido, à calido lædi, humido &c.

Signa phlegmatis sunt, albedo, siue palledo faciei, & oculorum, paruitas inflammationis, & sitis, multitudo superfluitatum, somnus grauis, grauedo capitis, stupor, vrina alba & grossa, pulsus non magnus, non frequens valde, iuuari calidis, complexio, habitudo, & reliqua signa de phlegmate posita in principio huius libri.

Signa melancholia sunt signa pro parte nunc dicta; sed color faciei est liuidus, & cum eius dolore est siccitas faciei, coarctatio pectoris, vigilia, vrina alba, tenuis, pulsus subtilis, tardus, & dolor non est multum intensus; sed remissus valde: nam materia phlegmatica, & melancholica non faciunt doloré multum intensum, & sic qualitas doloris qualitate suæ intensionis, aut remissionis cõprehenditur, & materia sicca multiplicatur vigilia, & minuitur grauitas, & reliqua signa in principio huius libri posita.

Signa facti à debilitate virtutis sunt excitatio à parua causa, perturbatio sensuum, & nocumentum in operationibus cerebri.

Signa facti à fortitudine sensus cerebri sunt velocitas patiendi qualibet parua causa in cerebro sensata; vt est vociferatio fortis, odor fortis, & huiusmodi, bonitas sensus, mundities organorum, vt aurium, oculorum & huiusmodi.

Signa doloris ventosi sunt extensio fortis, corrosio, punctio, sonitus, & mutatio doloris de loco ad locum, priuatio grauitatis, & paruitatis eius corrumpitur, imaginatio, scotomia, vertigo, & huiusmodi.

Signa eius, cum est à causa primitiua percussione scilicet, casu, occurfu rei calida, vel frigida, vt venti, aqua, & huiusmodi manifesta sunt.

Et similiter signa doloris distincti secundum tempus qua-

litate naturam, & accidentia in assignatione causarum. Signa eius, qui est ex febribus, & reliquis, vt i crisi sunt; quoniam dolor fit cum eis, & quiescit cum eis, & debilitatur ad debilitatem, & quietem febris, aut crisis, & huiusmodi. item quandoque illud significat albedo vrinae cum fortitudine feb. propter declinationem humorum cholericorum ad superiora.

De signis doloris ex parte apostematis, vel solutionis continuitatis dicetur infra loco suo.

PRONOSTICA. Vrina similis vrinae asinorum significat, quod aut soda fuit, vt fit, aut erit. & de isto habes aph. in fine huius capituli. & tu ibi.

Vrina alba in febribus, & hora crisis cum subtilitate significat permutationem materierum ad caput, & futurum dolorem.

Vel sic. vrina in febribus acutis, quæ sine crisi subito efficitur alba, & tenuis, dolorem capitis, & alienationem, & raptum materiae ad superiora significat.

Vrina cû circulo opaco, grosso, dolore capitis significat. Vrina granulosa, vt plurimum rheuma, & dolore capitis significat.

Omnis dolor capitis auferens somnum, & cibum, pessimus est, & mortalis.

Omnis dolor capitis acutissimus in febribus acutis cum alijs signis malum signum est perniciosum, & maxime quando augetur: quod, si singularis fiat; significat crism fluxu sanguinis narium, aut vomitu venturam.

Dolor galeatus, & antiquus inter omnes pessimus, & difficilis curationis.

Dolor capitis repentinus, acutissimus cum voce pessimus; quia apoplexiam significat.

Omnis dolor cum rheumate malus; quia rheuma omnem rectam operationem impedit.

Omnis talis dolor, ad quem sequitur spasmus, apostema, febris, oculorum educio, aut nimia subuersio pessimus, & mortalis.

Priuatio doloris capitis in febre acuta pessimus; stuporem enim significat. & quia omnis dolor fortis, & acutus, & potissimum capitis omnem operationem medicinalem impedit; donec fuerit dimidiatus, aut aliquantulum mitigatus. & quia maxime, vt ceteri dolores virtutem profert; hinc est curæ eius multum insistendum quasi obliuioni tradendum morbum principalem; quem tamen non debes negligere.

CVRA doloris capitis cum plures can. habeantur, primo vniuersales ponam, deinde particulares subiungam, quatuor sunt in dolore capitis materiali can. generales; primus regimen ex parte causarum primitiuarum; secundus abscissio antecedentium; tertius est remotio causæ coniunctæ, vel coniunctarum; quartus ad perfectionem curæ additur, & est remotio accidentium, si quæ sunt, vel remanent ægrum molestantia.

Et, antequam ad ipsos descendam; sciendum, quod in dolore capitis non debemus incipere à sedantibus, nisi apud vehementiam eius, nec narcotica approximare nisi in vehementissimo dolore, apud. s. vehementem necessitatem. & consimiliter nec multum calida; nã excessiue calida, vel frigida non debent membro principali applicari quarta primi. ca. vnde dolor colicæ à dolore capitis in hoc separatur; quoniam in colica concedetur faciliter narcoticum; quoniam colica quandoque peruenit ad hoc vt perimat. Auic. prima tertij allegato cap. non autem sic in dolore capitis.

Secundo nota, quod in dolore à calida causa debemus incipere ab alterantibus, vt prohibeatur aduentus nocumenti ad principale, quatuor duntaxat casibus exceptis. primus quando est dolor in febribus materialibus.

Usus. n. epithematum multiplicat eum, in eo casu attractio frigidorum per nares iuuat; vt aceti & aquæ rosæ.

Secundus, quando ipse à communitate totius depedit, aut ab alio particulari membro, quo casu conuenit diuersio; ne recipiat, & receptorum resolutio, tertius, quando fit propter multitudinem materiae, & tunc euacuatio iuuat, & conuenit. quartus quando fit à multitudine vaporum extraneorum in capite, & præter communitatem totius,

tius, aut partis, & tunc administratio resolutiuorum conuenit. Tercio nota, quod alterantia capiti apposta debent habere tres conditiones; prima, quod sint conuenientia in gradu qualitatis contrariæ: secunda ut coadiuent uirtutem membri. tertia, ut ipsum confortent proprietate sua. & hæc omnia colliguntur à Mes. de appropriatis cap. de soda. item sciendum, quod emplastra frigida, siue inunctiones frigide non debent posteriori parti applicari. Auic. prima tertii alleg. loco.

Primus cano. completur cum abscissione causarum primitiuarum, si quæ sint, à quibus dolor, aut ægritudo ipsa dependet, & cum debita administratione sex rerum non naturalium ad contrarium dispositionis præternaturalis tendentium, de quibus rebus dictum est supra satis completè tract. ij. & iste est canon uniuersalissimus in quacunque ægritudine. Secundus perficitur cum digestionem causæ antecedentis & eius euacuatione, & maxime, ubi est materia digestionem indigent. quod, si ibi non fuerit indigentia digestionis; ut materia sanguinea aut furiosa; sola sufficit euacuatio.

Tertius adimpletur cum euacuatione, qui proprie causa coniuncta debetur, aut causa mediæ secundum Conciliatorem, intelligendo per causam coniunctam ipsam materiam loco doloris propinquam actualiter malam imprimentem complexionem, & ipsam malam complexionem, à qua ipse dolor est causatus. de solutione continuitatis suo loco dicitur. hæc tamen euacuatio fit multipliciter, aut per ea, quæ ad intram sumuntur, aut per ea, quæ ad extram applicantur. exemplum primi; ut sunt solutiua electaria, pilulæ, & huiusmodi, masticatoria, gargarismata, iniectiones in aures, & huiusmodi, de quibus infra. exemplum secundi; ut phlebotomia, emplastra, unctioes, embrochæ, sacculi, odorabilia &c. de quibus suis ordinibus infra dicitur.

Quartus consumetur cum medicaminibus appropriatis illis accidentibus, quæ contingere consueuerunt; ut sunt surditas, tinnitus aurium, uigilia, de quibus infra.

Cura sanguinei simplicis per essentiam.

Et descendendo ad particularia omnis dolor capitis talis per essentiam, de quo est sermo principaliter; nam de tali per communitatem suo dicitur loco; aut ex sanguine est, aut ex cholera, phlegmate, vel melancholia, uel ex his pluribus quomodolibet adiuicem commixtis. si ex sanguine; aut est à sanguine multo ita, quod in toto est sanguinis repletio magna. aut est à sanguine pauco non existente in toto multa sanguinis repletione. item aut est in principio; quia scilicet materia est in fluxu ad caput; aut est iam fluxa. & iuxta hoc ponantur canones.

Primus. stante sanguinis repletione in tota materia existente in fluxu, quod in principio fiat phlebotomia ex nigra, & si post timetur fluxus; ex basitica: & si longius diuertente uoluerimus ex saphena: deinde ex cephalica; quod, si non sufficienter, perueniatur usque ad phlebotomiam uenæ frontis, nasi, & auris: nam in dolore capitis ex sanguine procedente solo sola sufficit phlebotomia. ista est sententia Auic. prima tertij cap. de euacuationibus curatiuis soda.

Secundus. existente sanguinis repletione in toto, & materia iam fluxa ad caput, aut ipsa existente in pauca quantitate, à quo dolor capitis prodijt, sola sufficit phlebotomia cephalica. usque uero ad quantum debet sanguinis extrahi dictum est supra tract. i. iiii. cap. & amplius dicitur.

Tertius. alteratiua frigida, & sicca capitalia, de quibus infra. simplicia, & composita debent capiti applicari ad remotionem malæ complexionis derelictæ &c.

Quartus. euacuatua lenientia, & caliditatem ipsam comperantia tam per os, quam per subtus impositionem, ut clysteria &c. eo in casu administrantur. ordinatio dietæ est in i. can. &c. hic tamen est notandus canon iste, quod in dolore capitis, & specialiter frigido debet esse paucitas comestionis, & potus uini, & somni multitudo: primi & secundi can. complementum patet.

Quintus uero completur cum odoriferis frigidis, & siccis, caput purgiiis de quibus infra. & tu elige, ut uis fortiora & debiliora, ut proposito conueniunt cum embrochis frigidis, & cum embrocha facta ex aqua rosæ. & aceto, aut oleo rosæ albumine ouorum, & aceto addito pauco camphoræ &c.

A aut decoctione rosarum uio. balaustiarum &c. in aqua fontis facta. intelligendo indifferenter per embrocham tam applicationem rerum ipsarum, quam petiæ infusæ in eis, aut expressionem ab allegato factam &c. quod, si de embrocha cupis significationem videre; require Auic. quarta prima, ca. de embrochis.

Sextus perficitur cum clysteribus lenitiuis frigidis; ut ex uiolis maluis, blitibus, & huiusmodi, oleo uio. &c. facta eorum decoctione in aqua, additis cassia, thamarindis, diaprunis &c. de quibus supra, & infra specialibus dicitur ca. de soda cholericæ. quare in narratione eorum superferdeo; nam quæ de cura cholericæ dicentur, poterunt sanguineo applicari. breuibus etenim transeo; quia raro capitis dolor ex solo fit sanguine.

Sed est notandum, quod dolore existente in altera parte capitis tantum in principio debet fieri phlebotomia ex parte contraria; post uero principium ex parte eadem.

Cura facti à sanguine commixto alij humori per essentiam.

B Si uero fiat ex sanguine alteri humorum admixto; ut exempli gratia cum cholera; tunc ponantur canones.

Primus. stante sanguinis commixtione &c. corpore existente plethorico fiat phlebotomia ex nigra, quæ est euacuans à toto; quoniam phlebotomia est communis humoris euacuatio quarta primi de phlebotomia, & prima tertij allegato loco.

Secundus. si non fuerit totius plethoria; fiat immediate ex cephalica; deinde ex uenis frontis, nasi &c. & hunc tangere uoluit Auic. prima tertij allegato cap. dum dixit. Quæcunque sit materia, incipimus à phlebotomia cephalicæ, & uenarum capitis &c. tertius est digestio materia: quartus est euacuatio eius: quintus est remotio malæ complexionis derelictæ per applicationem rerum particularium ab intram, & ab extram; ut sunt odorabilia &c.

Primi canonis, & secundi complementum satis patet. & debet isti duo canones intelligi, & suppleri; ut duo primi precedentes de sanguinea; quia. materia existere in fluxu &c.

C Tertius uero completur ex simplicibus frigidis, & compositis capitalibus in digestionem materia: cholericæ sanguineæ ualentibus. & est notandum pro complemento istius canonis, & sequentis, quod omnia, quæ dicentur & ponentur de dolore à materia cholericæ proueniente, possunt applicari, & debent canonibus de dolore à materia sanguinea proueniente ex sanguine solo, aut commixto cum cholera, phlegmate, aut melancholia.

Consimiliter, si fuerit ex sanguine comixto phlegmati; debent obseruari cano. duo primi de phlebotomia: tres uero residui complebuntur suo modo; ut de cholericæ dictum, scilicet cum digestiuis phlegmatis naturalis. idem de dolore ex sanguine comixto melancholicæ arbitrandum.

Sed aduertendum, quod in dolore sanguineo cholericæ remissiora sufficiunt, quam cholericæ tunc: nam sanguis est cholericæ frenum quarta primi de phlebotomia. similiter in phlegmatico sanguineo, quod in phlegmatico tunc intensiora calida conueniunt &c. in sanguineo melancholico similiter remissiora calida &c. & de his omnibus ponent exempla, & remouebuntur illa, quæ dicta sunt supra ad propositum ualéria &c.

D Postremo sciendum, quod habentes dolorem capitis, aut aliam ægritudinem capitis ex causa frigida nocentur ex potu uini, & mora in balneo. item habentes ægritudinem in uelaminibus cerebri nocentur ab aqua frigida Auic. prima tertij allegato cap. item scito, quod uentosa sunt uicaria phlebotomia: & ideo, ubi non potest phlebotomia habere locum, ponantur uentosa: non dico, ut diuertant tantum; sed ut principaliter euacuent: & est sententia Auic. prima tertij de curatione soda calidæ cum materia, & absque.

Cura cholericæ per essentiam.

D De dolore capitis per essentiam à materia cholericæ prouenient cano. ordinatio dietæ, digestio materia: euacuatio eiusdem, diuersio, remotio malæ qualitatis impressæ.

Primus canon. perficitur cum his cibariis, & potibus, quæ cholericæ appropriantur, de quibus completè satis dictum est supra tract. 3. addendo, quod consimiliter regimen ex parte aeris debet declinare ad frigidum, & humidum,

Practica S. K & cetera

Nigra est uena, quæ & media dicitur, quæ nonnulli & alio nomine non inepte comem, uel funem brachij, uel matrem, seu medianam nuncupant.

Sanguis cholericæ frenum.

Ventosa non tantum diuertunt, uerum principaliter euacuant.

Causa coniuuncta an de i. Auic. sectatores uel metho dicos malumus, & uel dios oes haud uulgari diligetia plegant Gal. cum quam plurimis i locis, tum clare cap. 38. artis medicæ.

& cetera res non naturales, de quibus supra in .i. tracta. & particularius dicitur in de pestilentia domino cōcedente.

SECVNDI can. complementum habetur cum compositis, & simplicibus frigidis, aut ducentibus alias medicinas ad caput, aut à proprietate ipsum infrigidantibus, & alteratibus: nam digestiua cholerae cuiuscunque posita sunt tract. 4. ita quod additis his, quae illa ad caput ducunt, habebitur canonis complementum.

Simplicia itaq; frigida caput suam proprietate respicientia, & alias medicinas ad ipsum ducentia sunt uiola, nenuphar, rosa, camphora, salix, cucurbita, granatum, solatrum, lactuca, sandali, myrtus, plantago, de qua Apuleius radix sive spensa collo &c. semperuiua, portulaca. & est notandum, quod ex his, quae magis aromaticitate participant, magis capiti conferunt, & appropriantur. item non solum haec frigida ducunt digestiuas medicinas cholerae ad caput; sed et calida, simplicia, de quibus uidebitur in materia phlegmatica: nam non inconuenit digestiuis exigentibus frigidis ducentia ad caput esse calida; immo conuenit: nam, sicut al legatum est ex Auic. quarta primi. i. capi. quae membris applicantur principalibus, non debent esse uehementer frigida, aut calida. recipiantur ergo simplicia, aut composita cholerae digestiua proposito deseruientia, de quibus supra addantur frigida ducentia, de quibus dictum est, aut calida de quibus infra, & sic habebitur canonis complementum.

Et iuxta haec notentur duo canones.

Primus, quod emplastra etiam materiam in capite existentem optimè digerunt. & dicitur in capite; quia materia in toto &c. melius per syrupum digeritur. haec est sententia Gent. super illo uerbo Aui. prima tertii. de canonibus uersalibus. certius autem quod est in digestionem humorum manifestae cruditatis; est, ut sit cura ex emplastris de medicinis aequalis calefactionis; cuiusmodi sunt chamamilla, melilotum, & huiusmodi.

Secundus, quod digestiua exhibeantur post coenam in dolore capitis, nisi fuerit prohibens: nam fortius operantur; stant enim in parte superiori stomachi, & euaporant ad caput plus, quam ieiuno stomacho. & hoc uidetur sentire Auic. sexta tertii. cap. ii. ubi inquit. Opportunius quidem bibuntur huiusmodi post cibum. & Damasc. prima particula suorum aphor. medicinarum quaedam, & maximè quae faciunt in summo capitis post coenam, quando itur dormitum danda sunt. quae auctoritas, licet ad solutiuas referri uideatur; tamen etiam de alteratiuis per eandem rationem uerificari habent. Gent. alleg. cap.

TERTIUS autem canon habet sex can. primus, quod à facilioribus est inchoandum Mes. de soda calida. & Auic. prima tertii de euacuationibus curatiuis.

Secundus, quod euacuatia non sint multum fortia, ut euacuent subtile, & grossum remaneat, sed sint debilia, & fortia. oportet iterum in materia capitis expectare digestionem; ut materia facile euacuetur, & cum hoc oportet medicinam esse fortem; cum habeat euacuare materiam, quae est à uis ductuum multum remota, & quae habet descendere per uias angustas, &c.

Tertius, non debent solutiua talia esse nimis calida; ne inflamment &c.

Quartus, quod medicina à capite euacuantes debent esse in corpore multum morantes, & non multum uirtutem stimulant: & ideò medicina solidae; ut pilulae, & huiusmodi sunt conuenientiores.

Quintus, quod super ipsarum assumptionem est dormiendum; ne motus, aut uigilia ipsarum medicinarum debilius destruant uirtutem; & ideo rectè operantur, qui de sero ipsas exhibent.

Sextus, quod continuè est tenendus uenter lubricus cum lenitiuis per superius, aut inferius eius, qui dolorem capitis patitur. Aui. prima tertii de cura soda calidae cum materia, & absque materia.

Simplicia, & composita euacuantia materiam cholericam ex capite sunt illa, quae euacuant cholerae, ut supra: nam euacuatia indifferenter euacuant à membris. quare, cum uolumus, ut à certo membro euacuent; debemus addere illa, quae ducunt ipsa solutiua sua proprietate ad illud membrum.

E & ideò in euacuatina à capite debemus addere capitalia dicta, & dicenda. ueruntamen plurima ponuntur solutiua simplicia, & composita à capite sua uirtute eductiua. sed est notandum, quod cum in capite magis, & frequentius reperitur materia frigida, quam calida; ideò plura solutiua reperuntur soluentia materiam frigidam à capite, quam calidam. solutiua simplicia materiae cholericam à capite sunt myrobalani citrini, aloe, agaricus, succus ros. composita hie rapigra, hieralogodion, pilulae de hiera, aefangine, aureae, cochiae. ipsae tamen principaliter phlegma educunt. similiter ualent pilulae lucis. item notandum, quod, cum non peccet humor unicus, ut dictum est; oportet solutiua adinuicè commiscere ea proportione, qua & humores sunt adinuicè commisti. quare cum multis, ac multis modis, & uariis proportionibus adinuicem commisceantur; non potest poni certum solutiuum; sed oportet uarium, & uarium componere. qua de re superfedeo in ipsa ponendo, & oportet recurrere ad ea solutiua posita supra tract. iiii. & ix. ca. eligendo proposito conuenientia cum eis componendo, quae uirtutem solutiui ad caput ducant. fit & euacuatio materiae non solum cum solutiuis; sed etiam cum gargarismis, sternutationibus, & caputpurgiis.

F Gargarisma, siue gargarismus materiam cholericam à capite, siue à cerebro educens. R. syru. acetosi simplicis. ʒ. iiii. aquae uiolarum. ʒ. viii. misceantur, & ex eo calefacto gargarizetur. & si uis, adde camphorae. ʒ. i. potest etiam fieri gargarisma cum syrupo uiolarum nenupharino &c. addito acetoso cum aquis sublimationis, aut decoctionis rerum caput respicientium, ut supra, aut frigidarum, aut calidarum, ut supra. sed notandum, quod in gargarismate debemus aduertere; ne gargarizans patiat in pulmone, aut sit aptus leuiter pati, aut materia, quae debet descendere, sit acuta multum, & mordicatiua, & quod post timeatur futurum nocuum ipso dolore capitis Auic. prima tertij de canonibus curatiuis.

Item nota, quod debilia parum profunt, & fortia sunt multum suspecta. Aui. alle. loco. de eis ergo non est multum curandum. sternutatio, & si cum frigidis solis conuenienter fieri non possit; cum non pungant, & uirtutem stimulent; debet fieri ex frigidis, & calidis simul; ut cum succo uiol. aut rosarum, aut huiusmodi. ponendo piper, aut condisi, aut elleborum &c. fit tamen, ut Auic. alleg. ca. cum uapore aceti, in quo parum castorei est dissolutum, aut cum aqua hordei in qua est acetum. ʒ. ʒ. & huiusmodi in uase stricti orificii. uideatur tamè sternutatio, ubi fuerit descensus rheumatis, nisi in declinatione: ut. R. succi uiol. aut ros. ʒ. i. piperis, aut condisi. ʒ. i. aut ellebori; quia fortius est. ʒ. s. uel. ʒ. iiii. & cum aqua uiolarum, aut ros. omnia distemperetur; ut facilius trahi possint per nares modicum calefaciendo. Caputpurgium uerò fiat ex eisdem succis, aut succo solatri, aut blitis addendo zuccharum candi, dissolutum in altero ipsorum cum modico camphorae.

QUARTVS can. completur frictionibus, ligationibus, uentosis, lotionibus, suppositorijs, clysteribus &c.

Frictiones primò sint leues, & cum manibus solum à cubitis infra, & à genibus infra semper descendendo. item fiant fortes, ut cum sale & oleo uiolarum, aut chamamillae secundum, quod dispositio exigit. tertio fortiores; ut cum mandili aspero; ut usque ad excoriationem exclusiue. ligationes fiant cum restibus subtilibus, & fortibus, siue chordis, aut alutis circa extremitatem musculorum brachij superiorum uersus humeros, & etiam prope cubitum, ut uidebitur expedire. & similiter circa musculos coxarum, & tiliarum fiat. sed est aduertendum, quod, cum fiunt ligationes; non debet permitti, quod spatium stent longo; quoniam sic sequeretur membri stupefactio, & uissatio, & sic non haberetur diuersio, quae quaeritur; sed oportet, ut dissoluantur saepe, & saepe reiterentur. haec uerò possunt fieri fortiores, & debiliores, secundum quod uidebitur necessarium fore.

Ventosa sine scarificatione ponantur inter spatulas, & quandoq; ponuntur super musculos crurium; ut ad longius spatium fiat diuersio. & si scarificatio necessaria uidebitur; fiat cum canonibus positis supra de sanguineo.

Lotiones pedum fiant cum aqua fontis, in qua bulliant herbae conuenientes frigidæ dictæ supra, & de digestiuis materiæ cholericæ, & fiant ante cœnam, uel prandium. fiant que exiccationes debita &c. item assiduatio effusionis aquæ calidæ super extrema est ex his, quæ sodam resoluunt, & maximè à causa calida prouenientem; quamuis in omni soda uehementer conueniant, Auic. prima tertij de regimine uniuersali soda.

Suppositoria communia nota sunt. possunt fortificari cû speciebus hieræ addita scamonea &c. aut aliquod tale materiam cholicam euacuans.

Clysteria etiam leuia conueniunt ex maluis, uiolis, bliti, lactuca, & huiusmodi frigidis, quæ lenitiua sunt, & caput respiciunt, ut supra cum oleo, uiolis, & sale cõi &c. & ut dictum est in can. si est repletio uenter semper, & cõtinuo ordine; cum leuibus inaniatur. possunt clysteria fortificari cû diaprunis non solutiuis, & cum diaprunis solutiuis, fient fortiora cum succo ros. &c. electario de psilio &c.

QVINTVS canon. perficitur cum suffumigiis odoriferis, & attractionibus per nares, embrochis, & fomentationibus, unctiõibus, epithematibus, instillationibus, & linimentis, sacculis, cerotariis, confectionibus, electariis.

Et, licet suffumigia possint poni in numero euacuationum; quia tamen per ea principaliter quæritur malæ qualitatis remotio; hinc ad complementum. 5. can. reducta sunt: per ipsa enim sicut epithemata, & embrochas &c. fit materiæ euacuatio insensibilis, & quandoque sensibilis. Suffumigium. R. ros. sandalorum, ligni aloes. ana. 3. ii. florum chamomillæ. 3. iii. aquæ ro. quantum sufficit, & hæc omnia cum bulliunt; ponantur in uase uitreato stricti orificii, & obstruatur orificium, & permittatur in eo bullire parumper, dein de ponantur in alio uase & recipiatur fumus; est enim expertum: si uigilias patitur; addantur corticis papaueris Me sue. item potest fieri suffumigium ex herbis capitalibus frigidis, de quibus supra, ut ex uiolis nenuphare ros. &c. faciendo ea bullire in aqua ueri frigoris; sed tunc addatur salvia, uel rosmarinus, uel aliquod tale capitale calidum; quoniã, ut dictum est, medicina frigidæ debent uitari in applicatione eorum ad membrum principale, quarta primi. ca. nota tamen, quod ista, & sequentia non debent fieri nisi euacuationibus uniuersalibus præcedentibus & morbo existente in declinatione. item nota, quod, quando dolor capitis pendet à materia existente in capite, & in toto repletione non existente, aut materia pauca; quibus casibus sola sufficit euacuatio per sternutationem, aut caputpurgium facta. & hoc sæpe notauimus in experientia; sed non parum est sic esse.

Odorifera autem fiant consimiliter cum frigidis capitalibus; ut cum rosis, sandalis, caputpurgiis &c. de quibus in secundo canon. faciendo pomum, aut ponendo ea in petiola.

Attractiones fiant ex rebus frigidis capitalibus; ut aqua ros. cum aceto pauco, aut aqua ros. camphorizata, aut aqua solatri, uel nenupha. & si fortis ualdè erit dolor, & cætera consentiant; addatur modicum opii, & de narcoticis habuisti in prin. can. ex quibus possit embrocha parari: nã ex eisdem herbis frigidis &c. embrocha laudatur. R. foliorum ros. nenupha. uiol. salicum, maluarum, hordei excorticati. ana. ad libitum. decoquantur in aqua, deinde cum spongia, aut per cannulam ex alto fundatur &c. hæc tamen fiant, ubi non sit suspicio de catarrho de soda calida. unde Auic. de regi. uniuersali sodæ. in omni autem soda, cui associatur reumatismus non declinet ad infrigidandum caput, & humidandum cum oleis, & similibus; sed fuge ad euacuandum, & restringendum extremitates, & fricandum eas, & ponantur in aqua calida. & si quæris cum hoc uirtutem resoluedi; adde chamomillam. item, si quæris remouere uigilias; adde cortices papaueris, semina lactucæ &c. & ex eisdem fiant fomentationes &c.

Unctiões fiant ex oleis consimiliter frigidis, ex rebus frigidis dictis confectionibus; ut ex oleo nenupharino uiol. ros. addito aceto camphora &c. R. olei ros. uiol. ana. 3. ii. aceti. 3. i. camphoræ. 3. i. succi agrestis. 3. s. omnia simul fortiter misceantur, & capiti applicentur; est enim efficax. Mes. tepidum applicetur. & quia ponitur acetum &c. notandum &

A prosequentibus, quod acetum ponitur in unguentis, & cæteris ad penetrandum, ut ubi os est durius, debet acrius acetum, uel in quantitate maiori poni, & ut communiter inuenio, debet esse quarta pars totius: tamen quidam minus ponunt; secundum quod uidetur expedire; & quidam magis.

Epithemata consimiliter ex eisdem fiant; ut cum aquis distillationis, aut cum succis earum herbarum petia in eis infusa addito aceto. primum facile cum aquis: secundum fortius cum succis, aut cum oleis dictis addito aceto, & camphoræ modico &c.

Instillationes fiant in aures, & in nares ex rebus ipsis &c. Zacharias. R. opii, campho. ana. par. æquales, fiant collyria, sicut lentes, dissoluatur unum, aut duo cum oleo uiol. aut de cucurbita, & destilletur in aurem, & nasum; est enim uerax. Filius Serap. R. spodii. 3. ii. opii. 3. i. croci. 3. s. confice cum aqua ros. in modum pilularum paruarum, administretur cû lacte mulieris, aut oleo uiolarum, aut de cucurbita &c. ut de præcedenti dictam est; est enim sublime.

B Linimenta fiant, ut unctiões &c. ut. R. olei ros. uiol. ana. boli armeni, quantum sufficit pro linimento, addatur de albuminibus ouorum duobus, deinde in mortario fortiter agitentur, deinde fronti, & capiti applicentur.

Sacculi autem fiant ex eisdem frigidis, de quibus dictum est, & dabitur modus in cura sequenti de dolore ex phlegmate.

Et consimiliter de cerotariis dicendum, sicut de unguentis, & dabitur in eodem loco consimiliter modus &c.

De confectionibus uerò, & electariis dicendum, quod parum laborauerunt auctores in hoc, & saltem respectu eius, quod laborauerunt in causa frigida. ualet tamen electarium de gemis sine speciebus addito modico ambre, item confectio de diarrhodon Mes. item triasandali nigri, item confectio de prunis Mes. & est quid singulare; quia uentrem tenet lubricum: quod est maximè sciendum iuxta cano. & est aduertendum, quod psilium nunquam conteratur, ubi per ipsum quæritur infrigidatio; nam per partem intrinsecam est calefactiuum, prima tertij tract. i. ii. cap. per corticale uerò infrigidatiuum &c. ii. can. secundò notandum, quod in administratione ista, & specialiter epithemate, & unctiõne &c. debet fieri prius capitis, siue capillorum abrasio; sic enim conuenientius applicantur. unde Auic. de reg. uniuersali sodæ. si autem uis uti epithematibus, & emplastris, & ægritudo est fortis, & temporalis calida, siue frigida; oportet, ut caput radatur: illud enim est maius iuuatiuum ad hoc, ut medicina uirtus in eo penetret. & ita de cura sodæ frigidæ absque materia incipiatur ab abrasione capitis prius. postremò quia de applicatione opiatorum ad aures, uel nares dictum est, notandum, quod, si dubitatur, ne contingat stupor ex eorum administratione; tunc. R. cassiæ lignæ ad libitum, & puluerizetur, & misceatur cum oleo, & immittatur in aures, uel nares post immisionem narcoticorum, quod, si iam stupor uenerit; tunc. R. cassiæ lignæ. 3. i. castorei. 3. s. croci. 3. i. & omnia simul dissoluantur in oleo de costo, & mittatur in aures, & nares, &c.

Cura phlegmatici per essentiam.

D De dolore capitis per essentiam à materia phlegmatica proueniente canones consimiliter quinque sunt obseruandi; ut de cholerica dictum est.

PRIMVS completur cum rebus, quæ se opponunt materiæ phlegmaticæ, de quibus ad plenum tertio tracta. debetque aer, & cætera res non naturales declinare ad eas qualitates, ad quas cibi, & potus.

SECUNDI complexio consimiliter habebitur, ut in cholerico dictum est, si ponentur simplicia calida à proprietate digerentia phlegmaticam materiam, quæ est in capite cum sua uirtute alias medicinas ad caput portantia. addam tamen ea, quæ inueniam composita hoc in casu ab auctoribus laudata; ut sunt salvia, ruta, siler montanum, fœniculus, maiorana, betonica, peonia, satureia, chamæmilla, serpillum, pulegium, camedreos, camepitheos. hæc tamen duo, quæ sunt in usu, non inuenio ab auctoribus commendata, specialiter à Serapio. & ab Auic. castoreum, cinnamomum, origanum, ieuusium, lignum aloes, xylobalsamum, folium, thus, laudanum, folia lauri, sandaraca, sticados, me-

legeta, scilla, nux muscata, cubebe, ambra, melilotum, muscus, berbena, calamus aromaticus.

De compositis verò est principaliter syrupus de sticados Mes. & hyssopi, sticados arabici ana. ʒ. i. origani, epithimi ana. ʒ. i. s. radice peoniae, fileris montani, xylobalsami, carpobalsami, pyrethri, radicum foeniculi, petrosilij. ana. ʒ. s. betonicae, gariofilatae. ana. M. i. cardamomi, spicae. ana. ʒ. ij. passularum. ʒ. iij. mellis lib. i. fiat syrupus cum aqua, in qua steterint in infusione rosmarinus, & nux muscata gentilis. & consimiliter componi possunt alij syrupi cum paucioribus, & pluribus simplicibus secundum quod videtur expedire.

Notandum tamen, quod oportet diligenter aduertere, si cum dolore est fluxus reumaticus, an non; ut de cholerico dicebatur: nam, si est fluxus; oportet uti pro digestivo calidis stypticis; ut verbi gratia. & saluiae, nucum cupressi, olibani, masticis. ana. ʒ. i. nucis mus. ʒ. s. ligni aloes. ʒ. ij. mellis, zucchini. ana. lib. s. fiat syrupus secundum artem. si verò non fuerit reumatissimus & c. fiat digestio cum precedentibus, & cum his, quae dicta sunt de digestiuis phlegmatis supra tract. iij. additis his, quae ipsa ad caput ducunt de quibus etc. ut in de cholericò dictum est; ut verbi gratia, addendo syrupum de sticados, oxymel simplex, aut compositum. si verò fuerit reumatissimus, mel ros. cum aqua saluiae, & huiusmodi & c. sed pro isto recurre infra ad ea, quae dicuntur de rheumate, siue catarrho.

Emplastra, ut in de cholericà ostendebatur; faciunt ad digestionem materiae, pro quo recurre ibi, & lege illos can. duos. Emplastrum. & ex herbis & aliis simplicibus capitalibus dictis, & cum farina seminis lini fac emplastrum magis, & minus calidum magis, & minus stypticum addendo de frigidis, & temperatis capitalibus & c. ut expediens negotio tuo fuerit sine croco; quia capiti nocet, & sodam facit.

Pro tertio cano. adducantur etiam huc illi sex canon. positi supra de cholericò. quorum duo primi magis hic clarificantur, & auctorizantur ex Mes. de cura sodae ex aggregatione cholerae nigrae, & phlegmatis, ubi inquit. tertium regimen est regimen euacuationum, in quo tria considerabilia sumuntur; vnum, ut non semel, & multum, & subitam faciamus euacuationem; sed per interualla habentem temperiem; ut natura euacuationem, & non euacuationem naturam regulet; subita enim, & violenta euacuatione à natura non regulatur; sed operatur, sicut impetus flammæ, quae subito agit in lubile, & praetermittit grossum. opus verò moderati caloris est in vtramque partem; videlicet assabilis, & elixabilis equaliter agere. secundum considerabile est, ut euacuationum sit commensurata non excedens mediocritatem; sed sit extensio eleuationis eius non recedens à gradu medicinarum incolumium & c. tertium, ut non expolientur solutiua à rebus lenificatiuis, & humectatiuis.

Et, sicut dictum est, euacuatione phlegma indifferenter ab omni membro euacuat; unde addeda sunt capitalia, quae à capite educunt: unde sic à capite euacuabimus. & licet ita sit; plurima ponunt simplicia, & composita phlegma à capite sua proprietate euacuantia. simplicia sunt colloquintida, agaricus, sticados, aloe, kebuli, sarcocolla: composita sunt hierapigra, hieralogodion Nico, & est medicamen proprium. pilulae cochiae Gal. pilulae aureae, licet principaliter choleram educant; pilulae de hiera, pilulae aggregatiuae maiores, pilulae sine quibus esse nolo Nic. item pro exempli gratia, si capiatur. ʒ. iij. diaphinicon. & ʒ. i. syrupi de sticados, aut. & saluiae, sticados arab. ana. ʒ. ij. passularum, radice foenic. petrosellini. ana. ʒ. i. centaureae minoris, colloquintida, hermodactyli. ana. ʒ. i. s. fiat decoctio, de qua accipiatur libr. i. mellis libr. i. addantur agarici. ʒ. i. turbit. ʒ. s. diagridij. ʒ. i. zinziber. piperis longi. ana. ʒ. i. spicae. ʒ. s. fit electarium. dosis est ab. i. drac. vsque ad sex. & est Gent. ista tamen moderatè oportet, ut dictum est de cholericò; nam, quia non peccat humor vnus solus; ideo & c. recurre ad id, quod dictum est de solutiuis materiae cholericæ facientis dolorem & c.

Fit etiam euacuatione ut supra cum gargarismis, sternutationibus, caputpurgiis, masticationibus. Gargarisma.

R. oxymel simplex, & si cupis fortius oxymellis compositi. unc. i. s. corticis thuris, aut si fortius vis operari piperis unc. s. & minus, ut videbitur expedire, & cum aqua decoctionis saluiae, aut sticados, & similibus capitalium fiat gargarisma. Paulus. gargarisma sodae frigida conferens & ægritudinibus phlegmatis. Recip. oxymellis scillitici cum aqua decoctionis hastae, origani, hyssopi siccae, pyrethri, sinapis & c. fiat gargarisma omni hora. sed notandi etiam sunt hic canon. illi duo superius positi de gargarismate in cholericò, & infra de catarrho; & tu recurre ibi.

Sternutatio fiat cum pipere, condisi, aut elleboro albo.

Caputpurgium fiat cum nigella, quae steterit per. 24. horas in aceto infusa; deinde exiccata, & puluerizata per nares attrahatur. item. & fellis vaccini, aut caprini, oppopanaci, castorei. ana. partem. i. croci. partes. v. fiant sief. & cum operari volueris fricetur vnus ex eis super cotem cum aqua maioranae, & liniantur intus nares. est expertum. Iudeus. item succus cucumeris asinini solus, aut cum aliqua aqua capitali vehementer operatur. idem facit succus ciclamini. sed nota, quod post attractiones, & linitiones facta operatione, tu debes nares lauare cum aqua calida; ne naribus ex acumine medicamenti laesio fiat. aliud pro delicatis. Recip. castorei. ʒ. i. euphorbij. ʒ. s. galliae muscatae. ʒ. ij. condisi. ʒ. i. fiat eorum contritio bona, & fundantur super ipsa succi arthanitae quantitas sufficiens, expone ad umbram, donec exiccetur; deinde tere, & cum sicco maioranae fiant collyria, & administrentur sief dicta Mesue.

Masticationes purgant etiam. Democritus. leue masticatorium, & vsuale. masticetur mastix, & quod educit, expuatur. aliud fortius. Recip. masticis par. ij. piperis, par. i. masticentur & c. aliud fortius. Recip. masticis, piperis, pyrethri, radicum capparorum, ex quibus fiat masticatorium, & tu dosa, ut videbitur expedire: caue tamen ledere dentes, aut os & c.

Quartus canon completur, ut de cholericò dictum est, ligationibus, ventosis, fricationibus, lotionibus, suppositorijs, & clysteribus. ligationes fiant, ut dictum est, & conueniunt fortiores, quam in cholericò. ventosae consimiliter administrentur, & cum scarificatione, & absque.

Fricationes verò fortiores conueniunt, quam in cholericò: unde cum manibus fiant fortiores, & longiori tempore manus ipsae ducantur, quam in cholericò. item cum oleis calidis; ut cum camomillino, rutaceo, sale, ut expedire videbitur. item cum mandili aspero & c. vsque ad excoriationem exclusiue, & si oportebit; fiant ad eam inclusiue: item cum vino albo subtili cum aqua sparagorum, aut eupatorij, & consimilium & c.

Lotiones fiant, ut supra de cholericò etiam additis ex herbis calidis appropriatis. item lotio capitis cum aqua vitis multum valet.

Suppositoria etiam fortia, & fortiora, quam in cholericò, ut & mellis. ʒ. i. falis gemmae. ʒ. viij. & si vis fortificare; adde species hierae simplicis. si uis fortius; adde puluerem hierae compositae, uel ex hiera composita addito modico mellis, fiant suppositoria, uel addatur colloquintida, agaricus, & huiusmodi; ut uidebitur expedire. item addatur elleborus, fel tauri, stercus muris, euphorbium, esula, diagridium & c.

Clysteria leuia, & fortiora, quam dicta sint de cholericò cõpetunt; immo, ut dictum est in can. de cholericò semper uenter teneatur lubricus, & mûdus; nam materiae fecales, aut aliae corruptae, quae in intestinis semper fouent dolorem, siue malam complexionem, & clysteria ipsa cum hoc euacuant à capite trahendo & c. Clystere. & mercurialis, blitis, caulis, saluiae. ana. M. ʒ. matrum uiolarum quartam. M. i. fiat decoctio in aqua, in qua dissoluantur cassia, hierapigra, zucharu rub. ana; ut uerbi gratia decoctionis dictae lib. i. cassiae, hierae, zucchini rub. ana. ʒ. s. olei communis. ʒ. iij. possumus, si fortius cupimus, addere colloquintidam, aut agaricum, aut sal gemmae, aut carthamum, aut centauream; aut aliquod tale & c. sed nota, quod collequintida cum ministratur

ministratur, ne adhæreat tunicis intestinorum; debet poni in petiolo ad buliendum, siue &c.

QUINTVS perficitur cum suffumigijs odoriferis, attractionibus per nares, embrocis, fomentationibus, vnctionibus, linimentis, cerotarijs, epithematibus, instillationibus, sacculis, confectionibus, electarijs.

Suffumigium fiat ex thure, sandaracha, ligno aloes, laudano, &cæt. ex altero ipforum, uel ex pluribus, uel ex omnibus.

Aliud. Reci. maioranæ par. ij. fol. citri siue corticum partem. i. chamomillæ partem. i. ligni aloes, spicæ ana. part. v. ponantur in vase uitreo stricti orificij, & bulliant in aqua saluiz sufficientis quantitatibus, donec consumpta sit quarta pars. aut, si leuius uis; in aqua fontis, deinde aperiatur orificium uasis, & recipiatur uapor. aliud fortius, nigellæ partes. ij. foliorum maioranæ, persici, hastæ, hyssopi sicci, sticados ana partem. i. fiat, ut dixi Mesue auctoritate Gabrielis.

Odoriferum nigella præparata, ut supra in caput-purgio in syndone de grana inuoluta, aut ipsa torrefacta inuoluta in modum pomi, & odorata, & cæte. & est conueniens.

Aliud. Reci. laudani, ligni aloes electi. ana musci gra. ij. uel plura secundum quantitatem aliorum, fiat ex eis pomum. aliud. R. castorei rutæ sicca. ana. cum draganto fiat pomum expertum Mesue. aliud pro nobilibus. R. storacis calamitæ. 3. i. ligni aloes. 3. i. s. galliæ musca. 3. x. mastice. 3. ij. ambra. 3. i. gariofillo. mellis. ana. drac. ij. confice sic. storacem, laudanium, & masticem cum oleo de been resolue; deinde tere in mortario cum pistello calido, & proice super eam ligni aloes, galliæ & cæterorum, misce. post hoc funde super ipsa omnia gummi arabi, aut draganti quantum sufficit, & misce conterendo; deinde malaxa cum ambra dissoluta cum modico olei de been malaxatione multa. ultimo uerò aromatizentur cum musci gra. i. s. & aqua ros. fiant pomma, & odorentur, uel etiam suffumigentur templa, & ædes regum, & magnatum. & credo, quòd iste est modus confectionis auicularum de cypro, est enim Mesue. & si cupis odorabilem copiam; quære in tractatu de peste, quem diuina fauente gratia edidimus. notandum tamen, ut dictum est, quòd odorabilia non debent continuè, & frequenter approximari; inducunt enim sic capitis grauedinem; debet enim eorum usus esse moderatus: nam sic cerebrum & caput confortant. non debent etiam nisi post corporis mudificationem administrari. hæc fuit sententia Hippocra. 5. Aphor. Mes.

Attractiones fiant ex rebus calidis capitalibus dictis, ut attractio aquæ maioranæ solius, aut cum calamo arom. aut cum ipsa muscata &c. sed ista odorifera per superius debet à mulieribus uitari, in quibus est facilis conuersio matricis ad superiora.

Embroma. R. chamomillæ, meliloti, sticados, abrotani, foliorum lauri, maluarum, origani, sauinæ, maioranæ. ex his coniunctim, uel separatim fiat embroma &c. & potest fieri fortis, & fortior, ut patet, addendo uinum aquæ, in qua bullietur &c. & quoniam lixiuum sapit naturam embrochæ; hinc pono ipsum. Reci. chamomillæ, sticados, meliloti, maioranæ, folliculorum senæ. ana. M. 5. contundantur parum, & bulliant in lixiuio. aliud fortius. Reci. maioranæ, sticados, florum chamomillæ, foliorum lauri, baccharæ, folliculorum senæ. ana. M. 5. fiat, ut dictum est; lixiuum enim debet esse acutius, & minus fortè secundum experientiam dispositionis. & tu considera, & ex eisdem fac fomentationes.

Vnctiones fiant ex oleis conuenientibus, ut sunt chamomillinum, rutaceum, laurinum, de spica, liliorum alborum, de xiri, nardinum, oleum de sansuco Mesue. 12. distinctiōne antidotarij, idem Nico. & oleum amygdalarum amararum, oleum de croco Mes. cum quibus addere possumus et infrigidantia; ut ros. uiolatum, nenupharinum; ut contemperemus. item, si plus intendimus calefacere; oleum de casto, de castoreo, de euphor. de piperibus, & oleum de lateribus, & est proprium &c. addito modico aceti ad penetrandum cum cera &c.

A Linimenta possunt fieri cum his oleis, seu altero iporum addendo ex pluribus rerum capitalium dantium linimentum corpori. Reci. ad antiquum dolorem capitis comisti myrrhæ, castorei, spicæ. ana. part. æquales. olei rosati, quantum sufficit, & si in summitate patitur; adde opij. part. v. inungatur caput frons; est enim expertum. ad idem, & etiam ad dolorem aurium ex frigiditate. Reci. castorei, euphorbij, opij, storacis liquidæ, piperis, foliorum rutæ, sinapis, calamenti, marubij ana. fac trochiscos, & apud necessitatem dissolue unum ex eis cum oleo nardino, aut costino, & modico aceti, & lini super locum, aut in aurem mittas in eius dolore &c.

Mahemet zachi cerotaria ex eisdem conficiuntur, & ut habeatur modus promissus supra. R. chamomillæ, maioranæ, sticados, ros. ana. M. 5. corticum citri, gariofilo. cinnamomi, nucis musca. ana. 3. i. galliæ muscata. 3. ij. laudani. 3. s. olei spicæ. 3. i. & plus, ut uidebitur apothecario expedire, resinæ, aut termentinæ quantum sufficit, & fiat cerotum: & consimiliter ex alijs potest confici.

B Epithemata omnia, ut dictum est, fiunt cum aqua distillationis rerum simplicium capitalium, aut cum decoctione facta ex eis, aut cum herbis, aut cum his, quæ non sunt herbæ, de quibus dictum est: nam ex decoctione sticados, maioranæ, foliorum lauri, chamomillæ ros. &c. potest fieri epithema hoc. & omnia cõsimilia leuia, & multum aperta prætere; ut breuitati seruiam, quam hoc tempore maximè cupimus. & si fortiora desiderantur; legatur Auic. de cura sordæ frigidæ absque materia, & cum materia phlegmatica, & ibi habetur modus conficiendi fortia.

Instillationes per nares non sunt in usu; tamen, ut dictum est, possunt fieri, sicut de cholericò dictum est; ut. R. laudani, storacis, calamitæ. ana. fiant collyria, & cum opus est; dissoluatur unum cum oleo chamomillino, & rutaceo, aut de lateribus &c. ut uidebitur, & distilletur in nares, & consimiliter de alijs.

Sacculi fiant ex eisdem, ex quibus embrochæ, aut cerotaria; ut uerbi gratia. R. chamomillæ, maioranæ, sticados, foliorum lauri, pulegij, origani. ana. M. 5. corticis citri. 3. s. cinnamo. gariofilo. ana. 3. i. spicæ. 3. s. macis. 3. ij. nucis musc. 3. i. galliæ musc. 3. i. contundantur contundenda, & ponantur in sacculo, quod sit altitudinis medij digiti, ex transuerso latitudinis digitorum sex, longitudinis digitorum nouè: debet tamen elongari, & breuiari, & in cæteris fiat; ut uidebitur necessarium esse.

Confectiones sunt ex dictis rebus confectæ; ut confectio de Gemmis Mesue, diambra, diamargariton, aromaticum cum ro. descript. Gabrielis, aromaticum muscatum Mesue. confectio de musco dulcis, electarium pliris arcoticon, electarium regum, & plura ad idem recitabuntur in de passionibus neruorum. unde quæ ualent in epilepsia, apoplexia, paralyti, & cæteris neruorum passionibus; ualent & in dolore capitis frigido, & e contra dico frigido; quia communiter illæ passionibus sunt de causa frigida. nihil tamen dictum est de pectinationibus capitis, quæ etiam conferunt suo modo, ut prædicta facta purgatione &c. sed satis est de eis dixisse in una parte capitali: debent enim fieri mane, & leues cum aliquali, & leui fricatione excussis primo superfluitatibus, & facta purgatione, ut dictum est.

D Cura doloris melancholici per essentiam.

DE dolore capitis per essentiam ex humore melancholico procedente canones quinque consimiliter considerandi sunt; ut in prædictis dictum est.

PRIMVS completur sibi proportionali in cibo, & potu, de quibus supra tractatu tertio, & ad easdem qualitates declinare debet regimen in cæteris sex rebus non naturalibus. & tu illa considera.

SECUNDVS uerò, ut consimiliter in alijs dictum est, perficitur cum digestiuis melancholiæ supra quarto tracta. illa enim indifferenter materiam melancholicam digerunt ubicunque. addantur ergo ea, quæ eorum uirtutem ad caput portent materiam etiam ipsam melancholicam respicientia; & tunc habebuntur digestiua &c. simplicia, quæ sua proprietate materiam melancholicam digerunt, sunt borago, buglossa, thimus &c. supra de digestiuis melancholiæ. quæ

Sacculorū
forma.

Pectina-
tiones (ut
aiunt) ca-
pitis quan-
do.

tamen à proprietate in materia melancholica caput respiciunt, sunt stœcados, buglossa, epithymus, chamomilla, peonia, camedreos, camepitheos, & plura alia, de quibus infra capitulo de melancholia. sed nota, quòd etiam calida, & frigida capitalia dicta supra possunt cum his digestiuis simplicibus, & compositis commisceri &c. nec inconuenit, ut in canone de cholero dicebatur.

Et pro compositis etiam recurre supra in eodem tracta. & est replicandus can. ibidem positus; cum non peccet humor solus; idè secundum compositionem humorum oportet componere syrupos adinucem. & tu omnia inuenies declarata tuo proposito alleg. tract. sed non sis immemor syruperi Mesue superius de digestiuis melancholice phlegmaticæ allegati; quoniam optimus est, & ualet ad quartana. de quo etiam infra de quartana. ex rebus dictis cum farina feminis lini, & oleis appropriatis, de quibus infra possunt cõfici emplastra in digestionem conferentia uariando, addendo de aliis factis capitalibus &c. ut expedire uidebitur; ut in can. de cholero dictum est. & tu illic recurre.

Ad tertij cano. perfectionem adducantur hic illi sex cano. positi supra de cholero, siue de dolore à materia cholero, quibus addantur hi duo cano. primus, quòd non expellentur solutiua à rebus lenificatiuis, & humectatiuis: hoc enim est, quòd operationem beatificat. secundus, quòd semper confortetur cor cum medicinis cordialibus simplicibus, & compositis, de quibus infra de ægritudinibus cordis, & ad plenum in tract. de peste, quæ generent in eo mineram gaudij: hic enim est thesaurus curæ Mes. de cura sordæ ex aggregatione phlegmatis, & melancholice.

Solutiua itaq; melancholice indifferentem ab omni parte corporis melancholiam educunt; idè, ut à capite educant; admiscenda sunt alia caput respicientia, de quibus supra, quemadmodum de solutiuis phlegmaticis à capite dictum est. tu itaq; considera compositionem humorum adinucem, & secundum illam proportionem solutiua; ut in canone &c.

Fit etiam euacuatio cum gargarismis, sternutationibus, caputpurgijs.

Gargarisma deponens materiam melancholicam à capite. R. syruperi de epithymo cum aqua decoctionis stœcados, item. R. oxymellis simplicis, aquæ decoctionis epithymi, passularum, florum anthos &c. item. R. radicis cyperi, acori, folliculorum senæ decoquantur in aqua, & uino odorifero &c. & similiter cum alijs. sternutatio fiat cum puluere condisi, & puluere epithymi ad inuicem benè commixtis. caputpurgium fiat cum decoctione rerum iam dictarum ad dèdo ex succis alijs; ut succum siclæ, aut, si fortius volumus; succum ciclamini; tamen fortia administrantur iuxta canones sex positos rememoratos.

Quartus cano. completur cum ligationibus, uentosis, fricationibus, lotionibus, suppositorijs, & enematibus; quorum tamen prima administrantur, ut in phlegmatico, & cholero dictum est.

Lotiones uerò fiant cum decoctione herbarum iam dictarum, ut decoctione epithymi, stœcados, chamomillæ, peoniæ &c. & seruentur omnia proportionaliter, ut de cholero dictum est. & tu ibi recurras.

Suppositoria fiât ex melle cû puluere hierèpigre addito & pulueribus solutiuis melancholice; ut polypodij, senæ, &c.

Clysteria leuia fiant ex maluis, matre uiolarum, sicla stœcados, polypodio, folliculis senæ &c. addito oleo communi, sale &c. in quantitate superius data in clysteri ex phlegmate: potestque fortius, & minus fortè fieri, ut apparet intuenti.

Quintus cano. etiam perficitur, ut dictum est de alijs, ex phlegmate, & ex cholera cum suffumigijs odoriferis, attractionibus per nares embrochis, fomentationibus, unctiõibus, linimentis, epithematibus, instillationibus, saccellis, cerotarijs, confectiõibus, electarijs.

Suffumigia fiant ex rebus dictis materiam melancholicam in capite existentem respicientibus, & consimiliter odorifera addendo ambram, uel muscum, pro quibus omnibus relegantur, quæ dicta sunt supra de his in de cholero & in de phlegmatico. & tu illa considera.

Lotiones fiant consimiliter ex eisdem rebus pulueriza-

tis cum aqua buglossæ, peoniæ, aut huiusmodi, aut cum succo earum herbarum addito ambræ, aut musci modico.

Embrochæ consimiliter fiant ex eisdem: sed aduertat ad canones positos, ubi sit fluxus catharri; & consimiliter fomentationes, pro quibus recurras ad superiora.

Unctiões fiant, quæ sint humectatiuæ, & caput confortantes: uerbi gratia. R. oleorum uiolarum, cucurbitini, nenupharini, hæc tria humectant, rutacei, nardini, de keiri de maiorana, & est congruentius de croco; hæc exicant. ad inuicem itaque misceantur, ut resultet unctio calida, & humectatiua, secundum quòd uidebitur expedire. quidam & benè faciunt decoqui caput hoedi, aut pedes castrati, & accipiunt pinguedinem supernatantem brodio, quam cum oleis commiscant; sed de his copiosè in de melancholia.

Linimenta fiant ex oleis dictis additis pulueribus ex rebus materiam melancholicam capitis respicientibus, de quibus dictum est.

Epithemata fiant ex aquis distillationis buglossæ, uiol. epithymi, aut decoctionis earum additis pulueribus conuenientibus, ut supra. & si adsint uigiliæ, addatur semen lactucæ, papaueris, corticis, &c.

Vbi notandum, quòd linimenta similiter embrochæ, & epithemata in his passionibus fortibus; ut dispositio melancholica, debent fieri plures in die usque ad quinquies. unde Mes. de melancholia, & mania sanguinea, & est necesse, ut ex ea caput in die quinquies liniatur, & embrochetur.

Instillationes uerò non sunt in usu; sed possunt fieri, quæ admodum de cholero dictum est.

Saccelli fiant, ex quibus fiunt embrochæ, & epithemata; ut. R. florum boraginis, buglossæ, & foliorum amborum, florum chamomillæ, camedreos, uiolarum, nenupharis, lactucarum, ex quibus fiant saccelli, in quibus sit uirtus calefaciendi, & humectandi. & possunt hi sacculi habendi applicari, ac ipsis fomentatis super fumo, siue uapore exeunt à lapide calido extincto cum aqua.

Cerotaria fiant cum dictis oleis additis pulueribus rerum memoratarum adhuc cum modico picis naualis.

Confectiões sunt electarium de gemmis, confectio de musco dulcis, &c. ponitur supra in phlegmatico in fine, lætificans Almanfor, lætificans Gulielmi placentini de melancholia; sed de his clarius infra de cura melancholice, hic etenim est uisus processus regularis, per quem, & si talis dolor non remoueatur; debemus ultimò ad cauterium deuenire: sed, antequam ad ipsum deueniamus; debemus remittere medicamina, & de debili ad forte, & fortius, ut dictum est.

Cauterium dari debet in loco, ad quem peruenit index mensurando sic, ut ponatur extremitas manus extremitati nasi, & extendatur, aut in loco, ad quem peruenit medietas filii, cuius longitudo est ab aure ad aurem. Aui. Placentinus tamen etiam cum hoc faciebat cauterium inter duo cornua in occipitio.

Cura doloris capitis immaterialis per essentiam.

De cura dolore capitis per essentiam absque materia canones seruentur, ut dictum est. in calido cum infrigidantibus oleis, embrochis, epithematibus, &c. in frigido uerò, cum oleis calefacientibus, embrochis, &c. alteratiuis, &c. in melancholico uerò, calefac cum humectatione, & hoc, si fuerit naturalis melancholice: quòd, si fuerit adustus; aliena, quod calefacit, & exiccat. & sit tibi menti, quòd in administrando talia alterantia tu debes primò incipere à ratione capitis.

Cura doloris capitis à causa primitiua, & à uentositate.

Cura autem doloris capitis ex uentositate, aut odoratu rei odoriferæ, aut foetidæ, aut statione sub sole, aut sub uento, quod penetrauit, aut ex ebrietate, aut nimio coitu satis patere potest uolenti rectè intueri, quæ dicta sunt; nam cura omnis est per contrarium prima, quarti, & tertio techni.

Pro primo, si fuerit ex re extrinsecæ, tunc capiti applicetur unctiões, emplastra, epithemata, &c. calida: si uerò ab intrinsecò, ut à uapore stomachi; rectificetur stomachus, & purgetur,

Cauterium
ut sciendum

purgetur, & prohibeatur ascensus eius, vt infra de dolore capitis per communitatem. similiter in secundo, si res odorifera, aut foetida fuerit frigida; remoueat cum odoriferis calidis.

Pro tertio cum alteratiuis frigidis.

De vento patet; & quia ventus consuevit multum nocere propter ingressum eius per aures, fiat iniectio rerum calidarum conuenientium in aures, de quibus supra, & amplius infra de cura dispositionum aurium.

De ebrietate verò, &c. quoniam non fit, nisi quia uinum propter eius malam qualitatem nō digeritur in stomacho; sed calescit, & fumat ad caput, & occupat ipsum cerebrum & myringas, in quibus dolorem inducit, & sui acuitate lædit; hinc principale remedium est, vt somnus introducatur, & uomitus excitetur, aut purgetur immediate. si uomitum facere non poterunt; fiant frictiones extremitatū fortes, & caput ex oleo ros. inungatur, & vtantur potionibus frigidis, & stypticis, & aqua, & non sit potus alius, nisi timeatur debilitas stomachi, & laxitas. & in caulibus quidē est proprietas, qua prohibentur uapores à capite, vt Auic. de cura ex ebrietate.

De eo verò, qui est ex superfluo coitu, dicendum, quòd cum accidat propter siccitatem, quam ipse fecit possidere; quòd cura eius consistit ex parte utriusque regiminis medicinalis, scilicet & sex rerum non naturalium in humectatione corporis confortando cerebrum cum oleis confortatiuis, & cæteris odoriferis, vt cum cibus nutrientibus cum pineis, phisticis, &c. sed hic est notandum, quòd aliquando fit dolor ex coitu, & maximè quando est homo multum repletus, & conatur se propter coitum replere. vnde in tali casu propter motum corporeum, & animale facta agitatione humorum vapores fraudulenter ad caput eleuantur, & in isto casu in principio cōpetit phlebotomia, aut alia euacuatio. & sic intellexit Auic. cum dixit. Oportet enim, vt illud, cui accidit successione coitus, aut quæ repletionem habere incipiat, primùm a minutione euacuatio fienda est, vt quarta primi tertio cap. vacuitas itaque sine dubio euacuationem fieri prohibet.

Cura doloris capitis per communitatem.

DE DOLORE capitis per communitatem. dicendum, quòd communitas duplex est absoluta: Prima est, vt ad cerebrum ipsum, aut ad caput ex membro communicante nihil perueniat corporeum penitus, nisi ipsum nocuum. secunda est, vt ad ipsum perueniat ex membro communicante materia, aut vapor. Auic. de speciebus sodæ per communitatem. exemplum primi; vt est dolor capitis, qui fit in podagra, sciatica & alijs doloribus fortibus. exemplum secundi, ut est dolor in febribus, aut tempore crisis factus. Membra communicantia, scilicet à quibus fit dolor per communitatem, sunt stomachus: & est primum, de quo suspicari debet. matrix, quæ cerebro fortiter, & multum communicat, vt infra de matrice, myrach, hepar, splen, diaphragma, renes, extremitates omnes, & partes dorsi. & est notandum, quòd, cum adsunt apostemata intrinseca; tunc in permutatione materierum eorū ad superiora maximè causatur dolor per communitatem.

IN CURA itaque doloris facti per communitatē quinque sunt canones attendendi: primus est rectificatio membri mandantis: secundus est prohibitio ascensus uaporum ad caput à quocunque membro fiat: tertius est diuersio: quartus confortatio capitis ne recipiat: quintus est accidentium correctio, si quæ sunt.

PRIMI canonis sunt quinque alii canones: primus est ordinatio diætæ: secundus digestio materiæ: tertius euacuatio eiusdem: quartus confortatio eius, ne amplius mandet: quintus remotio malæ qualitatis.

Ordinatio diætæ, digestio, & euacuatio, similiter confortatio, & remotio malæ qualitatis ita poni, & tractari habet secundum exigentiam membri humorum peccantium, &c. de quibus suis dicitur locis; vt si fuerit à stomacho in capitulo de dispositionibus stomachi, & consimiliter de alijs.

PROHIBETVR autem ascensus uaporum specialiter à stomacho eleuatorum cum rebus frigidis, & stypticis; vt cū citonij, coriandro confecto cum zuccharo, & ego de ci-

tonijs experientiam habui; nam dominus Francisc. de Saurognano de Vtino, qui patitur sæpe dolorem capitis per communitatem à stomacho statim assumpto bolo citonij conditi cum zuccha. alleuiatur ab eo. sed aduertendum, quod materia existente cholericæ non debet cum coriandro zuccharum poni; quia ad eam conuertitur secundo can. de zuccharo: sed conuenit coriandrum cum zuccharo stomacho existente frigido; ne stomachus lædatur Auic. capitu. de cura sodæ ex ventris vaporibus: & consimiliter fieri potest cum granatis. immò, vbi uapor est cholericus; efficax remedium est assumptio buccellæ vnius, vel duarum infusæ in uino granatorum, aut agresta, & etiam confert arancij, vel limonis succus. quòd, si ista defecerint; accipiatur aqua frigida, & sit ieiunus. Aui. de cura sodæ per communitatem.

Quòd si fuerit ab hepate; ista similiter conferunt, quæ dicta sunt, siue materia fuerit frigida, siue calida, & magis ipsa existente calida, & eo casu conferunt diuretica frigida, & calida diuersitate materiæ inspecta. similiter conferunt emplastra frigida, & styptica, aut styptica, in caliditate uerò temperata, aut calida, si oportet, hepate applicata, de quibus omnibus suis dicitur locis.

Et proportionabiliter de renibus, & matrice dicendum etiam in locis suis applicando emplastra, & super myrach, & in cæteris partibus corporis, à quibus potest eleuari uapor malus; vt est crus, &c. de quo est dicendum, quòd ipsum est ligandum usque ad inguina; ne uapor malus ascendat, & super ipsum ponendum, vlcerationemque aperiat, &c. & in similibus similia.

DIVERSIONES fiant, vt dictum est supra in canonicis de diuersione. sed propter stomachum projiciatur bis, aut ter in die aqua calida super manus, & pedes ab alto. itē ponatur ventosa super umbilicum, & super ipsum duæ aliæ, & continentur frictiones extremitatum.

In eo uerò, qui est ex matrice, fiant lotiones, proiectiones aquæ calidæ, frictiones, vt dictum est, & maximè circa crura. item & expertum est, donatur uentosa magna super alchathim; hoc est, circa extremitates caudæ, &c. ponantur aliæ similiter in summitate coxarum ad intra uersus naturā & in pulpis crurium, ut supra.

In eo uerò, qui est ab hepate cū prædictis similiter operentur ponendo uentosa super hepar, & circa ipsum. idem operando circa splenem, renes, &c.

In eo uerò, qui fit à diaphragmate etiam conferunt frictiones, lotiones, infusiones aquæ, &c. uentosa etiam in hypochondrijs, & retrò super dorsum positæ.

Quid autem operandum sit in omni alia parte patet. de clysterijs autem, & suppositorijs satis apertum est, quid agendum sit.

CONFORTATVR autem caput; ne recipiat in principio cū frigidis, & stypticis caput à proprietate respicientibus; vt cum oleo ros. conquassato cum aceto; deinde in processu cum calidis stypticis; vt cum oleo chamemillino, myrtino, in quo fuerit dissolutum granum cupressi, aut mixto cum nuce cupressi; & hoc, vbi materia fuerit frigida. quòd, si fuerit calida; continua illa frigida & styptica, de quibus ad plenum supra tract. iij.

CORRECTIO autem accidentium fiet secundum, quòd dicitur de illis in suis capitulis: nam, vt plurimum adest instantia uigiliarum, de qua dictum est supra in canonicis præcedentibus.

Item nota, quòd vbi comprehenditur, quòd materia faciens dolorem sit in stomacho contenta apta faciliter egredi, & præcipuè cum est cholericæ; tunc eo casu uomitus est singularis medicina, post quem confortetur stomachus cū calidis, aut frigidis secundum exigentiam materiæ, & subito introducatur somnus.

Postremò, vbi comprehendimus sanguinem peccare; fiat phlebotomia, vbi est plethorica ex saphenis propter membra inferiora: aut, si est per essentiam; de cephalica, & de hepatica; quandoque tamen non inconuenit ad diuersionem faciendam facere phlebotomiam non peccate sanguine, & tunc extrahatur multo minor quantitas sanguinis, quàm quando quærimus euacuationem; sed de his infra in dubijs.

De administrando autem cauterium, aut de inficiendo arterias, &c. vt vult Auic. nihil ad præsens.

De hemicrania. Rub. 2.

H E M I C R A N I A est dolor in vna parte capitis exci- tus, cuius causa secundum plurimum est frigida prima ter- tij, proprio cap. & Gal. diffinit eam tertio de interioribus, quod est ambulator medius. & dicitur ab imi, quod est di- midium, atque cranion, quod Latinis Caluaria, antiquis autem testa nuncupatur. Alexander capitulo proprio. & dicitur ambulator; quia vadit, & venit: & ideo est mor- bus periodicus. hæc autem indifferenter fieri potest a san- guine, aut ab alijs humoribus commixtis, aut non commi- xtis sanguini.

Quod, si fuerit ex sanguine, aut aliter quomodolibet; eisdem vtere canonibus dictis de dolore capitis, speciali- ter autem de phlebotomia fienda in ipsa dicetur in dubijs in fine capituli.

In frigido verò confert cerotum factum ex cantharidi- bus, & dimissum, donec locus vesicetur. amplius tamen laudat Guilelmus Placentinus cauterium ex auctoritate Albucasis. laudatur etiam in frigida emplastrum ex euphor- bio, sinapi, pyrethro, & similibus, quæ semper sunt intelligē- da fieri debere præcedentibus purgationibus. in frigida ve- rò licet usque ad narcotica transire: nam hæc est ægritudo aliquando ita fortis, vt blandimento sit opus. Mes. de hemi- craniam. administrantur ergo, ut dictum est supra, & admini- stratio eorū in emplastris est melior, quàm in potibus Mes. ibi auctoritate Gal.

Et, licet epithemata, linimenta, embrochæ, & cætera di- cta de dolore capitis sint in hac dispositione conuenientis- sima; tamen inscribentur aliqua, quæ propriè ad ipsam he- micraniam videntur attinere. in frigida. Recip. granorū lauri par. i. olibani par. ʒ. foliorū rutæ par. i. sinapis par. ʒ. post eorum triturationem cum aqua misceantur, & fiat li- nimentum. ex quibus etiam emplastrum satis fortè facere possumus addendo scillam, euphorbium, &c. item non ad- dendo aliquid; sed ponendo plus de sinapi. in calida uerò. Rec. succi agrestæ, myrrhæ ana partem vnam, fœcis encau- stri scriptorum partes duas, aluminis iameni, croci, ana par- tem vnam, & quartam: confice terendo cum aceto uini, & liniantur tempora, & super ipsa stringatur. audi Auic. Qui- dam præteriti medici narrauerunt medicamē hemicraniam temporalis expertum iuuamentum acceptum à muliere. decoquatur radices cucumeris asinini, & absinthij in oleo, & aqua, donec dissoluantur; vt cucumeris par. i. absinthij par. i. & embrochetur pars dolorosa ex oleo, & aqua cali- dis, & fiat emplastrum ex fœce. & mulier illa, quoties admi- nistrabat; sanabat hemicraniam, siue esset cum feb. siue sine feb. laudatur super omnia ab eo emplastrum de sinapi, cu- ius descriptionem habes à Mes. secunda distinctione anti- dotarij. item vehementer laudatur ab eodem inclinatio su- per aquam calidam facta; deinde caput purgiū ex oleo phi- sticino: ilico enim dolorem sedat. in calida, farina hordei cum albumine oui cum plurimis frigidis superius memora- tis. & in frigida, farina frumenti cum vitello, etiam pluri- bus calidis facto emplastrum.

De dolore à casu, & percussione. Rub. 3.

D E D O L O R E capitis ex percussione, & casu tres cano- nes sunt principaliter obseruandi; primus est sedare dolo- rem, vt possibile est; ne fiat apostema: secundus est elögare materiam à loco læso: tertius est confortatio capitis.

Primus perficitur cum mitigantibus dolorem supra tra- cta. quarto.

Secundus completur cū euacuatione, & diuersione ma- teriei ad contrarium cum euacuatione quidem facta cum solutiuis, de quibus supra de cura doloris capitis per essen- tiam. cum diuersione verò facta per phlebotomiam cepha- licæ, aut nigræ, aut appositione uentosarum, frictions, cly- steria, &c. vt supra in canone de diuersione.

Tertij executio aduertite, si est plaga, aut non: & si pla- ga affuerit; tunc necessarium est, ut medicetur, & tempere- tur locus in complexione sua; donec recipiat curam, &c. quod, si non fuerit plaga; tunc occurrendum est cum frigi- dis stypticis leuibus capitalibus in principio; vt sunt oleū

ros. myrtinum, & huiusmodi. quod, si fuerit necessaria reso- lutio aliqualis; misce cum eis chamemillinum, calamū aro. & huiusmodi, & conuenientia sunt tepida; si apostema non persuaserit frigida applicari, & eius uehementia. quod, si lo- cus incipit apostemari; tunc opus est administrare stypti- ca fortis stypticitatis, & in frigidationis; sicut cortices gra- nati, balaustias, rosas, embrochando caput ex aquis eorum ex fœce faciendo emplastrum. post quæ transire debemus ad ea, quæ subriliant, &c. vt cupressus, olibanum, & huius- modi, & in principio administremus decoctionem stœcha- dos in syrupo mellino, aut aqua mellis. & est optimum. & cum sanguis egreditur ex cerebro; vt ex naribus, & auri- bus; cibetur æger ex cerebellis gallinarum, quantū est pos- sibile, aut arietum, hœdorum, farina hordei, &c. ut supra. & ipsum pota aqua granati acetosi, & abstineat à uino. & cū ipsum nutriueris; sic usque ad tres dies phlebotoma; si uir- tus, & cætera consentient. & quoniam vt plurimum in his casibus, & percussionebus fiunt vulnera, & contusiones; di- uersa hinc cætera dicenda in materia restaurationis re- linquo.

De phrenesi, & charabito. Rub. 4.

P H R E N E S I S, charabitus, sirsen idem. frenum autē in homine est ratio; phrenesis itaque rationis læsio. chara- bitus, quod est alienatio, dicitur à caren, quod est consiliū: & bitos, quod est permutatio, inde charabitus mutatio con- silij; quoniam tunc homo alienatur. sirsen à sir, quod est ca- put, & sen apostema, &c. talis potest colligi descri. ex Auic. prima tertij. phrenesis est apostema calidum in uelamine cerebri subtili, & grosso, absque corpore ipsius, scilicet ce- rebri; quamuis quandoque & cerebro accidat apostema.

C A V S A eius secundum plurimū est materia calida cho- lericæ in anteriori parte secundum plurimum, aut media collecta: vel est mala complexio à uaporibus malis in eis- dem panniculis impressa, ad quam rationis sequitur læsio, atque alienatio: & additum est, vel est mala complexio à uaporibus, &c. quoniam duplex est phrenesis, vera, & illi deseruit descriptio usque ad ly: vel alia non uera, cui deser- uit, quod additum est, vel est mala complexio. vnde ad pri- mam sequitur febris tanquam accidens eius: secunda uerò sequitur fe. acutā, causonem, tertianam, apostema diaphrag- matis, pulmonis, pectoris, stomachi, matricis, hypochôdri- rum, vermes, & huiusmodi, tanquam accidens. Serap. tamē placuit differentia, quod illa ex commixtione phlegmatis non uera est; sufficit, quod dictum est. medico quandoque non attinet multum de nominibus disceptare prima primi doctri. sexta. v. cap. inter ipsas est differentia; quia in uera semper alienatur: in non uera; aliquando fit quies media.

Velamina uerò cerebri duo sunt, vt supra in principio capituli: pia mater, quæ est corpori cerebri immediata: al- tera uerò dura mater, quæ est à cerebro remotior, & cranio immediata, quorum complexio; vt de cæteris panniculis di- cetur, est frigida, & sicca. pia autem mater contextur ue- nis, quibus cerebrum ipsum nutritur (aliàs inseritur) & per cauernositates cerebri est diuisa; vt toti substantiæ cerebri nutrimentum tribuat. dura autem mater, seu panniculus grossus etiam per cerebrum penetrat, & diuidit eum in de- xtrum, & sinistrum usque ad uentriculum anteriorem, quæ in anterius, & posterius diuidit.

Materia autem, quæ ut plurimum in altero ipsorum col- ligitur faciens apostema ipsum, est sanguis cholericus. vnde multi semper in phrenesi faciunt phlebotomiam, & de hoc infra.

Vnde in summa causa primitiua est aer calidus, & siccus, exercitium calefaciens, et desiccans, balneum calidum, ci- bus rerum acutarum, uigilia superflua, iracundia fortis, & adiuuant ad hoc ætas; quia iuuentus, tempus, & aeris con- stitutio, vt in diebus canicularibus, & consimilia.

Antecedens est mala cōplexio dicta, vel humor dictus, aut vapor eleuatus, aut à pulmone, aut à pectore, aut dia- phragmate, aut intestinis, aut à matrice, aut à vesica, aut à toto in febris, aut ab aliquo alio mēbro; vt hepate quæ- dam loci ueræ, & non ueræ, & huiusmodi.

Coniuncta autem est ipsa mala complexio, aut humor immediatè cerebrum perturbans.

SIGNA phrenesis sic distinguuntur; quoniam quædam communia; quædam specialia: & specialium quædam sunt signa ueræ; quædam non ueræ; & quædam præsentis; quædam futuri; quædam diuturni; quædam ad salutem; & de his tribus in die prognosticis, communia sunt se. continua, & pro maiori parte conclusa. grauitas capitis, caliditas maior solito in eo percepta, immò tunc apparet calidius, quàm aliquod aliud membrum corporis: uigilia, & aliquando somnus, à quo cum clamore, & saltu excitatur, lingua nigra, & aspera, oculi rubei, qui aliquando sicci sunt, aliquando lachrymantur, corruptio phantasiarum, siue alienatio, horror luminis, in pulsu uelocitas, & frequentia; multa, debilitas parua, multa, inæqualis, in anhelitu uarietas, frequentia, angustia, pigritia loquelæ, inquietudo extremorum & eorum frigiditas, in uerecundia, ira, audacia, desiderant aquam & non multum; urina remissa in colore; quia subcitrina, & aliquando pallearis cholera ad superiora tendente.

Signa non ueræ sunt; quia aliquando abscinditur, & quòd ipsa subito euenit, aut sequendo febr. qua remissa remittitur, cuius còtrarium est de uera; ut quidam dicunt materia ad superiora raptum habente; aut quia sequitur malitiam alterius membri; ut hepatis, & huiusmodi. & aucta malitia in membro illo augetur phrenesis, & remissa remittitur. & præcessit ægritudo in alio membro uerè; quoniam continue affligit, & facta est paulatine, & præcesserunt signa nocuenti in cerebro.

Signa præsentis sunt siccitas oculorum, & quandoque succedunt distillationes sanguinis ex naribus, & quandoque fricant oculos, & incipiunt mouere manus uario modo, & colligere paleas, quandoque cù clausione oculorum, quandoque cum apertione, & cum querele, & cum pigritia locutionis, & quandoque fit distillatio urinae, & quandoque non sentiunt laboriosum tactum.

Signa loci phrenesis, saltem ueræ sunt; quoniam, si est apostema in anteriori parte capitis; corrumpitur imaginatio, colligunt paleas, imaginantur, quæ non inueniuntur. quòd, si fuerit in media parte capitis; corrumpitur cogitatio & ratio, & loquitur cum alienatione plurima. quòd, si fuerit in posteriori; obliuiscitur eius, quod uidet, & petit aliquando sibi aliquid præsentari. & cum præsentatur, non recordatur se quæsiuisse illud, & petit plerumque urinale, ut mingat, & cum præsentatur, obliuiscitur rei. quòd, si apostema comprehendit totum caput; tunc apparent hæc omnia signa non ita intensa, nec ita continua, & comprehenditur ex aliis locis secundum situm membri communicantis; ut quia stomachus magis parti anteriori renes posteriori, hepar mediæ, &c. & quia dictum est, quòd sanguis cholericus, ut plurimum est faciens apostema ipsum; ideo signa specialia ipsorum humorum faciètiæ apostema ponenda sunt.

Signa igitur, si à sanguine est, accidit risus, distillatio sanguinis narium, lachrymantur, oculi rubent, & uenæ ipsorum etiam rubent, habent lippitudinem in eis, asperitas lingue cum rubedine, deinde nigrescit. pigritia locutionis, uenæ frontis rubæ, uigilia superflua, frequentia standi, & sedendi absque necessitate, sopor, ad tactum caliditas, magnitudo anhelitus, & in phantasia uident, aut percipiunt res rubeas.

Signa si à cholera, quando scilicet à pura. uigilia plurima, profundatio oculorum, lingue asperitas, fortis, & citrina, deinde nigrescit. se. intensa, amor tergendis saepe oculos, imaginatio citrinorum, mores lupini, & proprietates melancholicæ, audacia in disceptando, acuitas extremorum narium, & in fronte attractio ad superiora, garrulitatis copia, immò & fletus. & cù aliquid phlegmatis admiscetur; fit obstupescitio per uigiliam, quòd, si fuerit ex cholera, adusta & est interficiens; accidit cum mania, siue demonio, & rixa, de quibus infra, & anhelitu magno, & magnificatur inquisitio, & sunt oculi conturbati.

PROGNOSTICA signa futuræ phrenesis. feb. acuta, constipatio uentris, obliuio rei propinque, tristitia sine causa, somnia mala, multa grauitas, & repletio, citrinitas faciei, uigiliae proluxæ, somnus inquietus, item patiuntur

Aphantasias extraneas, ut dicunt se uidere, quæ futura sunt, ac si uelint uaticinari, incipiunt minari, sermones asperos habent, anhelitus magnificatur, pulsus paruus, & durus, & sentitur dolor in posteriori. cum uerò proxima est; oculi sunt pauidi, rubei, lachrymantur. & cum est magis proxima; festucas colligunt, non respondent rem certam, lingua asperior, febris acutior, tremor, insensibilitas, inopina huiusmodi.

Signa diuturna; quia salua est cum debilitate uirtutis.

Signa salutis; quia recordantur de alienatione, quæ præcessit, & in qua est risus. unde Hippo. Desipientiæ, quæ cù risu fiunt securiores; quæ uerò cù studio periculosiores.

Signa mala, & mortis. si fuerit apostema tale in cerebro; scilicet cum urina aquosa mortale. grauitas capitis, & pulmonis cum spasmo crurium, & uomitu uiridi mortale, & talis moritur in die uno, aut duobus ad plus Hippoc. si super pollicem phrenitici uesica oritur certum est signum mortis. phrenesis in iuene ut plurimum terminatur ad malum. si una uice ridet, & altera flet, & urina fuerit alba; cito morietur. Hippoc. in libello de morte subitanea. si in sinistro pollice phrenetici fabæ similitudo citrina, & dura fuerit, & còtingat infirmum solui superius, aut inferius; in. vi. die moritur Gal. secundo prognostic. manuum mobilitas in phrenesi perniciofa est in omni genere suo. phrenesis, quæ est in substantia medullari, deterior est inter omnes, deinde quæ est in pia matre, deinde quæ in dura. phrenesis, quæ est ex cholera rubea pura adusta, pessima est, deinde quæ ex sanguine, deinde quæ ex cholera citrina est. item signa mortalia sunt; cum urina præcessit cholericæ, deinde fit alba, & tenuis, & alienatio, & uigiliae continuæ, cum retentione urinae, & egestionis. item & cum spasmo tibiarum. item, si superuenerit syncopis. quibus signis saltem sic simul apparentibus debet medicus ab infirmo recedere.

CYRA pro qua obseruandi sunt sex canones; ordinatio diætæ, festina materiæ euacuatio; nam, cum impressit; casta est eius euacuatio. Mes. diuersio, confortatio membri, ne recipiat, & hoc est, quantum ad naturam cum his, quæ materiæ, & uaporum acuitatem extinguant, & receptæ materiæ resolutio, æquatio materiæ, accidentium remotio si qua erunt; nam ad phrenesim semper consueuit sequi uigiliarum instantia. unde in uatico phrenesis est apostema calidum in quibusdam cerebri panniculis, quod semper sequuntur uigiliae, & alienationes.

PRI MVS completur cum his, quæ se cholerae opponunt ex parte ciborum, & potuum, de quibus supra. iij. tractat. unum tamen aduertendum hic specialiter de aere, quod aer eorū non debet esse luminosus, nec in camera sint imagines, aut formæ, & sint præsentis amici, & societas sibi grata, & homines, quibus consueuerunt deferre; ut uerecundia teneantur, seruietes prudenter eos coerceant, ac eorū agitationes mulceant, eis que fideliter seruiant.

SE C V N D V S perficitur primò in sanguinea cum phlebotomia magis, & usque ad syncopim, si tolerat uirtus, quæ multum consideratur, ut Halya. & cætera consentiunt.

DIn cholericæ uerò sanguinea adusta, uel non adusta fiat phlebotomia, & parua respectu diætæ; & hoc uoluit Auic. dum dixit. & digestio sanguinis aliquantuli, immò multum ualde. de aliis autem humoribus fiat euacuatio cum solutiuo leuibus appropriatis materiæ; ne fiat materiæ agitatio. utrum autem in phrenesi competat phlebotomia, dicitur in dubiis. & sequendo de primo fiat ex cephalica super manum; hoc enim est præceptum Auic. Mes. & cæterorum. tñ semper saluo meliori iudicio existimo in principio, & hoc regularius operaneo phlebotomia debet fieri ex saphenis; hæc etenim simul duæ magis necessariae intentiones melius perficiuntur, scilicet euacuatio, & diuersio. & credo Auic. specialiter tacuisse in capitulo proprio; cù uoluit hoc esse nobis notum ex canonibus generalibus. Halyab. tamen dicit ipsam debere fieri ex cephalica; deinde ex saphena; ut materia magis de superioribus ad inferiora trahatur. deinde, si oportet; procedendum est usque ad phlebotomias uenæ frontis. sed est aduertendum in phlebotomia, quòd ita cautè, & dulciter faciamus, ne fiat magna in ægro agitatio;

Lib. iij.
aph. vj. se.

tio; fortè etenim maior inde læsio sequeretur; nam propter agitationem debilitatur uirtus, & commiscetur mali humores cum bonis. & sic fiet in ægritudine augmentum item aduertatur, ne seipsum dissoluat.

Quòd, si non potest fieri phlebotomia, & ipsa sit necessaria, appone uentosas naticis, spatulis, &c. sunt etenim phlebotomiz uicariæ, ut supra. item fiat hæmorrhoidarum prouocatio, menstruorum, sanguinis ex naribus cum fetis porcinis.

Post uerò primam, & secundam, aut tertiam diem sui euentus non fiat phlebotomia: unde Halyab. primo utere phlebotomia, & similiter primo, secundo, ac tertio die; si uirtus fuerit fortis: quarto autem die nihil horum attingas. item cum ægritudo minui cœperit; nequaquam phlebotometur & si uirtus est debilis; cū alio regimine præseruetur. & quæ dicta sunt, intelligi habent materia existente in fluxu: nam in quarto die non inconueniret; immo uidetur regulare, quod in quarto, aut quinto fiat phlebotomia de uena frontis; illa etenim euacuat materiã; quæ fluxa est. sed semper menti habeatur, quod melior est multiplicatio numeri multiplicatione quantitatis prima quarti de cura putridarum.

Canon aduertendus, quod talis phlebotomandus non sit consuetus incurrere syncopim, immo defendendus est cum bucella panis infusa in uino granatorum, succo arãcii, &c. & statione eius supinè in lecto, aut super scanno, ut docet Aui. quarta primi de phlebotomia, & stet sic quietus iacens supinus post eius phlebotomiam per spatium duarum horarum, uel circa; si id fieri potest.

In facta uerò ex cholera adusta, aut non adusta fiat euacuatio festina; nam in ipsa est expectanda digestio iuxta apho. Concocta medicari, &c. de quo etiam habentur magistrales uersus. Synocha, cum colica, frenesis, squinantis, & antrax materias crudas euacuare iubent. item attende ad id, quod dicit Auicè. prima tertii de cura eius. & aliena eos ab aqua uehementis frigoris propriè, si fuerit in uelamine; distingue apostema, aut in uisceribus, & est expositio Mes. de cura eius cholericæ.

Euacuatio itaq; fiat ex euacuantibus choleram leuibus; ut sunt lenitiua, lubricatiua; ut manna, cassia, dyaprunis, pruna, thamarindi, de quibus supra tract. iiii. quia semper timenda est humorum agitatio. dari potest hoc casu etiam diaprunis diagrifatū, & similiter electarium de succo rosarum descriptione Mes. ad hoc, ubi uidetur uirtutis constantia. item infusio rhabar. cum aqua, uel aquis capitalibus aliaque parte elige faciliora, quæ congruentiora dispositio ni uidentur posita in desolutiuis cholera tract. iiii. in hoc casu commendatur aqua fructuum Mes. distin. vii. antidotarii. item in adusta decoctio fumiterræ. Mes. eadem distinctione, & in adusta nunquam postponas fumum terræ. medicina ualens in adusta & non adusta. Rec. cassiæ, aut mannae. i. thamarindorū. j. i. s. dissoluantur thamarindi in mortario cum pistello cum aqua decoctionis prunorū, cū qua aqua cassia etiã, & extrahat totū adinuicè misceatur, & detur infirmo. quòd, si fuerit adusta; addatur decoctio fumiterræ, polypodium, epithymum, &c.

Notandum, quòd thamarindi habent in hoc casu prærogatiuam inter solutiua. & quoniam iste potus est longus quem abhorrent infirmi etiam prudentes; idè ego hoc in casu laudo potum breuiorem, qui sit etiã lenitiuos, &c. ut diaprunis diagrifatū, infusionem rhabarbari in aqua decoctionis prunorum, &c. & hoc, ubi uirtus consentiat, ut dictum est. item præsume super electarium de succo rosarum Nico. dando de ipso. 3. i. s. cum. j. i. cassiæ, aut mannae; nam in his ita leuibus non inueni iuuamentum notabile. pro quo audi Gentilè infra de peste. in. q. ii. & tu ibi recurras.

Fiat euacuatio cum clysteribus lenitiuis, & frequenter ut cum uiolis, maluis, prunis, blitibus & huiusmodi, cum dissolutione cassiæ, thamarindorum, diaprunis, zuchari, hieræpigræ, olei uio. &c. addito sale, nec cogatur eum retinere; quoniam talis retentio etiam multam inducit debilitatem, & eleuationem materiæ ad caput, & ex consequenti timorem, & mortem. hæc enim clysteria frequenter multum ualent; unde Auic. Et sit tibi securitas multa in cly-

steribus: & in fine capituli: & in cholera, quæ est adusta, multiplicetur studium cum humectantibus etiam cum administratione enematum infrigidantium, & humectantium in eis quantum possibile est. & si non sustinent catarticum, aut clystere, fiant suppositoria fortia, aut leuia cum melle ros. aut uio. additis, ut supra in dolore capitis cholericæ, aut phlegmatico. post autem euacuationem factam cum medicina; ut clysteri, saltem in principio fiat phlebotomia & parua, ut supra, ex cephalica, & ponantur uentosæ in spatulis, aut cruribus: quod magis laudat Placentinus. similiter prouocentur hæmorrhoides cum sanguifugis, aut fluxus menstruorum, &c.

DIVERSIONES fiant, ut de dolore capitis cholericæ perueniendo usque ad scarificationem extremitatum, & sic completur tertius.

QUARTVS perficitur in faciendo remouere capillos, & confortando caput cum oleo ros. uel de nenuphare, uel de populeon, cui addatur aliquantulum aceti ea adinuicem benè agitando, & permiscendo imponendo petias, & sic infusas tempore calido frigidis applicando frigida tepidis, &c. ut de epithematibus fit. & consimiliter possent applicari epithemata frigida, & quando est ex sanguine; sint frigida, & sic. quando uerò est ex cholera sint frigida & humi. item applicando petias intinctas in succo herbarum frigidarum capitalium, de quibus supra in canonibus de dolore capitis ex cholera; ut uiolarum, semperuiuæ, solatri, &c. quòd, si apostema ad tantum deuenit, ut etiam extra apostementur uenæ maguæ; tunc noli uti repercussiuis solis; sed ipsa cum anodinis admisce ita, ut sint lenitiua, repercussiuua, & sedatiua doloris. post uerò utere stypticis, & de his omnibus habes supra tracta. iiii. & omnia fiant in principio, quod est usque ad quartum idem. in quarto etiam fiat permixtio repercussiuorum cum resolutiuis ita ut repercussiuua uincant, ut addèdo chamemillam, oleū eius, mellilotum, rutam, & huiusmodi, quæ sint calida capitalia de quibus supra. post quintum uerò, quia iam appropinquatus est status; fiat ex eis temperamentum, in declinatione uerò fiat resolutio temperata, ut circa principium octauum. & sic sequitur modus complendi sextum canonem. hæc autem temperata resolutio, qua etiam cerebrum confortatur, fit à quibusdam cum gallis iuuenibus, cum columbis scissis per dorsum, & euisceratis, & super caput positis. item laudatur apertio catulorum lactantium scissorum per medium, & capiti applicatorum ipsis prius euisceratis & cum frigere cœperint; ponantur in aqua calida, & sic calefacti capiti applicentur. similiter ualet pulmo arietis, qui, cum frigescit; calefiat, &c. & si cum hoc uolueris inducere somnum; aspergantur ista cum puluere iusquiami. de Empiricis sunt, qui applicant in principio gallos, columbos, &c. & male; quoniam attrahunt, &c. & minus suspectus est pulmo uulpis; sed columbi, & galli sunt multum calidi; ideo in istorum applicatione habeatur aduertentia, & de hoc in dubiis. possunt fieri emplastra, cerotaria, unctiões ad hoc ualentia, & tu simplicia habes ad propositū, sed ista uidentur conuenientiora.

Notandum propter id, quod dictum est de temporibus huius ægritudinis, quod reperitur phrenesis acuta, peracuta, & perperacuta. acuta terminatur in. 4. diebus secundum illud Senis. xxiii. aph. ii. sectionis. Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur: perperacuta in quatuor: peracta, quæ est inter has media, in septem, & de ista media positi sunt illi termini. de acuta autem secus dicendum: unde eius principium est usq; octauum, status usq; ad. 13. declinatio uerò post illum. de perperacuta autem quid dicendum patet conclusio ad eius tempora.

QUINTVS facilius completur cum digestiuis cholerae, de quibus supra. & tu ibi.

SIXTVS completur cum administratione eorum, quæ somnum reducant: unde, ut dictum est, cum his, quæ capiti applicantur apponantur somnifera, ut iusquiamum, mädraga, & usque ad opium perueniendum.

De applicatione autem narcoticorum, & de inducentibus somnum dictum est supra in epithematibus, unctiões, &c. in dolore capitis. & tu ibi. & infra de superflua uigilia

Synco-
pim infre-
tancia.

vigilia ad plenum dicitur, unde summum studium debet esse in faciendo eos dormire: unde Auic. Et stude, vt ipsum facias dormire, & infra. nam in dormitione ipsorum consistit iuuamentum plurimum.

Accidens uerò aliud incurrunt, vt, quia obliuiscuntur mingere: & idè medici sollicitudo debet esse, vt mingant cū expressione facta manibus, & cū embrochis, aut aliis medicaminibus ad hoc, vt infra de difficultate mictus.

CURA non uerè principaliter obseruat quatuor ex canonibus dictis; scilicet diuersio, confortatio membri ne recipiat, recepti resolutio, accidentium correctio, de æquatione autem materiæ, & de eius euacuatione nihil ad præsens: de his dicitur suis locis; vt, si erit feb. in de febribus: si ex pleuresi, ibi, & c. in quibus etiam de ordinatione diætæ mentio fiet.

Notandum tamè, qd Auic. & cæteri auctores uolunt in uera diætâ fieri subtilissimâ, & plus, quàm in aliis ægritudinibus acutis. & causa est; qm oportet facere membra auara, ut de materia non tantum fluat ad membrum ita nobile, ut fiat magnitudo apostematis. de non uera aut quantū est ex parte rerum non naturalium dicèdū sicut de uera dictū est. de cibo autem, & potu dicitur suis locis.

Notandum etiam, qd in non uera non sic competit phlebotomia, & causa, quia succedit aliam fortem ægritudinem, ex qua æger est debilitatus: nam semper debet uirtutem custodire: quare, & c. & consimiliter fortes non competunt medicinæ: quare studium magis sit in clysteribus, & suppositoriis, & c. in fine uerò, si non remanent uestigia alienationis seruatis canonibus; fiant embrochæ cum resolutiuis temperatis, aut ad calidum parum declinantibus, vt ex flore chamemillæ, maioranæ, anethi, ro. rub. ana bulliant in aqua. uel sic. Reci. anethi, florum chamemillæ, fenu græci, maluauisci, ana. ubi quæritur resolutio cum confortatione, magis bulliant in aqua, & c.

De sibare.

Rubrica. 5.

PHRENSIS est apostema substantiæ cerebri panniculorum. Sibare uerò est apostema substantiæ cerebri: unde à phrenesi differunt loco, ut patet. secundò ex materia; quoniam sibare semper fit a cholera adusta. non sic Karabitus; sed à sanguinea, & cholera non adusta; licet tertia species Karabiti fiat adusta. tertio differunt accidentaliter; quoniam habent dæmonium, siue maniam: dicitur enim mania à mane, quod est dæmonium, & est superflua: nam uehementer, & fortiter agitantur plus, quàm in karabito. quartò differunt ordine; quoniam, cum adest sibare; adest mania; quoniam læsio iam communicata est mēbro principali. sed, cum adest Karabitus; non adest mania; quia sic non subito læditur principale, vt quando est in duro panniculo.

CURA dicta de karabito hic seruetur, & maxime diuersio seruetur, & sic cura, & studium magis in humectando, quàm in karabito; quare humectatiua frequentur, & c.

In hoc capitulo breuissimè locutus sum; quoniam sic superficialitè non uidetur differentia à karabito nisi secundum magis, & minus, & c. quare, & c. potest tamen talis colligi descriptio. Sibare est apostema calidum substantiæ cerebri à materia cholericâ adusta causatum; & ad quod sequitur alienatio, & dæmonium superfluum.

De Lethargia.

Rubrica. 6.

LETHARGIA est apostema ex materia frigida in meatibus cerebri absque uelaminibus, & uentriculis, & corpore cerebri in parte posteriori secundum plurimum factum; ad quod sequitur obliuio, & dicitur ex materia frigida, & non phlegmatica, ut Auic. ut comprehendatur ex materia melancholica factum: quamuis ab ea rarò fiat. dicitur secundum plurimum, & c. quia aliquando potest esse, qd tale apostema fiat in uelaminibus, aut substantia cerebri, sed hoc est rarissimum. non enim potest materia phlegmatica panniculos illos densos penetrare, sicut neque in pleura, ut dicitur, nisi rarissimè, neque substantiam cerebri propter eius uiscositatē, & c. & dicitur in parte posteriori, quia est passio puppis cerebri, sicut phrenesis prorsus. dicit ad quod sequitur obliuio. unde etiam sic describit potest. Lethargia est obliuio ex apostemate facta, & c. cum particulis fe-

quentibus. & dicitur lethargia à lithi, quod est obliuio, & argi, hoc est captū, uel argis. i. iners; ut lethargia nil aliud sit, nisi iners obliuio, aut malum obliuionem inducens. & reperitur duplex, uera, & non uera; ut de phrenesi dictum est nam eam nominauit Gal. frigidam phrenesim. uera descripta est. non uera uero fit ex phlegmate commixto cholera; quod per signa comprehenditur, & tunc oportet medicamina aduicem componere secundum proportionem existimatam de illis humoribus. & hanc Aui. nominauit subeth assahari, & dixit. & hæc quidem ægritudo similis est lethargia; sed differt ab ea; quoniam facies non est cum dispositione sua, sicut in patiente lethargiam. item bifurcatur; quia quædam est sine fe. quædam cum feb. quædam accidit ex putrefactione, & non putrefactione phlegmatis.

CAUSAE eius pristinae sunt omne illud, quod generat humorem phlegmaticum, in quo sunt uaporatio, & putrefactio; sicut porrum, coepæ, lac, allium, uinum nimis fumosum, & in summa cibi frigidi, & humidi, fumosi, putrescibiles, item potus aquæ frigida, fructus humidi, pisces, carnes porcinae recentes, & huiusmodi. item aer turbidus, spissus, frigid. & humi. repletio nimia cibi, & potus, usus diuersorum cibariorum, & frigidorum est in eadem mensa, quæ natura digerere non potest, neq; perfectè regere. unde, sicut apostema, & febres sic generantur. item somnus superfluus, & spālter meridianus, item dimissio exercitii consueti, & spālter balneum, quies multa, & ocium.

Et antecedens est mala complexio frig. & hu. in toto, uel in stomacho, uel in capite, aut mala compositio; quia raritas substantiæ cerebri, & meatuum nimia.

Coniuncta est humor phlegmaticus, aut melancholicus faciens apostema, aut mala spiritus frigiditas.

SIGNA, qd sit ex phlegmate, soda leuis, subeth cum feb. continua non intensa, albedo linguæ, difficultas aperiendi palpebras, uelox clausio post apertionem. & si patiens interrogatur; uix respondet, & rarò, confusio mentis, oscitatio multa, oris apertio, tanquam sit oblitus id claudere. item aliquando apparet solutio phlegmatica, aliquando uentris cōstipatio, urina est turbida, ut asinorum; tremor, sudor extremitatum, facies plumbea propter phlegma, & aliquando ad nigredinem declinat, & quandoque parum intumescit, pulsus magus fluctuosus quamplurimum. Anhelitus debilis tardissimus, & uariis decubitus super spinam, & stant sicut præcipitati, & mortui. habentes karabitem eleuantur, Auicem. & adest quandoque singultus propter communitatem à stomacho.

Signa uerò, quando scilicet cholera est etiam in causa, dolor capitis fortior, rixa, alienatio, oculi sunt aperti intuentes in uno loco, & mouentur aliquando: ubi in uera, stant, ut mortui, ut dictum est, loquuntur, licet alienent. & hæc signa multiplicantur, aut diminuuntur secundum maiorem, aut minorem mixtionem cholerae cū phlegmate, aut equantur. & nota, quod uera differt à non uera; quoniam, ut dictum est, uera est de materia simplici phlegmatica, & semper tenet patiens oculos clausos, nisi per accidens, ut cum excitatur, & aperit oculos, & obliuiscitur eos, deinde claudere. in non uera autem materia est composita ex contrariis, & tenet oculos apertos absque palpitando, & color faciei sæpe mutatur modò ad liuorem, modo ad citrinitatem, pulsus maior, uelocior, quàm in uera, & fortior, & debilior, quàm in karabito, & fit pulsus extrinsecus rarus, ualdè spasmosus; ut in præfocatione. differt autem a præfocatione; quia lethargici benè possunt respondere; non autem suffocare; licet intelligant. & similiter apoplexia, & epilepsia; quoniam hæc subito: hæc uerò passio paulatinè differt à syncopis; quia lethargici facies est, ut uiui, syncopizati, ut mortui.

Signa, si contingat, qd fiat in substantia cerebri, quod est rarò; tunc subeth est fortius, & difficultas motuum maior, & lingua est uehementius alba, & oculi ad exitum tendunt.

Signa, si in uelaminibus; tunc dolor fortior, & motus leuiore, & multoties obliuiscitur mingere etiam propter debilitatem lacerti urinalis.

SIGNA prognostica futuræ lethargia sunt multitudine tremoris capitis cum pigritia, & grauitate, quæ signa,

gna si fortia sunt, & superueniat sudor multus; tunc est perimens: sudor enim virtutem deiicit: sudor enim frigidus in capite mortem significat. si sanguifuga fronti applicetur, & non adhæreat; mortem significat. quod, si accidentia declinauerint, & spiritus tunc sit bonus; tunc tendit ad salutem maximè, si post aurem apparuerit apostema; secundum enim plurimum per talem crism terminatur. & quidam dicunt, quod deterior est non vera; quoniam potest æquè benè regulare, & vincere, sicut homogeneous. & est hic locus speculationis; sicut de tertiana non pura, & de solo phlegmate, & tu considera. & si plura vis; quære in fine capituli in aphor.

C V R A est canones sex; primus ordinatio diætæ; secundus festina materiæ subtractio, siue euacuatio: tertius est diuersio eius, ipsam in parte trahendo ad oppositum: quartus est confortatio capitis cum his, quæ repellunt materiã; ne ipsam caput recipiat. quintus est receptæ materiæ resolutio: sextus est correctio accidentium.

P R I M V S completur cibis, & potibus, & aliis sex rebus non naturalibus, seu causæ opponentibus, ac eorum accidentibus, de quibus infra. de rebus autem ipsis non naturalibus phlegma multiplicantibus, &c. dictum est ad plenum.

S E C V N D V S perficitur phlebotomia quidem, si necessaria videtur; quia sit corpus plethoricum; ut quia sit materia sanguini admixta, aliter non fiat; sed de hoc in dubiis infra. solutione quidem cum clysteribus acutis, & tutius videtur, quàm cum pharmacia. unde Auic. in hoc cap. & melior euacuationum est illa, quæ fit cum clysteri. idem Mes. nam, & si pharmaciam tacuerit Auic. saltem in principio hoc non fecit; quia etiam non sit conueniens; sed quia dedit intelligere ex canonibus generalibus de cura apostematum frigidorum. clystere. Reci. rutæ, saluiæ, chamemillæ, centaureæ, ana. M. s. bulliant in sufficienti quantitate aquæ ad consumptionem tertiæ partis, & coletur, de qua colatura accipiatur lib. i. & addatur colloquintidæ, agarici, ana. 3. i. s. olei cõis. 3. iij. salis. 3. ij. &c. aliud & fortius, & sublime. Reci. artanitæ, colloquintidæ interioris, ana. 3. i. s. carthami. 3. i. centaureæ minoris. 3. i. ellebori albi. 3. i. s. stœcados. 3. viij. coquatur vsq; ad medietatē consumptionis aquæ additis oleo, & sale, ut supra iniiciatur. & si fuerit præsentia melancholiæ; addantur polypodium, fumusterræ, aut foliculus senæ. & si acere plus cupis; pone salgemma, &c. sed de his dicetur ad plenum in capitulis sequentibus de subeth, apoplexia, epilepsia: ideò non multiplico in eis. item ex his duabus descriptionibus elige tertiam tanquam, quæ ex extremis compositum, & facillè medicamen habebis. item, si uidetur expedire; adde benedictam, catarthicum imperiale, & huiusmodi solutiua. notandum tamè, quod stante feb. non ita securè ad ita fortia transire debemus; sicut quando non adest feb. nam sunt contemperanda calida cum frigidis; ut maluis, violis, ros. & huiusmodi. & consimiliter in non vera considerandū: unde quidam incipiunt à mollificatiuo ænemate, maximè ubi fuerit ventris stypticitas, & benè. fit & solutio ex suppositoriis fortibus, de quibus supra de cura doloris capitis ex phlegmate. si autem medicinam cupis solutiua, si & digestiui indiges; supra habes ad propositum omnia tractat. iij. de digestionem verò non est positus canon; quia quæ dicta sunt, intelliguntur debere fieri in principio; sed perseverante ægritudine, ut quoque accidit, uti sine dubio debemus digestiuis.

T E R T I V S perficitur his rebus, & modis, quibus supra de dolore capitis, & efficax est apponere ventosam super nucham sine scarificatione: non enim debet fieri scarificatio; inducit enim obliuionem quarta primi. de ventosis super nucham. post quam ponatur alia, & alia descendendo vsque ad spatulas, & versus brachia ita, quod in summa plurimæ ponantur. completur & hic canon gargarismate, sternutatoriis, &c. de quibus supra de soda frigida. competit aurium scarificatio, prouocatio menstruorum, hæmorrhoidarum, &c. ut supra. quomodo ista prouocentur suis dicentur locis. & tu ibi.

Q V A R T V S, & quintus sunt simul mixti. quartus igitur

E tur completur his, quæ materiã repellunt: unde in principio, scilicet primo, & secundo die ponantur pura repercussiuæ ex oleo ros. & aceto, ut supra de dolore ex causa calida, ita videtur uelle Auicenna, Rasis. sed Mesue oppositum cum uelit, quod cum repercussiuis ponatur castoreum ex auctoritate Alexandri dicit, tertia res conuertit regimen ad hoc, ut repellatur materia, quæ transmittitur ad caput, aut resoluatur transmissa, & completur in principio rei cum medicinis repercussiuis in parte, & in parte resolutiuis; sicut ex oleo ros. & aceto misceri decuit castoreum conuassatum cum eis, & superpositum. propter quod dicendum, quod Auic. intellexit de principio principianre, sicut ipse Mes. ut infra de pleuresi uoluit, quod in principio initiante in pleuresi competunt repercussiuæ plura. post autem tale principium ponantur calida cum repercussiuis propter qualitatem, & substantiã humoris. & est hæc sententia Gal. 12. therapeu. hoc etiã uoluit Mesue capitulo isto similiter. Alexander vapores, &c. Gilbertus anglicus videtur dicere in hac parte contrarium cui non assentio. de applicatione verò talium, aut calidorum, aut frigidorum non determinauerunt auctores, nostro relinquentes iudicio, quod sumitur ex dispositione temporis, siue aeris caliditatis in capite.

Post uerò principium, ut dictum est, cum tali repercussiuo ponatur aliquid castorei, uel huiusmodi calidi; deinde repercussiuæ cum resolutiuis æquentur, ut in statu, vel circa: nota tamen, quod, quando materia est influxa, & de eius fluxu ulteriori non timemus; securius possumus calidis cum calidioribus uti. & pro his ponantur exempla. Rec. olei ros. partes. iij. aceti par. i. castorei par. unius quartam. & si vis fortius, & magis euigilare; pone acetum scilliticum. aliud magis resolutiuum, & mirabile. Reci. aceti scillitici. 3. i. olei irini, aut de narcisco. 3. iij. castorei. 3. i. capillorum hominis adustorum. 3. i. s. fiat sicut linimentum, & abrafo capite applicetur.

Sed hic est locus considerationis, & est, cui parti debet applicari repercussiuum; cum dictum sit supra in principio capituli ex canone generali, quod puppi capitis frigida applicari non debent. & pro isto dicendum; ut nunc satisfaciam capitulo, quod parti anteriori declinando uersus posterius: sed hoc discutietur in dubiis in fine capituli.

Receptæ autem materiæ resolutio, quod erit in declinatione morbi fit cum omnibus calidis capitalibus resolutio nibus, & unctio nibus, embrochis, epithematibus, cerotariis, saccellis, emplastris, & huiusmodi, de quibus ad plenum supra de soda ex causa frigida. notandum tamen est, quod frigidiora competunt in lethargia, quam congelationem uocauit Rasis, quàm in subethia, aut in soda sic absolute; licet cum lethargia sit etiam soda. uolo differentia, quod calidioribus uti debemus, & tutius in ea, quæ in soda absolute, & tu ex fortioribus dictis elige. emplastrum tamen forte fit. Reci. pyrethri, sinapis, scillæ, ana. 3. i. castorei, euphorbij, ana. 3. v. misce omnia cum succo maioranæ, & puppi cerebri apponatur. & est Mes. potes eum moderari, ut uis, addendo leuiora communia. & per hoc completur intentio quinti.

S E X T V S adimpletur; si considerationem habebimus ad accidentia, quæ communiter consueuerunt uenire; ut est profunditas somni, siue subeth, phrenesis, obliuio mingendi, & egerendi.

Propter primum itaq; teneatur in loco luminoso cum strepitu instrumentorum uociferantium, & clamantium cum nomine proprio ponendo os ad aurem infirmi trahendo ipsum per capillos, item conducere porcos paruos, & stimulare eos ad clamorem; si rusticus fuerit, de quibus in capitulo immediatè subsequente; quoniam hæc fieri debent; ne cadat in subeth de quo statim infra; ideò non me plus hic extendo. si in phrenesim cadet dictum est de eis.

Si in obliuionem mingendi etiam sollicites eum, & comprimas manibus uesticam: & emplastra ponas super pectinē ex meliloto, apio, absinthio, calamento, radice liliorum, intromissione candelæ paruæ in uirgam, aut syringis, cum etiam prouocantibus urinam, ut infra suo loco. & proportionaliter

tionaliter de egestionibus. notandum ultimo, quod in lethargia sine feb. calidioribus uti possumus, & debemus, quam quando est feb. electaria autem, &c. tam conferentia ad memoriam dicentur in capitulo sequenti de diminutione memorie: nam & huic capitulo applicari habent; cum ad lethargiam sequatur obliuio, vt dictum est, & memorie diminutio.

De diminutione memorie. Rub. 7.

CUM dictum sit de lethargia, ad quam sequitur obliuio, sicut accidens est, quod nempe est memorie læsio, & ablatio. consequens est, vt agatur de diminutione memorie. volo nanque in hoc capitulo aliquantulum prolixus esse, nec tedeat; cum sit morbus, de quo omnes conqueruntur. diminutio memorie est operatio diminuta nimis solito virtutis partis posterioris cerebri; quia species receptæ retinentur.

CAUSA cuius secundum plurimum est mala complexio frigida, & humida. & dicitur secundum plurimum; cum à sola frigiditate similiter fieri possit. & similiter à caliditate excessiua causari possit. similiter à caliditate cum sicci. sed omnino his potius est destructio, quam diminutio, quoadque ab apostemate cerebri frigidum.

SIGNA facta à mala complexione sicca sunt vigilia; & quia non memoratur de presentibus momentaneis; quia de difficili fit impressio in sicco; tamen recordatur de præteritis remotis; quia de difficili fit separatio à sicco.

Signa, si fuerit ab humiditate; tunc erit somnus grauis profundus, & benè memorabitur de presentibus momentaneis; quia de facili fit impressio in humido, non sic de remotis præteritis; quia de facili amittitur impressio facta in re humida.

Signa, si fuerit, aut ex caliditate, aut frig. erunt manifesta caliditas, aut frig. addendo ex dictis, vt decebit: nam, quæ ex frigiditate pura est cum stupore, & uertigine, & cū ea, quæ est ex caliditate cum siccitate est permittio sensus.

PROGNOSTICA. quæ uenit ex caliditate, & siccitate tardius curatur: & quæ uenit in latitudine sanitatis, assimilatur stoliditati, & pronuntiat lethargiam, aut apoplexiam, aut epilepsiam.

IN cura canones seruandi sunt quatuor; ordinatio dietæ, digestio materie, euacuatio eius, confortatio partis capitis, qua remoueatur mala complexio impressa.

Primus completur cum his rebus non naturalibus quæ se opponunt causæ, vt. v. g. si est siccitas cum humectantibus; si frigiditas cum calefacientibus.

Sed pro his primus canon, quod non oportet in eis multum excedere, & ex non multum consequenti contiouare: nam excessus in eis quandoque inducit obliuionem. Auic.

Secundus, quod à facilioribus procedatur ad fortia, & quoniam rarissimum est, vt ab istis causis procedat; sufficiant hi canones, & veniamus ad id, quod quasi semper contingit; scilicet habendo respectum ad causam frigidam, & humi.

Vnde in primis ordinetur aer luminosus, non ventosus: nam à ventis multum nocentur.

Et euitent, quæ phlegma multiplicat, & specialiter vaporosa; ut cœpæ, & super omnia multa repletio, & nausea riuia, multus potus, multa fructuum comestio, & à cibis grauis digestionis, & quæ in stomacho tempore longo retinentur, de quibus supra. item ablutionem cum calida penitus; quia mollificat: à frigida quia stupefacit, & nocet spiritui sensus. item à potatione eius nimia; vinum tamen potatum mensuratè, & in pauca quantitate videtur conferre, & confert.

Exercitium habeat partium capitis cum fricatione, & compressione factis cum pannis asperis, & pedum, & manuum, & non sit forte; sed moderatum.

Abstineat à multo somno, à somno diurno, à dormitione super nucham, & vniuersaliter super repletionem facta. item à superflua vigilia; debilitat enim spiritum, & ipsum resoluit, & caput replet. à multo coitu, & ab omnibus cerebri debilitantibus; nam debilitato principali nocentur, & orra, & principalis membri partes lædentur, ut sæpe infra, & specialiter de melancholia.

Secundus perficitur cum digerentibus materiam phleg-

A maticam capitis dictis supra tract. iij. vnde ibi simplicia, & composita eligantur proposito necessaria.

Tertius, & quartus mixtim traduntur; tertius completur consimiliter cum euacuantibus materiam phlegmaticam à capite, & incipiendo à facilioribus gradatim procedendo ad fortia. unde Auic. quodam capitulo etiam incipit. primum ab euacuationibus, quæ sunt faciliora; sicut hiera, pulpa colloquintidæ, & castoreum: deinde gradatim procedat ad hieras magnas, & nota canones omnes dictos supra de cura soda phlegmaticæ, & eos huc porta. & scito, quod confectio amech descriptione secunda Mesue est medicina propria; quando est ab humore adusto.

Completur etiam cum gargarismis, embrochationibus, lotionibus, sternutatoriis, unktionibus, cerotariis, sacculis, & huiusmodi, de quibus ad plenum de soda phlegmatica. unde & simplicia in hoc casu multum laudata habentur in descriptionibus statim ponendis, in quibus multiplicabo; cum res ipsa nimium quidem ab omnibus perquiratur, per quas descriptiones complebitur intentio quarti.

B Vbi tamen est notandum, quod, ubi fuerit mala complexio calida, siue fuerit in membro ipso, siue in toto; non debet multum calida appropinquari: & hoc voluit Auic. de cura eius, cum dixit. Postea administratur, si confidis, quod non sit malæ complexionis calidæ confectio anacardina; quoniam est fortior in confortatione sensus, & ab omnibus plus commendatur.

Secundò notandum, quod nucha est cerebro frigidior; & ideo calidæ magis patitur, & tolerat; frigida deterius. legas itaq; canones etiam in principio capituli positos. linimentum conferens diminutioni memorie, & obliuioni. Recip. olei sambucini. ʒ. i. olei de been. ʒ. ij. euphorbij. ʒ. i. castorei. ʒ. s. inungatur locus memorie, est Mes. considera tñ, quod est multum calidum; addemus enim acetum; vt penetret, & contemperet. ualet emplastrum de sinapi Mes. i. i. descriptione antidotarij, oleum de sinapi, oleum de lateribus, confectio anacardina Mes. & utens ea caueat à coitu, ebrietate, & nimio labore, & debet habere sex menses ad minus, confectio philosophorum Auic. i. tract. quinti.

C diambra Auic. ultimo tract. summæ primæ quinti. diambra Auic. ultimo summæ quinti, diambra Mes. plirifarcoticon Auic. theodicum anacardinum, & confectioes laudatæ supra de soda frigida phlegmatica. zinz. conditum, & est expertum à Rasi primo continentis. & commendatur à filio zezar in Mes. consimiliter multum laudatur acorus nutritus, & est expertum Auic. 5. cap. & modus nutriendi habetur à Mes. 4. distin. antidotarij. consimiliter piper longum nutritum. medicamen bonum. Recip. olibani, cyperi, piperis, croci, myrrhæ, ana confice cum melle & de eo omni die sumatur. ʒ. i. aliud & expertum. Recip. piperis longi, cimini, ana part. ij. zuchari par. ij. olibani tres quartas aur. & piperis. similiter accipiatur de eo omni die tantum, quantum scriptum est. aliud. Recip. cimini partes. v. cyperi partes. ij. acori par. ii. piperis part. i. myrobalanorum nigrorum partes. ii. mellis anacardini partes. i. mellis duplum omniū. fiat electarium, de quo sumatur singulo die ʒ. i. vsque ad. ʒ. i. s. aliud conseruans memoriam. Rec. acori. ʒ. vi. piperis longi. ʒ. vi. cimini. ʒ. iiii. mellis quod sufficit. dosis sit unc. s. vsque ad. ʒ. v. aliud ad idem expertum, & senibus præcipue valens. Recip. mellis anacardini, olibani, cyperi, acori ana part. ii. piperis, macropiperis, ana par. i. kebulorum indorum, ana par. ii. cimini par. iii. mellis quantum sufficit. dosis est. ʒ. ij. de quo sumatur singulo die mane. aliud & est Mes. commendatum. Recip. myrobalanorum kebulorum lib. i. piperis longi. ʒ. iiii. &c. & tu uide.

D electarium ad confortandum cerebrum, & ad restaurandū memoriam. Rec. cinnamomi, rosarum, viol. zinz. cardamomi, ana. ʒ. ii. squinantis, spicæ, garyophyllorum, cubebæ, folii, galangæ, boraginis, senæ, spodii, corallorum, masticis, macropiperis, storacis calamitæ, serici combusti, ana. ʒ. v. musci. ʒ. i. syr. rosa. quod sufficit. & est Gilberti anglici. castoreum multum commendatur hoc casu; quando cum aliis simplicibus commisceri habet: mali tamē existit saporis, & odoris. quare eò magis extrà applicandò vtor, quam ipsum ad intrà exhibendò. multa itaq; memorata sunt supra

simplicia capitalia, quæ huic conueniunt passioni. eligantur autem magis grata.

Cura autem eius, quæ ex apostemate est cum his, quæ dicta sunt de lethargia, carabito, & subeth, tu ibi.

ET, licet procedens in capitulo, ut concepi, uidear limites artis medicinæ exire; tamen, cum ipsam rem omnibus gratissimam sentiam, cum maximè hic thesaurus memoriæ ab omnibus exquiratur; disposui de memoria, quæ artificio corroboratur quædam pauca, & substantialia aperire, ex quibus diligens inuestigator posset etiam in plurimis, & magnis memoriam suam corroborare.

Et pro hoc notandum primò, quòd, sicut ex literis scriptis, siue sculptis in tabula, quas inspicimus, & intuemur, recordamur, & comprehendimus; ita ex imaginibus positis in locis memoramur, & comprehendimus. unde imagines ad loca ita se habent, sicut literæ ad cartham, siue tabulam.

Et, ut res clarius habeatur; aduertendum, quòd uolentè practicare hanc artem oportet primò sibi statuere loca in aliqua ecclesia magna, uel magna domo, quæ sint conditio nata qualitate debita, quantitate debita, ordine debito, distantia debita, & debitis imaginibus.

Et, quia breuis, & efficax est doctrina per exempla; hinc exempla ponam, ut intelligatur. de his locis accipiunt centum, & ultra, sed ponam exemplum de decem, & ita habebitur de mille. capio itaque domum magnam, ad quam non debes frequenter; sed rarò ire, & causa dicetur. & statue primum locum, qui est apud ostium distans ab ostio per tres pedes. secundus locus sit ab isto distans per .xij. uel .xv. pedes; ut uerbi gratia, fortasse est angulus unus scibile. tertius locus sit à secundo distans per totidem aeris .xij. & cæ. & erit forte alter angulus, uel medium inter angulum primum, & secundum. quartus erit angulus. quintus erit angulus distans per tantundem. sextus consimiliter. & finita sala intrabis unam cameram, & ad intrà ostium immediate signabis septimum. deinde in primo angulo cameræ octauum. & in secundo angulo nonum. & in tertio decimum cum sua distantia. si uis plura loca; exeas cameram, & signa, & sic alias cameras proportionabiliter. notandum tamen, quòd distantia data est mediocris, & conueniens; sed, si non inuenietur tanta distantia, sed minor usque ad octo pedes dico, quòd adhuc tolerabile foret. conari autè debemus, ut sit mediocris, uel prope mediocrem quantum plus possimus. de ecclesia scito, quòd non debet esse multum frequetata, ac etiam per te; ne multitudine imaginum confundaris. ista loca debent esse signa memorabilia, & manu ductibilia; ut uerbi gratia, primus locus signatur per urinale ponendo in eius loco urinale. secundus signabitur per pixidem. tertius signabitur per mortarium ponendo ibi mortarium. quartus signabitur per scarnucium ponendo ibi scarnucium. quintus per pugillare. sextus per pistillum. septimus per tamisium. octauus per sacculum ponendo sacculum. nonus per panem cereum. decimus per canas cassiæ, & cæ. & ista nomina oportet habere menti semper. loca de quinto in quintum, ut quinari loci menti super omnia habeantur: ex quibus apparet, quid de distantia dicendum. scito tamen, quòd usque ad .xxv. licet transire & non ultra; ne fiat negatio in imaginibus. & consimiliter dicatur de quantitate quantum ad altitudinem; quia non debent esse multum altitudinis mediocris quantitatis est .xij. pedum, uel circa. minor debet esse ad minus .v. patet etiam quid de ordine: nam debent ordinari unum post alterum, ut dictum est, notando semper quintum, & procedendo de quinto in quintum. de qualitate autem dictum est non nimis lucidè, neque nimis oscurè, nec, ut dictum est, nimium frequenter habitis conditionibus locorum, quæ sunt subiecta, & materia imaginum sicut cartha literarum; oportet ad imaginem transire. debent ita imagines notæ in istis locis collocari cum motibus talibus; ut per eas ualeamus memorari; uerbi gratia, uolo memorari de .xx. nominibus sic faciam in primo loco. ego imaginem Petri mihi notissimi locabo cum urinali in manu pleno urina, quem fundet super Iacobum mihi notissimum, & ex isto actu horum duorum ego memoror, & sic duorum nominum memoriam mihi fa-

etiam in secundo loco ponam Martinum mihi notissimum. nam oportet imagines istas esse notissimas, qui ponet digitum suum in pixide, & extrahet unguentum, quo cum digito unguet orificium ani Socratis mihi notissimi. in tertio ponam Andream mihi notissimum, qui cum manu de mortario extrahet emplastrum, quod ponet super faciem Francisci, uel alios ridiculos actus fabricando ex quibus memoriam confirmabo de talibus nominibus, & ita pariformiter procedatur in aliis. consimiliter, si uoluerò recordari de aliquo cum suo actu; ut quod comederet ficus; tunc imaginetur, quòd cum ficu faciat aliquod solatiofum, uel stupendum. similiter, quòd sermonizauerit, quòd scardes uendiderit; in his, oportet imaginari actus ridiculos. si de argumentis, oportet capere substantiam argumenti, & ipsam tantum locare: quia totum argumentum non posset locare; ut si erit de asino, prædio, domo, & c. ut, si, quòd asinus est substantia; concludatur; tunc asinus collocetur, & substantia eius. similiter, si de prædio alienato; tunc locetur prædium, & alienatio, & consimiliter de aliis. si ordinem totum uoluerò recordari; diuidatur tota oratio in partes, & substantiæ cuiuslibet pars solum locetur. item, si uersum aliquem faciam; ipsum mihi bis, uel ter legi; deinde substantiam uersus locabo; uerbi gratia, conticuere omnes, intenteque ora tenebant, locabo in primo loco unum prædicantem, quem omnes clauso ore auscultant. & consimiliter dicendum de una autoritate. & consimiliter dicendum de capitulis ambasciatorum, quæ sunt eodem modo locanda; & de partibus prædicatorum. uolo hæc breuissima gratia solatij sufficere; nam ars ista longior est, & ad alia se transfert & cum multis, & plurimis regulis in diuersis negociis; ut nominibus incognitis græcis, & c. habet & regulas de mensibus, de diebus, de annis, horis. & de pertinentibus arithmeticæ, & c. ualdè prolixa est. si quis eam cupit; ab alio pronunciat discat: satis sit dedisse plus, quàm principium, & quod satis est capitu. & scias, quòd ars ista indiget continua practica, & plus, quàm aliqua alia; si quis in ea cupit esse perfectus.

De corruptione imaginationis. Rub. 7.

DE corruptione imaginationis dicere concepi: cum etiam sit læsio sensus, & partis anterioris cerebri. & capitur hic corruptio, ut se extendit ad ablationem, & diminutionem, ac ueram corruptionem imaginationis, qualiter sumpsit Auicenna. prima tertij proprio capitulo. corruptio itaque imaginationis est læsio partis anterioris cerebri, quia quis, aut non imaginatur, aut minuitur eius imaginatio ab imaginando res imaginabiles, aut imaginatur, quod non est, & quòd uideat res, quarum non est inuentio.

CAUSA eius secundum plurimum est mala complexio calida, & sicca; nam instrumentum memoriæ complexio natur frigida, & sicca complexionis: nam in ipso debet fieri retentio specierum memorabilium, quæ retentio melius sicca, quàm humida perficitur. frigidum itaque, & humidum à mala complexione calida, & sicca discrasiat; licet à superfluo frigido, & humido possit discrasari: nam omnis inordinata qualitas potest hoc facere, prima aphor. commento secundo.

CAUSA itaque seruètur proportionaliter, ut de diminutione memoriæ dictum est: nam statuendo causam calidam & siccam debemus cum contrariis occurrere, quæ ad complementum dicta sunt de soda ex causa cholericæ: quibus addatur canon Aui. quod emplastra in anteriori capitis parte: & hoc dictum est, quia in diminutione memoriæ præceptum est medicinam non poni in parte posteriori.

De subeth.

Rub. 8.

SUBETH est somnus superfluus, & grauis, siue profundus, cuius grauitas est in materia, & qualitate simul ita, ut ipsius spatium sit prolixus, & eius eleuatio; id est, excitatio fortior, id est, difficilior. quæ materia est, ut plurimum frigida, & humida. qualitas uerò frigiditas ipsa dicitur, ut plurimum; quia à materia sanguinea, & à melancholica causari potest; sed hoc est rarò; licet secundum, quòd uidetur placere Gétili, talis sonus ab his humoribus causatus nõ est proprie subeth; quia grauitas, & profunditas nõ est tanta quanta in primo

subeth
rabibus
de, quod
carost
cis, ac
nis etiam
caros
guificat

primo, &c. sed est somnus profundus, uel potest dici, quòd A est subeth diminutum.

C A U S A quandoque fit à phlegmate, & cholera mixtim. unde ad particularia descendens, dico, quòd ex causis primitiuis sunt uoracitas, multitudo comestionis, & potus, ebrietas, & ego uidi talem ex ebrietate. item percussio facta in temporibus, compressio cranei, siue fractio, & huiusmodi, quæ oppilant uiam spirituum transeuntem ad membra.

Causa antecedens est phlegma cum cholera citrina; quã do aggregantur simul in cerebro uinceate phlegmate, & non fit tunc forte subeth; ut cum est à phlegmate tantum, aut mala complexio frigida, & humida; frigida, & sicca secundum Haliab.

Coniuncta uerò est ipsum phlegma, aut materia ipsa mixta faciens subeth & cætera. fit & subeth per communitatem; ut à uermibus, comestione rerum stupefacientium: item & ratione materiæ febrilis, & accidit in principio paroxysmorum, & maximè in feb. phlegmatica. item ratione multitudinis uaporum eleuatorum, aut à stomacho, aut à matrice. item & à spiritus debilitate per uiam resolutionis quare fit difficilis eius dilatatio. & accidit, ut pleureticus, aut peripneumoniacus, quandoq; ad subeth permutetur.

S I G N A somnus profundus, grauitas oculorum, difficultas aperitionis eorum, grauitas capitis, respondent tardè; cum uocantur, siue excitantur, ut quasi percogitati stant uelut spasmati, & mortui, & cum excitantur; aperiunt oculos & cum difficultate, & statim claudant. & strangulantur ab aqua, ut sorbitiones per nares redeant. pulsus uelox est, & frequens propter nocumentum cerebri.

Si fuerit ex phlegmate; color faciei uergit ad albedinè.

Si ex sanguine; ad rubedinem: si ex ipsis mixtis; signa apparent mixta.

Si fuerit communitate alterius mēbri; præcessit dolor, grauitas, aut aliquod tale nocumentum in membro ipso; ut si à stomacho nausea: si à matrice; dolor in alcatim, & præcessit præfocatio, & huiusmodi. & hic aduertatur, quòd subethicus à præfocata differt; quia præfocata non potest respondere, cum excitatur; sed benè subethicus. item præfocata non potest loqui; sed benè subethica. item facies subethici est, sicut sana: præfocati est, uelut mortui, & sic de aliis signis dictis de præfocatione infra uigesimum capitulum. differt autem ab apopletico; quia in apopletico uniuersaliter sensus, & motus sunt ablati, nec loqui potest, nec excitari. à syncopi uerò; quia in syncopi facies est, uelut mortui, & spiritus, siue anhelitus quasi nullus, contraria in subethico. differt à letargia; quia facies non est cum sua dispositione, sicut in patiēte lethargiam. & iterum eis adsunt uigilia, & apertio oculorum absque palpitatione, & feb. in ipsa est fortior.

P R O G N O S T I C A omnis somnus uehemens ex omni inanitione, & uehementi spiritus debilitate est pessimus inter omnes, & magis morti propinquus. omnis somnus cum grauitate in declinatione paroxysmorum febr. continuæ mortalis est; quia, si iuuare solentia suo tempore non iuuerint; proculdubio mala est eorum significatio. 2. aphor. commento. i. Omnis somnus prolixus præparat, & disponit ad lethargiam, apoplexiam, & ita de aliis. & ideò noli pigritare in cura eius; quoniam de facili ex subethico fit lethargicus, uel apopleticus, & moritur. & ista, ut infra cum digestiuis continuitatis, & euacuationibus, &c. Et breuiter omnis somnus superfluous malus iuxta illud Senis. iij. aphor. ij. sect. Somnus, atque uigilia, utraque, si modum excesserint; malum.

C U R A uerò eius est canon prioritates, & posterioritates attendere: nam, sicut eius aduentus ex causis suis diuersificatur; ita & canon curatiuorum positio; uerbi gratia, est subeth per communitatem, siue successione aliarum ægritudinum. & est subeth consequens bibitionem narcoticorum, siue stupefacientium. & est subeth à mala complexione frigida sine materia, & à mala complexione calida cum materia, aut frigida.

C U R A in primo casu, ut cum uenit successione febrü, aut per communitatem à stomacho, uel uermibus; ut communiter accidit pueris, uel aliunde: tunc seruentur canones

tales; primus est diuersio: secundus euacuatio: tertius est excitatio: quartus repercussio.

Primus completur cum ligationibus dolorosis, plicatione digitorum, frictionibus, uentosis positis sine scarificatione, collyrijs fortibus, &c. de quibus in de soda phlegmatica, &c. et.

Secundus perficitur cum euacuatione facta per sternutatoria dicta alleg. loco etiam cum clysteribus non multum, & multum acutis; ut ibidem.

Tertius cum clamoribus, positione eius in loco luminoso, tractione pilorum barbæ, capitis, pectoris, & pollicis pedis, & nouis siue uerbis inducentibus tristitiam, & maximè de futuro; nam tristitia de præteritis somnum causat, ut secunda primi, primo capitulo omnia animæ accidentia, auricularum, &c. ut in fine capituli de lethargia cum suppositorio de sal gemma debet in fine eius ligari filo duplicato longitudinis unius expansæ; & cum fuerit impositum, & steterit per duas, uel tres horas capto extrahatur, poterit in die bis, uel ter renouari. item odoret acetum continuè, uel quasi. & oportet ista remedia assiduare, nec permittere, quin semper molestetur æger; ne cadat in apoplexiam.

Quartus fiat cum oleo rosat. & aceto multo cum petiis capiti, & specialiter anteriori apponendo. sed nota, quòd acetum debet esse minus in quantitate oleo; sed de eo multo plus poni debet, quàm in lethargia; ut uerbi gratia, ponebatur quarta pars aceti; nunc ponitur tertia pars aceti. & causa; quia hic quæritur repercussio, & excitatio, siue euigilatio, quæ perficitur per acetum primum sui frigiditate, secundum sui acuitate, etiam sui siccitate contemperat humiditatem olei, cuius est inducere somnum. ex quibus colligitur, uel colligi potest contradictio inter Auic. & Serap. nam Serapio dixit oleum ros. cum pauco aceti: Auic. uerò cum aceto plurimo. locutus est Serapio in subeth non uero, ubi non est tanta intentio ad excitationem, quanta est in uero.

C U R A in secundo casu; ut, cum sequitur bibitionem narcoticorum; fiat cum theriaca, aut alio bezoar appropriato illi narcotico, cum sit uenenum. & tu recurre ad quartum Auic. fen. 6.

C U R A in tertio casu, canones duo seruentur; primus exhibitio rerum calidarum per os, si id fieri potest: secundus applicatio ad extra rerum calidarum capitalium excitantium.

Primus completur cum exhibitione theriacæ, mitridati diamusci dulcis, & huiusmodi, de quibus supra de diminutione memoriæ.

Secundus cum embrochis, linimentis, unctionibus calidis, de quibus in de dolore capitis ex materia phlegmatica, quæ debent esse acuta: uerbi gratia, emplastrum ad hoc. R. scillæ par. ij. castorei. par. i. aut econtrà cum farina frumeti, & modico aceti addito, & modico musci. item odoret muscum frequenter: & tu semper canones de his positos supra menti habeas. item odoret muscum, lignum aloes, & huiusmodi. quòd, si fuerit in humiditate; odoret castoreum, nucem muscatam, & huiusmodi.

C U R A, si fuerit per essentiam à mala complexione cum materia; ut exempli gratia, primo à sanguine; duo seruentur canones; primus est euacuatio: secundus confortatio est capitis.

Primus completur cum phlebotomia. & licet Aui. dicat quòd incipiamus à cephalica; tamen inuenitur ab alijs esse scriptum, quòd incipiatur à nigra; deinde uenire ad cephalicam. sed recurras ad dicta de phlebotomia supra de soda sanguinea, & tu considerabis.

Secundus perficitur cum his, quæ malam complexionem in membro derelictum remouent, de quibus ad plenum allegato loco.

C U R A si à phlegmate accidit; canones hi seruentur: ordinatio diætæ, euacuatio festina, digestio, euacuatio, diuersio, exercitatio, capitis confortatio.

Diætæ ordinatio patet: unde tamen in quantitate minuetur, & fiat, ut in lethargia dictum est de aere, &c.

Euacuatio festina fiat cum uomitu, si possibile intromit-

tendo pennam, vel digitum in ore eius, aut exhibendo ei vomitum ex aqua tepida cum aceto, vel syrupo acetoso simplici, vel acetoso composito: uel detur decoctio raphani cum oxymelle simplici, vel vomituum infra de scotomia positum. item fiant enemata in principio non multum fortia; deinde procedatur ad fortiora; ut supra de soda ex phlegmate.

Digestio fiat cum digerentibus phlegma in capite supra in quarto tract.

Euacuatio similiter cum euacuantibus materiam phlegmaticam a capite allegato loco; ut pilula cochiae, & hmoi similiter cum sternutatorijs, gargarismatibus, &c.

Gargarisma deponens phlegma a capite. Recip. betonice, hyssopi. ana. M. i. liquiritiae rasae, & mundae, passularum mundatarum ab arillis, ana. ʒ. i. pyrethri, radicum ireos recentium, ana. ʒ. i. ʒ. feminis saxifragiae, zinzibe. ana. ʒ. ʒ. mastice. ʒ. i. mellis. ʒ. ij. fiat apozima usque ad consumptionem secundae partis, & fiat bis in die; mane scilicet, & sero, & teneat patiens diu in ore, deinde eiciat. alia habes conuenientia supra de soda ex materia phlegmatica. adde autem salem in eis est optimum; ut incitet. item masticare masticem, item pyrethrum fractum, & in petiola positum ne mordicet, fiant sternutatoria, caput purgia, &c. supra de soda phlegmatica. dicitur, quod si fricentur nares ex succo pimpinellae; facit de naribus humiditatem fluere.

Diuersio fiat, ut dictum est. excitatio consimiliter, capitis confortatio, ut supra de soda phlegmatica. item fiant fomentationes in parte anteriori de ruta, euphorbio, castoreo, calamento & huiusmodi. embrocha capitis confortatiua vsualis. Reci. stoeccados, rutae, origani, maioranae, foliorum lauri, hyssopi, calamenti, bulliant in aqua sufficiens, & ab alto super caput, &c.

CURA in facto propter nimiam resolutionem spirituum est succus gallinae, & uina aromatica, & alia uelociter nutriencia. ultimò nota, quod ex facientibus euigilare est absterfio faciei cum aceto.

Subeth apoplexia diminuta.

Et in hac materia forte queret aliquis, an in subeth competit applicatio sartaginis ignitae; ut in apoplexia cum ex eadem materia fieri uideatur; & cum subeth sit quasi apoplexia diminuta.

Credo dicendum, quod non; quoniam ita fortia medicamina capiti applicari non debent cum caput ipsum uehementer laedant; nisi magna, & extrema necessitate cogente: nam semper a facilioribus inchoandum, & procedendum, & si conferunt, & si non ad fortiora transeundum. cum ergo in subeth non fortis sit; immò debilis oppilatio, & materia pauca, ut Auicem. & praecipue respectu oppilationis, & materiae apoplexiae, neque aegritudo sit extrema; ut apoplexia, & ita fortis, cumque facilioribus curare possimus; ad ita forte medicamen non est transeundum. & haec, utputo, fuit causa, propter quam auctores nostri de ea in cura subeth non fecerunt mentionem. dico tamen ex prima intentione, quod non noceret ad resolutionem materiae leuis, atque facilis applicatio eius praecedente euacuatione sufficienti; sed de hoc etiam infra de apoplexia: nam & Placentino placuit appositio cauteriorum magis in parte anteriori ita, quod ex eius intentione uidetur conferre ignis applicatio.

De uigilia superflua. Rub. 9.

Post capitulum de subeth consequens est, ut de uigilia agatur superflua. uigilia itaque superflua est uigilia, qua fit egressus a re naturali in quantitate, qualitate, & ordine ita, ut spiritus animalis, sensu, & motu superflue utatur.

CASA eius secundum plurimum est mala complexio calida, & sicca; sed calida principalior: nam, sicut somni superflui frigiditas, & humi. est causa principalis, ita & uigiliae caliditas, & sic.

In cura canones praecise teneantur, qui positi sunt de soda ca. cholericum cum emplastris, & embrochis.

Sed, ut promissum est in principio tractatus, addam quasdam receptas in hoc casu efficaces, & antequam ipsas ponam; admoneo lectores, & operatores, ut deum semper ante oculos habeant, & plus animam suam diligant, quam pecunias, cupiditates inhonestas; ac malos amicos: multi

enim sunt, qui has receptas in salutem corporum positas in malam partem confabulant.

CAUSA huius passionis sunt. xiiij. quas uolo aperire, antequam praedictas receptas inscribam, cum sit de rebus nimium debilitatibus, & cuius remotio nimium auidè expectetur. prima est animae accidentia uehementia; ut ira, tristitia de futuro, ut supra: secunda est fluxus uentris: tertia est febris: quarta dolor: quinta loci nimia caliditas: sexta nimia inanitio, & fames: septima nimia crapula, & indigestio propter ascensionem vaporum, & fumositatum caput pungentium, & mordicantium: octaua nimia siccitas in parte anteriori cerebri: nona nimia caliditas: decima nimia caliditas, & siccitas simul: undecima abundantia cholerae rubeae in parte anteriori cerebri: duodecima humor melancholicus in eodem loco abundans: decimatertia est humor falsus, vel nitrosus; ut in senibus. & si quae sint aliae, ad has reduci habent.

Et sumendo causas aliter dicitur, quod causa primitiua est aer calidus, & siccus, luminositas magna saltè in praeparatis ad eam, cibus calidus, & siccus mordicatus; ut acrimina, faba, & uniuersaliter oë, quod inflat, piperata, & hmoi, fames superflua: propter quod contingit multos ieiunantes non posse dormire, uinum potens, repletio nimia, indigestiones, exercitiu calefactiuum, & exiccatiuum; ut ars fabrilis, & hmoi, balneum sulphureum, falsum multum. item & cibi inducentes somnia mala; ut caules, lentes, & hmoi; inanitio, coitus superfluus, accidentia animi superflua; ut cogitationes superfluae, & dolor animi, & huiusmodi.

Antecedens uero est caliditas, & sicci. & maximè caliditas igniens spiritus, & ipsos mobiles reddens faciens eos currere de centro ad circumferentiam. item & dolor in parte cerebri, uel alibi. item in febribus vapor mordicatus uirtutem stimulan eleuatus ad caput, consimiliter & falsus nitrosus in senibus. coniuncta est ipsa mala complexio calida, & sicca, & subtilitas, & multitudo spirituum.

SIGNA ex parte causarum primitiuarum manifesta sunt. Signa, quod ex mala sit complexione sicca tamen sine materia, est leuitas capitis, & sensuum, siccitas oculorum, linguae, & narium. & neque in capite sentitur caliditas, neque frigus. item patiens est fixus super unam rem semper de illa cogitans.

Signa caliditatis tantum multa mobilitas metis corporis, & sermonum distincta terminatio; quoniam multa etiam diuersa loquantur.

Signa, quod sit ex caliditate, & sicci. simul sunt ex his composita; ut siccitas cum inflammatione adustione, & adustione specialiter in origine oculorum, & quandoque est cum siti.

Signa eius, quae est ex nitrositate, humiditas narium, lipitudo oculorum, sensibilitas grauitatis paruae, uelocitas excitatio apud somnum cum salitu. quod, si fuerit cum uicio humoris; cognoscitur ex regimine praeterito, ex aetate, complexione, & ex colore; ut ex cholera citrinus; ex melancholia liuidus; ex sanguine rubeus; ex phlegmate subalbidus, uel albus. item, si ex phlegmate propter grauitatem eius iacent; ut dormientes; licet non dormiant.

Prognostica. Ille, in quo fit fortis uigilia deinde accidit tussis moritur. Auicem. Uigiliae in senibus bono modo non sunt remediabiles. omnes uigiliae superfluae inaniunt corpus, & debilitant, & indigestionem, & humorum corruptionem inducunt: nam somnum naturalem bona sequitur digestio. ad hanc autem remouendam esto festinus; quia ex superflua uigilia multa sequuntur nocumenta, membra desiccant, digestionem corrumpit ex deperditione spirituum, & caloris naturalis; nam ex indigestione mali generantur humores, ex quorum multiplicatione fit corporis tumor, coloris malitia, & varij inde morbi procreantur; ut phrenesis, & huiusmodi. item inducitur cito senectus, ex consumptione humidi radicalis. & breuiter sic tam morbi de repletionem, quam de inanitione ex ea fiunt.

CURA &, quod dictum est in canonibus, maximè intelligitur, quando uigilia fit ex septima, octaua, nona. x. xi. & xiiij. causa: nam, si fiat ex alijs; curetur per sua contraria, ut in locis suis habitum est, & habebitur Deo annuente. tu itaque ad hos canones prius recurre; antequam ad applicationem particularium te ponas. & semper meti habeatur.

beat, quod à facilioribus est inchoandum, & gradatim ad fortiora procedendum.

Applicamus itaque inducentia somnum liniendo naribus, aut capiti embrochando, inungendo, emplastrando, epithemando tempora, frontem, &c. aut extrema cum somniferis balneando: aut exhibendo per os electaria, pilulas, & huiusmodi: aut per inferius imponendo suppositoria, aut clystera: unde humectantia ex cibis, & potibus & embrochæ, balnea, ordinationes, humidæ distillationes in aures sunt in hoc casu maximè conuenientes. canon dictus & dicturus. securius est multo opiata per exterius quàm per interius approximare.

Valentia in hoc casu sunt narcotica, & dolorem mitigantia frigida, de quibus supra in tracta. iiii. & vj. capit. præter tamen hæc sunt lac mulieris, acetum, requies rubea, trochiscata, diapapauer &c. sonitus aquarum, & cursus earum. unde quidam curiosi medici faciunt aquam positam in uase ab alto distillari per paruum foramen, apponitur palea in foramine, & protensa, per quam fluit gutta aquæ minus impetuose, & cadit in bacili ita, ut somnum faciat, & suauem conuenit frictio leuis pedum, & manuum; fortiter nanque excitat, ut supra. debetque camera esse obscura, & in loco à strepitu remota. unde Ouidius. Somne quies rerum placidissime somne deorum. quidam præcipiunt candelas magnas teneri ante infirmum factis prius ligaturis extremorum: deinde ipsas subito dissolui, & candelas accensas extinguunt. sunt facilia dicta, & curiosa. cõmuniter inungitur frõs, tempora, & nares ex unguento populeon, & in sorditionibus ponitur papauer album. item ex succo solatri, aut lactucæ, aut uiolearum aqua rosa. albumine oui, aceto modico cõquassatis, & cum petiis fronti appositis, & quandoque additur papauer. expertum Auic. Reci. casia lignæ, opii, crociana, dissoluantur in oleo ros. & liniatur nares, & tempora. item, si ex istis fiant pilulæ, & una ex eis accipiatur, facit enim dormire somnum temperatum. aliud & est Dioscoridis, & domesticum. Recip. semen papaueris albi, & corticum eius ana drach. i. fundatur super ipsa aqua fontis libr. 5. deinde post horas sex, aut octo mulgantur ex eis aqua, & cum zuccharo propinetur infirmo. & colligitur quando semina, & cortices triti ponuntur in sorditionibus. conferunt, ut dictum est. aliud facile. Recip. semen iusquiami, lactucæ, papaueris, fac trochiscos cum succo lactucæ. da drach. i. uel ij. cum aqua frigida. aliud. Recip. foliorum nenupharis, capitum papaueris, & foliorum apii, & menthæ, semen lactucæ, iusquiami. ana partes æquales. fiat decoctio eorum in aqua usque ad consumptionem tertiæ partis, & si fiat embrochatio, & si fiat ex eis emplastrum; cõfert mirabiliter. aliud & est Mesue. Recip. succi lactucæ, portulacæ, semperuiuæ, herbæ iusquiami, solatri, ana par. ij. farinæ fabarum & hordei, ana pars. 5. opij circiter sextam partem, olei rosa. mandragorati, ana partes. ij. mucillaginis psyllij, par. ij. coquantur simul usquequo fiat pulmentum. dimittatur infrigidari, deinde capiti applicetur, & præcipuè uersus anterius: quia posterius non tolerat, ut supra. plura à Mesue hoc capitulo habentur; unde plura cupiens eum legat. habeo in hoc casu aquam expertissimam, quam aliàs docui, & operatus est ille in malum. unde ego peccati fui particeps, de quo dico meam culpam, & sic eam faciliter manifestare fortasse esset causa multorum malorum; nam ex ea quisque faciliter decipitur; & ideò non nisi discretos, & conscientia graues docere disposui. quare, &c. suppositoria fiant ex opio cum melle. Nota tamen, quòd ita debent ligari; ut possint extrahi cum homo uoluerit. item ex herbis dictis cum oleo uiola. aut rosato potest fieri clystere. item requies detur, cuius dosis communis est drach. i. dicitur fuisse expertum. quòd, si agrimonia capiti supponitur nescienti; continuè dormire facit, nec excitatur, nisi remoueatur. vltimò notandum quòd in isto casu embrochæ, & alia capiti sic applicata debent frequentari, nec debent alia applicari; nisi prius caput fuerit factum mundum à priori. & hæc de uigilia dicta sufficiant.

De apoplexia.

Rub. 10.

Apoplexia est ociositas membrorum à sensu, & mo-

tu, cuius causa est oppilatio in uentriculis tribus cerebri contingens, uel in meatibus, siue cursibus spiritus sensibilibus, & motiui. eius oppilationis causa est secundum plurimum materia phlegmatica. dicitur secundum plurimum; quia etiam à sanguine potest contingere; sed rarius ualdè, quàm à phlegmate: aut melancholia rarissimè: à cholera uero magis rarò. item etiam à mala complexione frigida sine materia causari potest, quæ poterit, & uias constringere, & spiritus immobiles reddere, quòd omnes tres uentriculi oppilentur. uaticus de apoplexia & Haly. 9. therapeu. 6. capitulo.

Ex quibus patet, quòd apoplexia fit duobus modis; aut quia eius causa est in uentriculis; aut quia est in meatibus, & sic concludunt aliqui etiam ex intentione Auic. duas species apoplexiæ, quæ diuersitas sumitur ex parte loci materie, siue causæ. & Gal. ij. aph. sumpsit, &c. ex parte debilis, & fortis duas, &c. item ex diffinitione potest diuidi in materialem, & non materialem, & sic diuidunt medici secundum generalem diuisionem.

Sed uenio ad specialia sequens Auic. triplex enim ab eo colligitur: prima est, quando anhelitus non est facilis; sed est cum uicissitudine sicut strangulati, & est illic spuma. secunda est, cum non apparet spuma, neque uox strangulati, neque manifestus anhelitus, stans, sicut mortuus, & est prauior, & si quid in ore mittitur; non descendit. tertia est, cum in anhelitu est nocumentum; sed non magnum: immò, cum aliquid in os mittitur; deglutit, & non exit per nares. & est illa, in qua spes habetur; licet sit timor, ne in fortem transeat.

CAUSAE. Ex causis primitiuis sunt casus, percussio, & huiusmodi, pluuia multæ, tempus frigidum, & hyemale, re pentina frigiditas capiti occurrès; ut ex niue; & similibus. item, ut accidit his, qui in æstate steterunt cum capite ad solem; deinde ingrediuntur loca frigida, ut templa marmorea. item regimen phlegmatis multiplicatiuum; ut crapule, ebrietates, & huiusmodi per uiam indigestionis. somnus prolixus meridianus præcipuè, &c. dimissio phlebotomiæ solitæ, & nimius usus in iuuentute. retentio superfluitatum præter solitum, dimissio exercitij soliti, & adiuuat ad hoc ætas; quia senectus.

Antecedens complexionalis mala complexio in capite frigida, uel in toto frigida, uel humida. compositionalis; ut oppilatio, siue constrictio meatum, uel apostema comprimens. humoralis est humor phlegmaticus.

Coniuncta materia ipsas oppilans, & ut plurimum talis oppilatio fit in ambobus uentriculis posterioribus. Auic. scitur, quòd humor faciens talem oppilationem coarctatur in uentriculis cerebri principalibus; sicut in epilepsia natura mundificat uelociter.

Vnde ab epilepsia differt; quia apoplexia fit ab integra oppilatione facta in uentriculis, & uasis, quare accidit priuatio motus. epilepsia autem fit ab oppilatione nõ integra & ideò in ea accidit corruptio motus, & non ablatio. & terminatur apoplexia fortis ad mortem, iuxta illud Senis. xlij. aph. ij. sectionis. Soluere morbum, quem apoplexiam uocant fortem impossibile. & debilis terminatur in paralyfim, unde Alman. nam hæc passio, aut citò interficit, aut in paralyfim transit. & Auic. Secundum plurimum ad paralyfim terminatur, & quandoque ad apostema; ut in Antonio oncrario. & accidit habentibus ætates, & corpora, & regimina humida, & propriè cum est frigus cum humiditate, & præcipuè si habitant loca humida terrea, & frequenter lauant caput, & ipsum frequenter sudant.

SIGNA demonstratiua, quia præcessit secundum plurimum soda, inflatio quædam, uertigo, scotomia, quæ si frequentatur in senibus annuntiant apoplexiam, debilitas uisus, stridor dentium in somno, grauitas, & pigritia, tremor in toto corpore. & multoties apparet urina uaporosa, nigra intus, quæ est sedimen serinum fursureum. item apoplecticus citò cadit in somnum grauem, & in ablationem motus. & in hoc differt à subeth: quia subethicus de facili ad grauem procedit, & non subito. & in summa apoplecticus iacet; ut dormiens, & stertit sine somno, & cum pungitur non sentit, & illa est fortior, in qua stertor est maior.

Practica S.

L 3

unde

unde in debili non est strepitus magnus, & est anhelitus facilius, & si in eius ore quid mittitur humidum transglutit. quod si fuerit fortis; non transglutit; sed in naribus immittit.

Signa, quæ est à casu, & à percussione compassione alterius membri: non sunt signa, quod est ex apostemate, quæ omnino est absque febre.

Signa eius uerò, quæ est à sanguine; quia facies, oculi rubei sunt, uenæ quidem & ceruicis extensæ, & plenæ, etiam quia multo tempore non fuit phlebotomatus, regimen fuit sanguinis multiplicatum, & ita de aliis signis sanguinis, de quibus in principio operis. & tu ibi.

Signa eius, quæ à phlegmate sunt phlegmatis ex parte faciei oculorum, & aliorum super phlegma significantium, de quibus in principio operis. & tu ibi.

PROGNOSTICA. Vertigo rei facta in senes annuntiat apoplexiam supra. apoplexia debilis secundum plurimum terminatur ad paralysem; & ideò, cum non uides eam in paralysem terminari; semper desperes de salute infirmi: cum alicui accidit repente dolor capitis, deinde incurrit apoplexiam; tunc moritur ante septimum, nisi accidat ei febr. cum habenti complexionem calidam, & siccam apoplexia parua est; ægritudo enim contraria complexionem non accidit nisi propter magnificentiam materiei. cum apoplexia fuerit febris; tunc illic erit apoplexia secundum plurimum. si spiritus exit ab ore; non est medicamen Rasis. postremò nota, quod, ut credo, multi apopletici sepulti sunt uiui propter negligentiam medicorum, & amicorum; & ideò attentus, ut supra, sis; nisi signa uideris efficacia mortis, de quibus in fine non permittas apopleticum sepeliri ante .lxxij. horas in quo tempore pertransiuit omnis motus humorum.

CURA est ordinatio diætæ, quæ ordinetur iuxta humorem peccantem, &c. si patiens sumere potest, & de aere, & cæteris non naturalibus: nam diætæ debet esse subtilior, quam in habentibus epilepsiam; cum tamen medicus apopletico occurrerit secundum hos sequentes canones sic successiuè ordinatos; non oportet, ut moretur, nam dilatio ducit ad mortem festi nam; cum ipse fit morbus per se parum recipiens curam, Mesue. & de hoc in dubiis. secundus euacuatio materiæ: tertius diuersio, qui duo canones simul quasi incidere debent: quartus est materiæ derelictæ post euacuationem resolutio: quintus est cerebri confortatio.

SECUNDVS perficitur materia existente sanguinea cum phlebotomia ex duabus cephalicis, aut ex manibus, aut in curuatura, & multa; si res patitur. fiatque crurium sequens uentofatio, & cum sacificatione; si res tolerat. nota tamen, ut dicit Viaticus, & exponitur quod dictum est, si res patitur, quod ætas, & uirtus consentient phlebotomiæ. quidam phlebotomant saphenas primò, deinde uenam, quæ est in nasi extremitate: feci etenim phlebotomari uirum apopleticum. lxxij. annorum, uel circa, & euasit à paroxysmo, & superuixit. xv. diebus, &c. feci phlebotomiam ex saphenis, & dum exibat sanguis; loquebatur, & astantibus uisum est miraculum. deinde fiat euacuatio per clystere. Recip. stœchados, meliloti, blitis, centaureæ, ana. M. i. colloquintidæ, agarici, ana. 3. i. s. bulliant in aqua. deinde addantur olei communis. 3. iij. salis. 3. ij. & imponatur, reitereturque clystere toties, quod patiens moueatur, & sentiat. fiantque post diuersiones, ut supra de subeth, lethargia. quod, si patiens redierit ad dispositionem quasi medicinis obediens; tunc curetur, & diætetur, ut causæ suæ proportionali conuenit, ut infra de phlegmatica, & in capi. de epilepsia dicetur.

Si uerò à materia phlegmatica fuerit, & phlegma sanguini admixtum comprehendatur; fiat phlebotomia, ut supra; deinde imponantur clystera, ut hic statim: si uerò nõdum patiens est obediens assumptioni medicinarum; fiat clystere, quale dictum est hic ante addendo elleborum album, & modicum mellis. aliud. Recip. abrotani, saluix, calamenti, origani, cetaureæ minoris, stœchados, ana. M. 5. colloquintidæ interioris, agarici, & si cupis fortius ellebori, ana. 3. i. s. olei rutacei. 3. iij. sal gemmæ. ij. & est forte, & sic mediocriter tepidum imponatur, & reiteretur toties ut dictum est.

TERTIO diuersiones facito, ut supra de sòda pluries, nec ab eis resistas, donec redeat; nihil enim est uirtutem suscitans, ut ipsæ diuersiones. quod, si leniora clystera cupis; require in de epilepsia infra, & de paralyfi, ubi ponentur debilia, fortia, & mediocria. utrum inde à fortioribus sit inchoandum, dicetur infra in dubiis in fine capituli. sunt etiam suppositoria fortia cum euphorbio, oppopanaxo, & fellibus cum melle, & sal gemma, & in ipsa rescribentur & fortia, & minus fortia cum his, quæ enemata ingrediuntur.

Post autem has sic communes euacuationes fiant particulares; ut cum sternutatoriis, caputpurgiis, & nõ ante. unde Aui. & non est malum post euacuationem ipsius cum clysteribus & similibus, ut naribus ipsis aliquid approximetur & propriè condisi, & caputpurgia fortia. & consimiliter conuenit immisio pennæ in os eius; ut euomat cum existimatur, quod in stomacho, aut in ore eius sit repletio: quod comprehenditur ex regimine eius antè factò.

Et, quia aliquando apoplexia incipit à spasmo, aut ei coniungitur spasmus mandibularum; bonum est, ut ponatur baculus in eius ore, aut pila.

QUARTVS completur cum oleis, siue unguentis calidis resoluētibus, capitalibus emplastris, &c. ut in de lethargia, & in de diminutione memoriæ dictum est.

Emplastrum Rasis, & est utile. Rec. sinapis. 3. v. castorei. 3. ij. acori. 3. i. & cum cera, & oleo de costo, uel de euphorbio fiat unguentum, & capiti applicetur. aliud & fortius. Recip. galbani, sinapis, oppopanaxi, ana. 3. ij. euphorbij, se. sinapis, castorei, trium generum piperis, ana. 3. ij. sulphuris 3. i. 3. terbenthinæ. 3. ij. fiat ceratum, & extendatur super corio, & est ualdè exiccatiuum. aliud & est leuius. Recip. euphorbij, piperis, hysopi humidæ, aromatici, costi, castorei, terebenthinæ, oppopanaxi, an. 3. iij. storacis. 3. i. 5. cere, quod sufficit & cum oleo de costo, uel antiquo quantum sufficit, fiat unguentum, & est efficax. laudatur in hoc casu à Rasi. Auicen. idem uidetur asserere, appositio sartaginis ignitæ ad capillorum ustionem: quod etiam debet intelligi factis euacuationibus, ut prius. unde in textu allegato, & posito post caputpurgia fortia sequitur, & olea confortatiua, & ignitum ferrum: nam, si in principio ponerentur talia calida materia existente in fluxu; fieret addito. item ponatur in ore infirmi mel anacardinum, aut theriaca, uel mitridatum. Placentino magis placuit appositio cauterij in parte posteriori in duobus locis, & in priori in uno loco. in subeth uerò etiam laudauit multum calida: sed in parte anteriori magis.

QUINTVS perficitur cum odoramentis proportionalibus, & aliis dictis supra de sòda phlegmatica, & sanguinea secundum causæ indigentiam.

Quod, si apoplexia fuerit per communitatem; regatur membrum mandans, & erit optimum, ut de apoplexia dictum.

Cum itaque patiens uenerit his auxiliis ad aptitudinem assumptionis medicinarum; stude in euacuando materiam, & in digerendo eam in faciendo gargarismata masticationes, & alia phlegma à capite deponentia, ut supra de sòda phlegmatica.

H Et, quia apoplexia in paralysem terminari consueuit; hinc regimen apopletici, qui aptus est medicaminibus, ibi habebitur, & inscribetur; quia regimen est unum.

Ultimò notandum, quod ad cognoscendum differentiã inter ipsum apopleticum, & mortuum debemus carminare similitè benè bombacem, & apponere naribus: si mouebitur uiuus erit, & sit locus in quo non fiat uentus, aut, quod astantes sint propinqui; ut ex flatu eorum, &c. item consimiliter ponatur cyathus aquæ super locum cordis, si aqua mouebitur; uiuet: si non; non. item in apoplexia pulsus non integrè cadit, & ipsum benè considera. quod additum est; quia percipitur, ne ante. lxxij. horas sepeliatur, ut ita in dubiis infra.

Sed postremò manda menti, quod nihil efficacius est in excitando uirtutem in hoc casu, quam fortes frictions, & continuatæ, & frequetate ligationes factæ in extremitatibus musculorum brachiorum, & applicationes uentofa-

rum ignitarum super humeros, & reliqua diuertentia, & excitantia, vt de subeth.

De melancholia. Rub. II.

MELANCHOLIA communiter accepta se extendit ad omnes suas species, & licet sint infinitæ, & secundum aliam literam Auic. indefinitæ, tamen loquendo de his, quæ ab auctoribus notatæ sunt de melancholia strictè accepta ponitur species melancholiæ communiter descriptæ. vnde communiter accepta sic describitur. Melancholia est mutatio æstimationum, & cogitationum a cursu suo naturali propter complexionem melancholicam sub mutatione æstimationum, comprehendendo mutationem imaginatiuæ. Notandum tamen, quòd etiam sic lædi potest imaginatiua, vt supra de diminutione memoriæ. Vt vero distinguitur contra maniam & strictè accipitur sic ab Auic. describitur, prima tertiis, proprio capitulo. Melancholia est mutatio extimationum, & cogitationum a cursu naturali ad corruptionem, & timorem, & malitiam propter complexionem melancholicam facientem spiritum syluestrem, & timidum ad extra non expandibilem, quæ complexio melancholica est a mala materia melancholica non adusta secundum plurimum. Et dicitur secundum plurimum, quia conueniē causari a qualitate melancholica simplici, sed hoc est rarissimum. Item quandoque ab adusta remissa adustione, & hoc raro. Ex quo apparet, quòd in hac descriptione est plurimum virtutum læsio, propter quod differt a permixtione sensus, & ab amentia, & stoliditate, quæ sunt nocumenta seorsum & determinatarum virtutum, vt infra. Differt etiam a mania, quia talis est cum saltu, & rixa, & non cum timore. Vnde Aui. allegato loco. Cumque melancholia componitur cum rixa & saltu & simul permutatur nominatur mania, & neque dicitur melancholia nisi cuius euentus est a cholera nigra non adusta, sed de hoc infra in dubiis.

CAUSAE & ex causis quædam sunt primitiuæ, ut aer calidus & fucus sanguinem adurens, & ad melancholiam conuertens, aut frigidus fucus, autumnalis, inæqualis.

Item exercitium fortè calefaciens, & exiccans; propter quòd portatores multum sanguinem melancholicum multiplicat; & ideò in eis uarices fiunt. item balneum exiccans, cibi melancholici; ut lentes, caules, caro salita, leporina, acetosa, salsa, acuta grossa, uinum nigrum, grossum, turbidum, de quibus cibus supra. iii. tracta. corrupta digestio, superflua vigilia, nimia sollicitudo, tristitia, pusillanimitas, quæ si multo tempore durauerit; melancholicum perficit. & ideò Hippoc. infra in apho. & scias, quod superfluitas timoris, & tristitiæ est ex causis fortibus in generatione melancholiæ.

Antecedens verò est humor melancholicus naturalis, aut innaturalis factus talis ex adustione sanguinis, aut phlegmatis, aut cholera, aut ipsius melancholiæ naturalis ascendens ad cerebrum. & si fuerit talis propter communitatē vt verbi gratia, quia à toto; tunc mala complexio frigida & sicca totius, quæ est causa eleuationis mali vaporis erit causa antecedens. similiter, si a splene debilitas uirtutis, aut eius impotentia in mundificando hepar ab humore melancholico; aut apostema splenis, aut aliud tale nocumenrum erit causa antecedens. idem dic, si fuerit ab hepate; quia caliditas eius adurens sanguinem, aut debilitas expulsiuæ eius, quare remanet melancholia in hepate, & in melancholia myrachia, apostema forte hepatis, aut vehemēs caliditas hepatis, & intestinorum, aut adustio humorum in myrach, aut oppilatio in meseraicis; vnde cibi non penetrant ad venas; sed corrumpuntur.

Consimiliter dic, si fuerit à stomacho, vel matrice: humores enim melancholici in his existentes, à quibus eleuantur vapores, sunt, vt contingit, ex retentione sanguinis hæmorrhoidalibus. item & quandoque mala complexio cordis melancholica cum materia, vel sine corrumpens complexionem cerebri, & spiritus. & adiuuant ad causam antecedentem dispositiones naturales, & aptitudines cadēdi vt sunt dispositione eorum, qui sunt bruni, pilosi, extenuati, habentes cor calidum, & cerebrum humidum. item & trauli, & habentes oculos mobiles, & habentes pilos gros-

fos, & nigros secundum pectora, & venas habentes latas, & labia grossa. item calidi, & ficci multum in iuuentute, nā tempore paraugmasticæ ætatis in frigidam, & siccam decidunt complexionem, secundo techni; & magis parati sunt masculi. & ex parte temporis ver, æstas, & autumnus, & in aph. infra.

Coniuncta est mala complexio cerebri frigida, & sicca immaterialis, vel materialis, inuitans complexionem cerebri, & spiritus luminosos ad tenebras, & eius, quæ per communitatem fumus, vel vapor tenebrosus melancholicus ascendens similiter cerebrum, & spiritus immutans; unde sicut, quando spiritus sunt clari, luminosi, accidit bona imaginatio, cogitatio, & memoria; ita, quādo sunt turbidi, & syluestres facti, accidit mala imaginatio, &c. spiritus enī est de natura lucis; & ideò, cum tenebratur ex melancholia; aliter iudicat, quā secundum eius naturā deberet, sicut febricitans iudicat dulce esse amarum; cum linguam ex vapore cholericō infectam habeat.

Etiam capit melancholia varietatem plurimam primò ex parte eius, quæ est talis per essentiam, & talis per communitatem. & per communitatem quædam a stomacho dicta stomachalis; quædam à myrach dicta myrachia; quædam ab hepate; quædam a matrice; quædam a corde; quædam ab hæmorrhoidibus, & huiusmodi suo nomine nominanda; item quædam incipiens; quædam confirmata. Item & ex parte accidentium; vt quidam dicant se esse reges; quidam se esse gallos, & canunt; quidam timent, ne lupo eos comedat; quidam; ne cadat domus, & ita de multis aliis infinitis speciebus, ut dictum est.

SIGNA demonstratiua sunt & maximè incipientis, existimatio mala; quia existimat aliquid esse, quod non est, & se videre, quod non uidet, se audire, quod non audit, & huiusmodi, timor sine causa, uelocitas iræ, solitudinis dilectio, timor, vertigo, sonitus, & tinnitus in myrach. somnia terribilia; ut est uisio dæmonum, monachorum nigrorum, & aliorum huiusmodi; ut quia in somnis ipsis uidet mortuos suspensos. item flet quandoque, & quandoque ridet, & de non flendo flet, & de non ridendo ridet, &c. cumque ad te quis uenit cum his accidentibus; scias, quòd est in principio melancholiæ: cumque incipit ore proferre, quod in corde concipit, & quòd solus loquitur, & quòd uerba fatua loquitur, & non habentia caput neque finem, sed subito de vno in aliud transit, neque rationem de aliquo reddit; tunc est in medio melancholiæ. uerum, cum incipit operari, quod concepit, & loquitur, & prosequitur in his; est in fine, eius hoc est in tertio gradu, eā sic per gradus tres distinguendo. unde tales inordinate mouent oculos, manusq; similiter erraticè mouent, nec in uno loco quiescere possunt.

Signa ex quo humore. quia, si est à sanguine; fit cum risu, & gaudio neque est cum tristitia magna, uenæ oculorum sunt rubæ, & ita de aliis signis sanguinis, ut supra in principio operis. phlegma uerò cum pigritia, & quiete, & pauca caliditate, fit somnietas. cholera cum rixa, saltu, agitatione, læsione, dæmonio, furore, & aspectu terribili. & melancholia cum tristitia, magna sollicitudine, uigilia, timore, malis cogitationibus, cum ploratu maximè quando est ex melancholia naturali, neque nisi rixetur, mouetur.

Signa in ea, quæ est per communitatem habentur, ut si fuerit a cerebro ipso, & fuerit ex siccitate; tunc erit capitis leuitas, sitis, uigilia, paucitas superfluitatum in oculis, & naribus: si ex humiditate; grauitas, somnolentia, multitudo superfluitatum in oculis & naribus, paucitas sitis & huiusmodi. etiam cum his omnibus quandoque aderit dolor capitis continuus, assidua cogitatio, assiduus aspectus ad rem unam, & ad terram, amor solitudinis, nigredo oculorum. & quandoque ægritudines præcedentes te faciunt hoc discernere, de quibus interrogas astantes. quòd, si à membris inferioribus; tunc aderit illi membro grauedo, pondus, dolor aliquis, & huiusmodi talia, quæ præcesserunt de quibus te informes. unde, si fuerit à corde tremor, cardiaca passio, & huiusmodi; præcelsit.

Signa si à stomacho; dolor in eo, nausea, uentositas mult-

ta percepta in eo, & quod præcessit, nauseatiua satietas, & huiusmodi.

Si ex myrach; grauitas in eo, attractio sursum, nausea continua, dolor, aut inflatio in hypochondriis, malitia animæ, corruptio digestionis, eructuatio acetosa, sputum humidum, & rugitus, exitus uentositatis, inflatio, & dolor in stomacho, & inter spatulas; donec digestio compleatur, uomitus cholericus, & phlegmaticus, & acetosus congelans dentes, egestio cholericæ & phlegmaticæ. alleuiatur post digestionem, & quandoque est apostema in myrach hoc signans item & tremor, & huiusmodi.

Si ab hepate; dolor in hypochondrio dextro, & hoc ibi sentit nocumentum notabile.

Si ex splene; durities, dolor, grauedo in eo, multitudo appetitus, parua digestio, rugitus circa hypochondrium sinistrum, inflatio splenis, repletio magna quæ non separatur, & ut plurimum melancholicus est spleneticus.

Si fuerit a toto; tunc erit nigredo faciei, macies, multitudo pilorum, retentio menstruorum, sanguinis hæmorrhoidalis consueti euacuari, aut aliarum superfluitatum stomachi, & splenis, narium & huiusmodi: antecessio febrium quibus melancholia succedit, & ita de aliis.

PROGNOSTICA. Incipiens facilis curæ; confirmata uerò prauæ, & difficilis, & eius confirmationem cognosces ex signis secundi, & tertii gradus. & quando eis accidit casus appetitus; tunc ægritudo est mala, Auicen.

Et, cum accidunt in corporibus eorum vlcera; signant, quod mors est propinqua. & in cuiuscunque corpore ipso fuerit cholera nigra; mobilis erit magis susceptibilis curæ, quàm illud, cuius cholera nigra non erit mobilis. Illa uerò, quæ est magis incolumis, fit ex face sanguinis, cum qua est gaudium: & illa, quæ accidit in fine feb. acutarum per adustionem, & exiccationem humorum, est perniciofa: desipientia cum risu est nimis molesta.

CVRA seruat septem canones; primus, ut festinemus ad eius curam; nam in principio est facilis; cum uerò est confirmata; praua, & difficilis, Auic. nam, quæ confirmata cerebrum ad sui naturam mutauit, & patiens inobediens fit omnino assumptioni medicinarum Alexander de melancholia: secundus est ordinatio diætæ: tertius digestio materiæ: quartus, euacuatio eiusdem: quintus confortatio cordis cum his, quæ lætitiã inducunt: sextus capitis confortatio: septimus correctio accidentium; ut est uigilia, & huiusmodi.

SECUNDVS perficitur ordinando aerem declinando ad humidum; sit tamen in actiuis temperatus, sintque in loco habitationis redolentia per cameram sternata, ipsaq; semper olfaciat, odores bonos, & flores boni odoris, cibiq; consimiliter laudabiles ad humidum declinantes ita, quod regimen ipsum ad humidum declinet, & in actiuis sit temperatum. sitque studium totum in impinguando, nisi timeatur oppilatio ita, quod in tota cura humectetur, & impinguatur patiens. ad quæ complenda iuuant maximè somnus, quies, & balneum. unde Auicen. proprio capitulo. Somnus enim est ex conuenientioribus curis ipsorum. & Mes. eodem capit. Et completur hoc regimen &c. & quiete, & somno, intret balneum ante cibi assumptionem, & nõ nisi præcedente euacuatione, in quo non sudet saltem notabiliter. unde Auicen. Alienent a se coitum, & sudorem uehementem, & sit humectatiuum proportionabile aliis sex rebus non naturalibus positus supra de soda melancholica, & tu ibi recurras. an coitus conferat, uel noceat in melancholia, dicitur in dubiis.

TERTIVS completur cum digestiuis melancholiæ supra quarto tractatu, & sicut dictum est supra de soda melancholica, & statim immediatè dicitur de euacuationis, debet digestio euacuationi correspondere in uirtute, & numero, nam, sicut non subita, sed successiua debet esse euacuatio; ita & digestio, ut in summa dicatur, paulatine digeratur, paulatine euacuetur. nam materia est ex se his duabus operationibus rebellis ualdè, ad quod facit distantia eius à uis ductuum; nam de tali per essentiam ad

præfens loquor. de ea autem per communitatem dicitur postea.

INCOMPLENDO quartum opus est huc adducere canones de euacuatione in de soda phlegmatica, & de soda melancholica: sed, quia sunt memoria digni, ipsos aliter qualiter memorabo. primus, ut non semel, & laboriosam, & subitam faciamus euacuationem: secundus, quod solutiuum sit commensuratum, non excedens: tertius, ut non spolientur solutiua à rebus humectantibus; hoc enim est, quod operationem beatificat, & hi, quidem attendantur in canones positi supra de soda sanguinea. & Auicen. imo oportet secundum omnem dispositionem, ut incipias à phlebotomia. quod intellige uerum nisi in duobus canonibus, de quibus statim in canone secundo particulari. itè in melancholia sanguinea non adusta siue cholericæ fiat primo ex nigra. in adusta, siue cholericæ fiat ex basilicâ; nam materia grossa difficilius trahitur ad longinqua, quàm subtilis. diuersio autem, siue euacuatio facta per nigram est magis propinqua; facta autem per basilicam est magis remota, & hoc intendebat Mesue, dum dixit. Si sanguis exuberat in toto, & uenæ plenæ sunt; euacua ex uena nigra post istum ex basilica, & hoc in melancholia. in mania uerò fiat econtra. & si oportet post istas euacuatio ex saphenis. & si adhuc maiorem cupis diuersionem; eam fac ex uena, quæ currit usq; ad pollicem pedis.

Circa quos alios particulares noto; primus, quod moderni in casu isto magis iubent fieri phlebotomiam ex brachio sinistro, & similiter pedis propter communitatem splenis.

Secundus, quod aliquando dimittenda est phlebotomia propter duo: primum propter debilitatem uirtutis: secundum, quia materia est pauca, & est in capite, & timemus, ne ex phlebotomia fiat exiccatio magis nocens.

Tertius, quod, si sanguis in principio clarus, & subtilis ueniat; non propter hoc est stringendus, & de isto in dubiis.

Quartus, quod phlebotomia sit ampla propter grossitiem humoris, ne subtile exeat, & grossum remaneat.

Quintus, quod etiam considerandus est locus doloris, aut uix dispositionis, ut supra tractatu primo secundo capitulo. quod, si fuerit in dextro; phlebotometur ex dextro; similiter in sinistro; ex sinistro, & hoc ubi quæritur euacuatio, & non diuersio, quia in diuersione secus est; ut est notum.

Sextus, quod plus, & minus de sanguine debemus euacuare secundum signa demonstrantia in toto corpore maiorem, aut minorem plenitudinem: si autem hæc omnia non conferunt; transferas te ad uenas frontis, nasi, aut sanguifugas his locis applicabimus. item notato, si affuerit superabundantia sanguinis ex oppilatione hepatis, aut splenis; tunc ex suis uenis euacuabimus modò ex una, modò ex alia, ut maior necessitas persuadebit. postremò scito, quod prouocatio hæmorrhoidarum, menstruorum, apertio uasorum, & uenarum plenarum pedum sunt ex maximè conferentibus in omni tali melancholia. & dicitur in omni tali; quia canones positi uocantur solum deseruire sanguinæ; qui tamen etiam sunt intelligendi de quolibet alio humore sanguini commixto. ubi uerò non fuerit ex sanguine, sed ex alio humore post digestionem factam; fiat euacuatio cum solutiuis appropriatis supra in tractatu quarto, attentis canonibus de euacuatione positus. uerum, cum sanguinis non expectetur digestio; statim debet medicus sanguinem euacuare præcedente saltem euacuatione lenitiua, ut ex canone generali, leue solutiuum, & est Gale. decoquantur senæ in iure gallinarum, aut carniuum, confert & domesticum. aliud ponantur senæ .3. vi. in infusione aquæ lactis per horas. viii. cum prunorum numero .x. & fiat expressio fortis, & propinetur. aliud & præferuat hominem in casu à lepra. R. epithymi. ʒ. i. anisi. ʒ. ii. parum bulliat lento igne in sero caprino & addatur zucchari. ʒ. i. continuetur decem diebus. laudatur electarium Gentilis ad melancholiam, cuius descriptio est. R. myrobalanorum nigrorum. ʒ. ii. s. ohebulorum. ʒ. i. agarici. ʒ. .5. liquiritiæ, buglosse an. ʒ. vi. stoechados, camedreos, camepitheos, calamenti, absinthii, seminis anisi.

Basilica est uena cubiti interior, & iecoria, & lienarem, axillarem que appellatur.

anisi. ana. ʒ. ij. ʒ. epithymi, polypodij, fenæ. ana. ʒ. iij, prunorum, iuiubarum. ana. numero. xvi. fumiterræ. M. i. fiat decoctio vsque ad consumptionem tertiæ partis, & ponatur in ea rob vini, zucchari. ana. lib. i. lapidis lazuli armeni nutriti secundum artem, ellebori nigri. ana. ʒ. ij. sal gemmæ. ʒ. ʒ. diagridii. ʒ. ii. fiat electarium. dosis est ad plus. ʒ. vi. cum aqua calida in matutinis. cõfert & quartanæ. alia electaria, vt hieralogodion pilulas, & cætera, habes ut supra. & ut dictum est, à leuioribus ad fortiora graduando intendamus, & est Auicen. hoc loco, dum dicit. debent istæ euacuaciones reiterari semel in hebdomada, & præcipuè leues. semel autem in mense possumus unam ex fortibus exhibere Auicen. & continentur, donec recedat ægritudo cum aliis auxiliis dicendis, & dictis. uomitus quoque fiat; si comprehenditur in stomacho esse, quod materiã foueat cum vomituo supra de subeth, & intra de stomacho. q̄, si virtutis debilitatem times; non des elleborum, nec aliud fortè vomituum; sed debile, aut differre. illum autem, cuius stomachus est debilis nunquam vomere facias, neq; in myrachia, Auicen. item fit euacuatio cum gargarismis, sternutationibus, caputpurgiis; vt tenet de soda melancholica.

QUINTVS perficitur cum his, quæ cor confortant, vt odoraciones bonæ, & suauis; vt muscus, ambræ, violæ recentes, & laudo odoraciones humidæ ex canone posito de regimine ad humidum: uerbi gratia. Recip. aquarum violarum, nenupharis, maioranæ. ana. ʒ. i. pulueris garyophyllorum. ʒ. ʒ. musci grã. i. madesiat petiã, & consimiliter de aliis.

Item ad extra epithema cordiale humidum in actiuis temperatum, ut infra de corde. laudo in hoc casu lætificas Guillemi placentini, quo vsus sum, & bene successit. ʒ. ferici combusti. ʒ. i. corallorum rub. ʒ. s. ofsis de corde cerui. ʒ. i. margaritarum non perforatarum drac. ij. cardamomi. ʒ. s. pinearum mundatarum. lib. s. hyssopi, liquiritiæ. ana. drach. ij. nucis musc. garyophyllorum, folij, piperis longi, cucubæ, galangæ. ana. drac. i. s. cinnamomi. ʒ. v. macis, croci, ana. ʒ. i. zucchari optimi lib. vi. coquatur, in hyeme verò cum tribus libris mellis cocti & despumati, & in fine addantur. ʒ. ij. musci, sumatur mane, & sero ad quantitatem nucis magnæ, & post bibat aliquid uini albi odoriferi & lymphati. aliud lætificans ad idem habetur libro diuisionum capitulo de his, quæ conferunt tremori, & melancholiæ. item nono Almanforis capitulo de melancholia habetur lætificans eius, cuius initium. ʒ. mellissæ, corticum citri. item similia inuenientur de dispositionibus cordis, & tu ibi require. ualet consimiliter lætificans Mel. descriptione filij zachariæ capitulo de melancholia. de multis aliis dictum est in de soda melancholia. similiter & potus cordiales require infra de corde, & capitulo de peste. item pro complemento ipsius introducatur gaudium cum nouis solatiofis, cum præsentia amicorum, & dominarum placentium, sonos, cantus delectabiles, & huiusmodi quæ hominẽ ad gaudium mouent: nam super omnia in hoc debet medicus studere; ita omnibus placuit auctoribus, dentur & pecuniæ, iocalia, fiant promissiones.

SEXTVS perficitur cum embrochis, epithematibus, vnctionibus, de quibus ad plenum supra de soda melancholica.

SEPTIMVS compleatur cum his, quæ se opponunt accidentibus; vt uerbi gratia, si adest uigilia superflua recurrere ad capitulum supra de uigilia superflua dicta saara.

Si uerò fuerit ex animi accidente; ut uerbi gratia, ex nouo auditu malo; ut si est dominus de amissione status, aut si est mercator de amissione mercium, aut de morte amici; introducatur noua contraria his, quæ ipsum ad gaudia moueant: nam, ut dictum est, ad hoc super omnia niti debemus: si uerò fuerit à sola mala complexione singulari; sola sufficet alteratio. quomodo uerò debeat fieri, patet

CYRA. In facta per communitatem notandum, quòd octo sunt à quibus per communitatem causari potest. primo à toto corpore, in quo dominatur complexio melancholica: secundo à splene: tertio à stomacho: quarto ab hepate: quinto à corde: sexto à matrice: septimo à my-

A rach, & uocatur à quibusdam passio hypochondriaca, seu melancholia myrachia. in omnibus potest aduri humor, siue humiditas, siue in melancholiam uerti, à qua uaporant ad caput vapores nigri melancholici, spiritum animale reddentes syluestrem, ut supra. ultimo, & octauo potest causari ex oppilatione facta in hæmorrhoidibus; ut sanguis retentus &c. in cura itaque per communitatem seruentur hi canones septem; primus ordinatio dietæ; secundus digestio materiæ corruptæ: tertius euacuatio eiusdem: quartus diuersio, ne materia ad caput euaporet: quintus confortatio membri mandantis; ne in eo materiæ corrumpantur; imò ipsum membrum rectificent, & fiat minera laudabilis humoris: sextus confortatio capitis; ne illos humores recipiat: septimus si fuerit facta ex eis impressio in capite malè applicationis impressæ remotio. quid faciendum, siue agendum est in complendo primum, secundum, & tertium patet ex dictis, & dicendis: nam digestiua, & euacuatua iam uerò ad illa dirigantur mēbra.

B Quarti etiam ex dictis complementum habetur; nam ventosis, phlebotomia in ligationibus, & huiusmodi, de quibus supra. & oportet melancholiam habentes, ut in aliquo sint occupati quocumque modo sit, & eis sint presentes, de quibus uerecundatur, & cum quibus gratulantur. Auicen. sed notandum, quòd, si fuerit uitio matricis, retentione menstruum, retentione hæmorrhoidalis sanguinis, & per phlebotomiam quærimus diuersionem; conuenientior fiet ex saphenis. & consimiliter si fuerit ex splenis uitio. huic sententiæ uidetur alludere Placentinus, & causa nota est intelligenti. & nota uerbum Auicen. Melancholia plerūque resoluitur per hæmorrhoides, & varices, vt in aphor. infra. & nota, q̄ prouocatio hæmorrhoidarum est res singularis.

C Quinti perfectio habetur ex singulis locis; ut de nocimento illorum membrorum tractabitur, & tu ad ea recurre.

Sextus completur cum repercussiuis dictis in principio, ubi de dolore capitis per communitatem &c. sed semper menti habeas, q̄ regimen in omnibus ad humidum tendat. qualiter autem mala qualitas impressa remoueatur, patet ex dictis de soda melancholia. tu itaq; attende in remouendo malitiam membri mandantis, vt, si hepar, aut cor fuerint excelsiue calida; intende eorum refrigerio. item & super ipsa membra mandantia, vel circa pone ventosas cum mora notabili earum. postremò notandum, q̄ in facta per essentiam quidam ponunt unum cauterium in parte anteriori capitis, & duo in duobus cornibus posterioribus, & profundant vsque ad os, & dimittunt ea aperta usq; ad quatuor dies, deinde relinquunt, vt se solident, & asserunt sibi successum esse; hoc tamen expertus non fui. uidit tamẽ Gordonius quendam melancholicum, qui se in capite vulnerauit usq; ad fracturam cranei, & tandem illæsus permansit quandiu vulnus stetit. apertum, & clauso uulnere rediit melancholia. item aduertendum, quòd diuretica sunt hic, & in sequenti capitulo suspecta: nam educunt subtile, & grossum aptum in melancholiam conuerti, remanet. scito, quòd ablutio pedum cum meliloto, chamomilla, & huiusmodi maxime confert in omni specie melancholiæ. & nota, q̄ melancholia consueuit habere lucida interualla; quare &c. lege in fine sequentis rubricæ, quod hic addere debes.

D De mania. Rubrica. 12.

MANIA est mutatio cogitationum, ut supra de melancholia à cursu naturali cum risu, & audacia. cuius causa secundum plurimum est materia cholericæ aliquantulum adusta, vel melancholicæ adusta, in qua uincit caliditas accidentalis. dicitur secundum plurimum; quia potest fieri à phlegmate adusto; quamuis sit ualdè raro, & tunc aliquantulum furia eius adustione causari poterit. dicitur aliquantulum cum sit humor non patiens aliquam multam adustionem, & ex consequenti igneitate. unde secundo technici. & si ad plurimum uenerit caliditatis furor, & mania confidentia. quidam tamen tenuerunt ex tali adustione causari melancholiam, & non maniam; sed in dubiis dicitur consimiliter potest causari ex sanguine adusto. dicitur in qua uincit caliditas, quia, si caliditas non uinceret, nõ fieret mania, sed magis melancholia, ut patet.

Mania græcis idẽ q̄ Latinis mania, nec non & furor.

Dux assignantur mania species, lupina, & canina, inter quas ponitur differentia: nam lupina est cum rixa uehementi, similiter cum audacia, cum contentione, à qua non uult uinci, cum malo aspectu, cum inimicitia, & odio, inobediētia sine solatio, & risu; sed semper cum furia, ut lupi.

Canina est cum aspectu non multum à consueto distante, & licet sit cum rixa, & audacia; tamen adest obedientia, & amicitia, & cum solatio aliquando, & risu, & permittit se uincere, hoc est, suas cum aliis dānat opiniones erroneas, & aliis credit conueniendo cum eis; ut canes quando que faciunt. unde talis fit quādoque à sanguine adusto, uel à materia propinqua sanguini adusto; nam ex adustione recipit furiam, ex sanguine risum, & benignitatem. & hanc passionem consueuerunt incurrere moniales, & uiduæ ex retentione menstruorum abundantium in uenis matricis, & consimiliter ex spermate diu retēto, & conuerso ad materiam ueneni, à quo vapores eleuati causant similia accidentia, ut menstrua &c. & fortē plurimi religiosi boni, & præcipuē iuuenes incurrunt hanc passionem, & à multis iudicatum est ipsos eam pati ab abstinentia cibi, & potus, & uigilia, & errauerunt. consimiliter consueuit contingere ob has causas uirginibus adultis; cum tempus transeunt. & ex hoc quidam credunt, quod uapores illi eleuati mali, & multi inficientes spiritus faciunt tales loqui quod non uiderunt, neque audierunt & ex consequenti uaticinari. sed aliter sunt ista tractanda; idē in eis non prosequor. ex quibus patet ipsam etiam per communitatem causari. quidam tamen dixit hoc contingere, quod tales sunt secundum eorum animam separati ab istis extrinsecis propter corruptionem imaginationis, & tunc astra, & cælum animam eorum mouent.

C A V S A E, sicut dictum est de melancholia, quod alia est per essentiam, reliqua per communitatem; ita de mania pariformiter est dicendum. nam ex parte causarum habent conformitatem cū causis melancholice. propter quod Gordonius de ambabus unicum fecit capitulum. unde Auic. de mania. Veruntamen causa faciens dæmonium est melancholia adusta facta à cholera, aut à melancholia, quæ est de terrior: & differunt in hoc à melancholia, quia melancholia est facta à melācholia naturali, aut per adustionem talis ex phlegmate, uel sanguine dulci; & idē melancholia est cū timore, & quiete. mania uerò est tota saltus agitatio, & inquietudo, & cum aspectu inhumano, & cum ista dispositione secundum plurimum non est feb.

S I G N A demonstratiua, mutatio operationum moralium ut dictum est hic ante in præcedenti rubrica. & signum, quod sit ex melancholia adusta, eius dæmonium & lupinositas faciunt cum cogitatione, & quiete spatio aliquo; deinde cū mouetur; loquitur, & incipit ratiocinari cogitans, & est cū existimatione corporis, & color uergit ad nigredinem, habent somnia mala, & quandoque euomunt quid acetosum super terram bulliens.

E I V S uerò, quæ est ex cholera adusta signum; quia statim permutantur ad contentionem, & sunt inquieti, non recordantur odii, & contentionis sicut primi, & multiplicatur agitatio, & rixa.

P R O G N O S T I C A. Incubus cum caliditate cerebri, pedes rubei sanguine repleti, sanguis in mamilla coagulatus sunt ex signis prognosticis iudicantibus. & pro causis poni possunt. & cum medicus hæc uiderit; cum caliditate uehementi dubitare debet de futura mania, maxime quando ætas, complexio, tempus; ut autumnus, in quo multiplicatur secundum plurimum, aut uer, aut ætas cum his concurrent. cumque post maniam superuenerit fluxus hæmorrhoidalis, aut uarices, aut hydrops; debet medicus de salute prognosticari. quod, si fuerit uitio stomachi, & uomitus succedit melancholicus ex melancholia adusta, uel de cholera adusta; debet consimiliter salutem prognosticari. Auic. & multoties accidit mania in ægritudinibus acutis signans crism. quod, si reliqua signa eius inuentionem accrescunt; significant, quod crisis erit bona.

C U R A. Canones seruandi sunt, ordinatio diætæ, secundus; quia materia uidetur sapere quasi naturam furiosi humoris; quia habilis satis ad euacuandum erit euacua-

Etio, leuis: tertius digestio: quartus euacuatio fortior: quintus diuersio: sextus capitis confortatio: septimus accidentium correctio.

Primus completur, ut dictum est de carabito ex parte aeris. item, quod sit frigidus, & humidus naturaliter, uel artificialiter factus sternendo humida, irrorando cameram, & cultrinas, siue lintheamina posita circa lectum, ut infra de peste. loca habitare terrena. cibis utatur humidis, & frigidis, de quibus in.iii. tract. in materia cholericis ualentibus ita, quod in summa studium tuum sit in infrigidando, & humectando, & magis leuibus. consimiliter potibus utatur.

Et, quia somnus comprehenditur sub diætā; dicendum, quod ipsi eo utuntur, quantum possunt, & cum hoc medicus conari debet, ut est possibile: nam est ex rebus cōuenientioribus, ut in præcedenti capitulo. & à uino abstineant omnino nisi declinante morbo, quo tempore dari debet uehementer admixtum: nam illud humectat, & dormire facit Auic. in fine capituli.

Secundus perficitur cum euacuatibus cholerae adustæ supra quarto tract. & in eo casu plus placent mihi infusiones, & medicinae liquidæ, quam solidæ. & causa, quoniam citius operantur. secundo, quia humectant, siue minus exiccant. Auic. tamen ponit pilulas plurimum modorum, quas laudat, & similiter Ras. qui tamen ponit decoctionem, deinde exhibet post earum assumptionem. item potest fieri talis decoctio. R. epithi. senæ. ana. ʒ. s. prunorum. ʒ. ii. bulliant in aqua & colentur, & de hac colatura recipiantur. ʒ. iiii. manna. ʒ. i. s. uel cassia. ʒ. i. ʒ. ii. alia decoctio, R. myrobalanorum indorum. ʒ. i. epithimi, senæ. ana. ʒ. iii. pruna numero. x. pistentur pistanda, & bulliant omnia in aqua, & colentur, & de illa colatura accipiantur. ʒ. vi. & addatur. ʒ. i. s. syru. uiol. & propinetur. tu recurre ut supra, & alia per te fabrica. item, si fuerit necessitas phlebotomiæ, quod signis aliquibus comprehenditur; seruentur canones, ut supra de melancholia.

Tertius perficitur cum digestiuis, & consimiliter quartus cum euacuatibus fortioribus positus supra tract. iiii. de melancholia adusta.

G Quintus completur, ubi sit talis per essentiam cum leuibus diuersionibus, ut cum fricatione leui facta in partibus inferioribus, ne ponatur materia in motu, & ipsa amplius calefiat, & agitetur. ipsi nanque illas fortes non patiuntur diuersiones, & irritantur, & amplius furiant. teneantur nanque eorum pedes, & crura in aqua quasi tepida seruata semper ipsa in eodem gradu cum alia aqua calida. itē si fuerit per communitatem à toto, uerendæ sunt percussiones, & urticationes, quas quidem faciunt propter causas dictas. Quod, si fuerit ex membro aliquo particulari; ut ex ple gratia ex splene; tunc rubificantia, uentosa, & cauteria, & huiusmodi fortia diuersiua, ut clysteria, suppositoria, ponuntur iuxta splenem, erunt eo casu conuenientia, ita placuit Mes. nostro de mania, & melancholia. similiter fiat cū forti prouocatione hæmorrhoidarum, menstruorum, appositione uentosarum in tibiis.

Sextus completur cum rebus infrigidantibus, & humectantibus capitalibus, ut supra de soda cholericis embrochis, epithematibus, & fortasse erit necessarium, ut ipsum epithemes quinquies in die, siue embroches, ut Auic. fiat enim, ut dictum est, de soda cholericis capitis abrasio prius. item mulgeatur lac mulieris lactantis puellam super caput sic rasum. item: si oportet transire te ad opiata, cum quibus ponas chamomillam, & alia corrigentia, ut supra de cholericis, & ibi habes canonem de applicatione opiatorum.

Accidentia consueta his euenire sunt uigilia, & furor, quo se, aut alios lædunt. primum ex dictis in die uigilia superflua corrigatur: secundum cum positione eorum in cōpedibus ligando eos, & manus specialiter, ne alios lædant, uel se, uel instrumento eleuato à terra, & suspensio in aere ponantur, ut est dictum in vulgari nostro el uiscolo. nam, si in eo leuiter ducentur; inducetur somnus, ut pueris cum cunabulo: est enim sic; cunabulum suspensum. multi delectantur uirgulari infirmos, & ipsos uehementer uirgulant, seu uirgulis percutiunt credentes materiam diuertere. usque modo non legi in aliquo auctore. bene precepit Auic. Gordonius.

donius, & ceteri, ut ipsi sub timore teneantur; ne alios, neque se lædant, ut obedientes fiant assumptioni ciborum, & medicaminum, quorum inobedientia curam maximè impedit. & ideo eos morose, atque prudenter uirgulare est rationi consonum, & sciendum. & tu lege in fine de permixtione sensus & statim in fine sequentis capituli. audi quod nostro tempore nostræ euenit ciuitati: nam, cum quidam scholaris de Saruallo factus esset maniacus, & à quodam socio medici acriter uerberaretur; cum ad aliqualem restitutus fuisset sanitatem, memor uerberum inseparabilem euaginato ense in faciem eius percussit. à fatuis, & maniacis cauendum est.

CYRA uerò, si per communitatem fuerit, ut si ex retentione menstruorum; prouocentur menstrua cum phlebotomia saphenarum, & ceterorum, de quibus infra de retentione menstruorum: si uerò fuerit ex retentione spermatis corrupti prouocetur ad coitum, & hæc est uia securior, & faciliior, & nobilior, & ultima. si autem id fieri non possit; quia monialis, uirgo, aut casta nolens se subiicere &c. sic procedatur. obstetrix digitum eius petia inuolutum, & oleo de spica madefactum cum pauco camphoræ dissoluto in uuluum ponat, & fricet tandiu, quòd patiens conqueratur. uel sic inuoluatur candelæ conuenientis quantitatis, ut digitorum octo, uel circà cum petia madefacta in oleo de spica, in quo sit dissolutum parum musci, aut ambræ, & ponatur in uulua, stetque per horam, uel circà, & ipsam extrahat. deinde ipsam madefaciat, ut prius & ipsam imponat, & sic reiterando pluries in die; sed prius ligetur cum filo forti candelæ; ut ad libitum extrahi possit. item fiat lenis fricatio, ut dictum est, sic interponendo modò candelam modò fricatio; hoc enim est subtile remediũ & in præfocatione matricis.

Aliud. **R**. agni casti. 3. iiii. iuniperi, myrtillorum. ana. 3. 4. peonia. 3. i. perfecte pistentur & non cribellentur, & cum melle non despumato fiat electarium, de quo accipiatur mane, & sero: cum itur dormitum ad quantitatem nucis magnæ, & post ipsam assumptionem bibatur modicum uini lymphati; ualet enim in casibus dictis, est intrigidatius capitis mulierum, & sensu, & in omnibus mulieribus in quibus frigiditas membrorum & capitis, conuenit. Et consimiliter si ex alio loco uel membro euenit fiat proportionabiliter ut dictum est hic & supra de melancholia. Et nota quòd tam mania quàm melancholia consueuerunt habere lucida interualla. ideo de eorum cura perfecta non est sic sperandum facilliter. Nam dixit Cermisonus se plures quàm centum in manibus habuisse de quibus non fuerunt perfecte curati nisi tres uel quatuor. Et ideo non sine causa dicitur qui semel saluus est nunquàm curatur. adde in de melancholia supra.

De cutubuth. Rubrica. 13.

CUTUBUTH est species melancholiæ in qua est mutatio cogitationum, & memoriæ lesio secundum plurimum in februario contingens facta à melancholia non adusta, in qua tamen non uincit caliditas accidentalis ad quã sequitur ex modo suæ corruptionis, quasi continuus motus eorum, ita quod in uno non permaneat loco. Et dicitur non uincit caliditas accidentalis, quoniam si uinceret esset cum ea furor aut motus furiosus, cuius oppositum contingit. nam tales sunt in ultimo quietis, ut Auic. proprio capitulo. & dicitur secundum plurimũ in februario &c. dicitur in dubiis. Et dicitur cutubuth à nomine animalis quod inuenitur in superficie aquarum stantium, & tamen ex omni re ei occurrente mouetur, immo modico spatio stat quod non moueatur, quasi est in continuo motu. & dicitur capi. aquæ.

SIGNA. patientes cutubuth sunt quasi in continuo motu fugientes consortium hominum, & adhærent sepulchris & ecclesiis ignorantes quo uadant. Et est eorum color citrinus, & quandoque ut sanguinis putrefacti, lingua sicca, fitis, & super cannam eius sunt ulcera, quæ non consolidantur, & eius oculi sunt debiles, non lachrymantes, & sunt submersi. Et ex his habentur signa. Et recipit hæc melancholia talem modum corruptionis ad quem sequuntur hæc & alia plurima accidentia quemadmodum plures alie melancholiæ species.

CYRA est ordinatio dietæ, digestio materiæ, euacuatio,

A diuersio si necessaria fuerit, cordis confortatio, capitis alteratio cum his quæ malam remouet complexionem. Accidentium correctio. Quid in primo agendum sit patet ex dictis de melancholia.

Pro secundo uero dicendũ quòd ubi materia fuerit sanguinea & multa, aut sanguini admixta debet fieri phlebotomia usque ad leuè lipothymia si uirtus &c. consentiat seruat canonibus, ut supra de melancholia. hæc est uisa sententia Haly. 9. theoricæ. & primo afo. in commento. Quæ egeruntur. Et Ras. 22. continentis, penult. capit. Nam forsitan timetur capitis apostematio. quare Ras. ipse hanc passionem uocauit birsen melancholicam, & ideo præcepit phlebotomiam, & tu considera. Si uerò fiat ex alio humore, fiat euacuatio, ut supra de melancholia. Et replicandum est ut etiam replicat Auic. quòd super omnia dormiant quanto plus possunt. est enim somnus ex conuenientioribus curis ipsorum. Auic. de melancholia. Tu ergo stude ad eius introductionem. Laudat Auic. & ceteri moderni cauterium syncipitis, ut supra de melancholia. Item laudatur flagellatio, de qua statim hic. semper sit meti quòd sæpe ut dictum est redeundum est ad medicamina, quia non in unica purgatione sanantur tales. De flagellatione siue percussione inuenio ab auctoribus ob duas causas debere fieri. Prima est ut timeant, & ideo in de mania dicebatur. uide ibi. Secunda etiam ut ex tali percussione ratio ad se conuertatur & obedientes fiant. ita uisus est Auic. uel le capitulo de permixtione sensus prima tertii, & ideo credo quòd habentes cutubuth etiam sunt flagellandi si oportet etiam super caput, ut Auic. ponit, & à lapide cædendi ut Auic. allegato loco. Sed istæ percussiones debent esse morosæ, & non factæ ad diuersionem ut multi faciunt. Notandum tamen quòd non debent fieri in duobus casibus. Primus ubi uirtutis debilitas. Secundus ubi timetur futurum apostema aut eius præsentia. ut prima tertii, de permixtione sensus, & alienatione.

De ilisci. Rubrica. 14.

ILISCI est sollicitudo melancholica qua quis ob amorem fortem & intensum sollicitat habere rem quam nimia auiditate concupiscit, cuius causa secundum plurimum est animi forte accidens. Et ilisci est nomen Arabicum. apud nos uero interpretatur amor. Vnde hæc passio à multis dicta est hoereos, quia hoeris siue nobilibus plus contingit. nã hi ex aliis non impediti super alios prouocantur. Dicitur sollicitudo quia tales facti iam melancholici ex amore inordinato sunt in continua cogitatione memoria, & imaginatione, ita ut non dormiant neque bibant, semper uel quasi, semper enim sunt in actu secundo respectu alicuius harum trium uirtutum quæ corrupte operatur aut iudicat pulchrum quod non est, summum bonum quod non est. unde tales iudicant illam mulierem quam diligunt meliorem, formosior, melius morigeratam, & in summa omni alia melius dotatam iuxta illud.

Si quis amat ranam, ranam putat esse dianam. Et aliter.

Omnis amans cæcus non est amans arbiter æquus.

Nam difforme pecus iudicat esse decus.

Nam ex ipso amore insaniunt, nec nocte, aut die quiescunt facta imperatione uirtuti motiæ à concupiscibili mota ab imaginatiua cui imperauit uirtus altior, scilicet æstimatiua, & sic de aliis.

Ex quibus inferri potest quòd etiã memoratiua lædi potest per intensiorem quod multi negauerunt. Correlarium tamen Gentili uidetur uerum hoc in ca. Sunt in summa in continua sollicitudine saltem mentali ad prosequendum quod cupiunt. Dicitur cuius causa &c. quia in hoc differt à melancholia proprie dicta. nam illa est uitio humoris uel malæ qualitatis semper, ista autem accidētis animi. & licet ita sit, aliquando tamen contingit ut ipsa sit cum humoris melancholici uitio. Tales quidem secundum plurimum sunt cupientes dominas quas inordinato amore diligunt. Dicitur secundum plurimũ, quia etiã aliqui non dominas cupiunt sed reuerti ad patriam quam summe, & summe amant. vnde aliqui primam dispositionem nominauerunt hoereos. secundã uero quæ est amor repatriadi ilisci appellauerunt. ego feci ilisci terminũ cõem. o miseri quibus ex tã

λεπτοθυμία Hippo. uel cũ latinis di camus aī defectio idem qđ Gal. εχλυσις aī exo lurio significat

Ilsci arabibus idē φέρπει κός Grecis denotat, uel furor cũ Latinis ex amore.

parua ac cito transitoria delectatione tā grauiā & quasi in-
supportabilia vt sunt non timere frigus neq; vigilias cōtin-
nuas, sitim, famem, & huiusmodi videntur facilia & delecta-
bilia. vt ribaldones qui uitio ludi, aut vini nudi incedunt.
Et ideò bene cantauit Ouid. A trabe sublimi triste pependit
onus.

CAVSÆ passio communiter incurrit delitiose viuētibus,
solitariis, cōtinētibus, religiosis, & his q̄ ocio regunt.

Et ex causis primitiuis sunt aspectus delectabilis rei, aer
calidus & humid. vernalis, clarus, quies, ocium, vt supra
dictum est. vnde dicitur. oia venus amat. & cibi, & po-
tus, sperma multiplicantes, læticia & huiusmodi.

Causa antecedens est mala complexio cal. & sic. adurēs
humores & in melancholiam conuertens. & ideò stude in
eius curatione cum canonibus, supra de melancholia, &
mania, quæ mala complexio aut est in cerebro aut in alio
membro.

Coniuncta aut est nimia & continua operatio uirtutis
imaginatiuæ & cogitatiuæ circa desiderium rei cōprehen-
sæ. & modus generationis est quia apprehenso obiecto à
virtute imaginatiua primò per sensum exteriorē sibi depor-
tato s̄m plurimum tāquā multum delectabili, deinde vir-
tus extimatiua inducit ipsum esse appetendum & ultra q̄
conueniat, & in hoc corrumpitur iudiciū. vnde philocapti
super oēm rem amasā appetunt omnia alia spernentes, &
existimantes suam felicitatē esse si habere possent, & sic de
his quæ talia sine vsu rōnis appetunt. existimatiua quæ est
virtus altior imperat deinde imaginatiuæ, & imaginatiua
concupiscibili, & cōcupiscibilis irascibili, & irascibilis mo-
tiū lacertorū, & sic totū corpus mouet spreto ordine rōnis
& discutit de nocte & die vagādo, spernendo frigus, calo-
res, pericula, & hmōi stans in cōtinua cogitatione, & con-
cupiscentia ad rē desideratam, ita q̄ si cū his sit sermo stant
vt non audiētes, neq; videntes. & quia hæ virtutes cōtinue
operantur hinc spiritus resoluuntur, & organa infrigidan-
tur & exiccantur, & sic ad naturā melancholicam conuer-
runtur & maxime ventriculus medius, & anterior, sic itaq;
fit sollicitudo melancholica.

SIGNA etsi satis aperta sint ex dictis, tamē ea sic inscri-
bam ut ex aliis collegi. Hi enim cibum & potum amittūt,
& somnum, vnde corpus maceratur, cogitationes habent
occultas cum suspiriis luctuosis, oculi profundantur, pal-
pebræ, & oculi nimio motu mouentur, rident ac quasi ali-
quid delectabile audiunt, paucitas lachrymarum nisi cum
adest fletus, pulsus diuersus absq; ordine, & alteratur pul-
sus cum memoratur aut videt quam diligit. & ideò medi-
cus quidam cum teneret digitos super arteriam cuiusdam
iuuenis infirmī, & pro tunc ante ipsum infirmum transiit
ancilla domus sensit eo instāti pulsum alterari notabiliter,
& cautus de nouo fecit ipsam de nouo venire ad eius præ-
sentiam pro certa causa, & tunc iterum percepit pulsum
summe alterari, & sic cognouit unde erat egritudo. & ideò
curiosi medici de hoc dubitantes primo tenent digitos su-
per pulsum, deinde sic tenendo nominant illas quas ex re-
latu, vel illam quam scit amare & in earum nomine statim
comprehendit pulsum alterari. Item sient cum audiūt can-
tilenas amoris, & cum rememorat eus tripudium ali-
quod. Item sunt coloris citrini, unde Ouid. palleat omnis
amans, color est hic aptus amanti.

PROGNOSTICA. nisi cito curentur melācholici sūt,
& in maniam cadunt aut moriuntur, & ideo stude.

CURA. si fuerit humoris vitio seruētur canones de me-
lancholia positi primo, secundo seruētur hi qui statim di-
centur de cura eius ex animæ accidentibus. primus est ser-
mo viri prudentis quem in reuerentia habet, secundus est
annuntiatio magni gaudij, aut magnæ tristitiæ, tertius est
occupatio in multis ac variis negociis, quartus elongatio
à patria, quintus inductio ad amorem aliarum, sextus per-
ambulatio per loca amena, & delectabilia, septimus aspe-
ctus turpium uetularum, octauus narratio turpiū de ama-
sia, nonus presentatio superfluum amicæ, decimus si cē-
tera non valent copulatio cum amica facta ex lege, unde-
cimus si omnia ista non proderunt virgulatio eius & redu-
ctio ad canones secundum ordinem, duodecimus si om-

nia non profunt eius dimissio in pace.

PRIMVS completur cum verbis ab eo viro prudenti
expressis ostendendo mundi pericula, iudiciū Dei, gaudia
paradis, poenas inferni, dulcibus uerbis admonens.

Secundus perficitur annuntiando ipsum esse factū mili-
tem, aut domini pincernam, aut aliquod tale, & si uideatur
q̄ inde delectetur prosequi in ratiocinando quasi cōtinue
de illo officio vt obliuiscatur, immo dari fateatur officium
aliās dignitatem si possibile est, honores enim mores mu-
tare conlueuerunt, aut aperiēdo mortem patris aut amici,
aut q̄ dominus vult eum facere interfici, & mittere satellit-
es quos uideat, in absconso tamen & ipsum ostendere, &
cū eo sit socius qui loquatur cōtinue sermocinando de tol-
lenda inimicitia eius cum domino, disputet de causa.

Tertius completur tenendo ipsum occupatum in uariis
ac diuersis laboriosis negociis, & necessarijs, ita q̄ ex toto
auferatur ocium. vnde Ouid. oia si tollas periere cupidi-
nis arcus, da vacuæ menti quo teneatur opus.

QUARTVS completur per varias & longinquas regiones
ducendo in quibus varia & diuersa uideat à quibus distra-
hatur. vnde Ouid. uade per urbana splendida castra troicę, py-
ridas inuenies & rerum mille colores.

Quintus. vnde Ouid. hortor & vt pariter binas habe-
tis amicas, fortius & plures siquis habere potest.

Sextus &c. per loca, prata, fontes, montes delectabiles,
& huiusmodi, venando, ludendo &c. audire cantus, sonos
delectabiles &c. Nota tamen q̄ Auic. dicit q̄ aliquando
ista, scilicet sonus, cantus &c. non distrahant, sed reducūt
ad memoriā magis, & augmentatur ilisci, unde oportet q̄
homo super hoc sit prudens in hoc comprehendendo.

Septimus, appresentetur vetula nuda, cum barba longa
ceruicibus barbata.

Octauus patet vt q̄ sit meretrix ebriosa, quod & appa-
ret de ea multa enormia dici.

Nonus completur cum apprehensione sibi facta à vetula
cum panno tincto menstruis dicendo hæc est &c.

DECIMVS completur cum coniunctione eorū. & tu me-
dice non consulas id fieri nisi fiat secundū modum permis-
sionis fidei, & legis, ut dicit Auic. & ipse non fuit christia-
nus, quanto magis tu christiane, & dicit Auicen. multos
fuisse sic curatos quos uidit, non enim sunt facienda mala
vt eueniant bona, & plures hac via curati sunt. vtrum coi-
tus conferat dicitur in dubijs. dixit tamen Ras. in diuisioni-
bus, curatio eius est assiduatio coitus, & ieiunij, & am-
bulatio, & ebrietas plurima assidue, & in Viatico autori-
tate Ruffi. coitus inquit valere videtur quibus cholera ni-
gra, & mania dominantur.

Vndecimus completur cum uirgulationibus moderatis
tamen, donec incipiat timere, immo si noluerit medicami-
na assumere & ipsa fuerint necessaria tu cum timore, & vir-
gulatione fac tibi obedire, deinde redeas ad canones dic-
tos eo ordine ut supra. habeo tamen alium modum quem
ob reuerentiā legis Christi scribere destiti, & consimiliter
dicendum est in eo qui cupit repatriare, & si restitui potest
ad patriā fiat, si non seruentur canones dicti supra propor-
tionabiliter, & iuuabit legere Ouid. de remedio amoris.

De amentia, & stoliditate. Rub. 15.

H **D** **E** amentia, & stoliditate & corruptione imaginatio-
nis. conueniunt enim hæc duo prima & adinuicem diffe-
runt. conueniunt enim loco & læsione eiusdē virtutis quia
vtraque est læsio cogitatiuæ loco, quia ut supra in medio
ventriculo est talis læsio, differunt quoniam stoliditas est
læsio diminuta cogitatiuæ uirtutis. Amentia vero est abla-
tio eiusdē, dicuntur tamen à quibusdam fatuitas, & in-
fantilis & à multis aliter, sunt enim stolidi infantibus simi-
les in quibus non est operatio cogitatiua nisi quæ est à na-
tura, vt claudere oculos cum abstergitur ab eis lippitudo,
& extendere manus vel brachia ne cadant & ut sustenten-
tur. hæc enim est naturalis extimatio ut Auic. sexto de na-
turalibus, quarta particula, & vt dictum est à multis aliter
nominatur, sed à medico non est de nominibus disceptan-
dum, prima primi, doctrina sexta, quinto cap.

CAUSA dispositionum est frigiditas pura aut frigidi-
tas cum siccitate, aut frigiditas cum aliquo humore phleg-
matico

matico in vacuitatibus vasorum cerebri. Ego quoque uidi Henricum hospitem ex casu fieri immediate stolidum: arbutus sui humorem phlegmaticum ad locum medium cerebri ex motu siue percussione peruenisse qui &c. Describatur ergo sic. Stoliditas est læsio diminuta cogitativæ virtutis à mala complexione frigida tantum, aut frigida cum siccitate, aut frig. cum humida phlegmatica causata.

Amentia uerò est læsio ablata &c. & hic maximè intelligi habent de his factis; ut sunt sine feb. nam de his ut feb. consequuntur, ut sunt earum accidentia, est aliter agendum. Vtrum autem possint à caliditate fieri, dicitur in dubijs. complexio uerò mediæ partis cerebri ad caliditatem declinat, ut supra in principio capiti.

SIGNA habeantur per ea, quæ de mala complexione cerebri supra.

CURA habet canones; primus ordinatio diætæ, ex parte aeris debet esse in loco luminoso, subtili cibus, & declinet ad caliditatem, & sic. & sit studium in subducendo sanguinem, & contemperando ipsum. scias enim, quod nihil est magis inimicum sensui, quam repletio ex cibis. ite vigilet; nã uigilia iuuat ad mundandum sanguinem, & somnus nocet. ista tamen debet moderatè fieri secundum tenorem virtutis, & cæterorum.

Secundus est calefactio cum humectatione; si est à sola qualitate, quæ moderari debent secundum qualitatem morbum causantem; ut si fortes cum fortioribus. quæ autem sint ista calida, & hum. habetur supra pluries de soda phlegmatica ca. de cholera hu. item de soda ex melancholia. & tu ibi.

Tertius est digestio materiæ; si est cum materia.

Quartus est euacuatio materiæ; si est cum materia; nam euacuatio phlegma à capite dicta sunt sæpe, & similiter digerentia. item conuenit vomitus; si in stomacho est materia fouens infra de subeth, & scotomia.

Quintus est confortatio cerebri cum his, quæ malam complexionem remouent cum dictis supra de epithematibus, embrochis.

Sextus confortatio cordis cum diamusco dulci, & cæteris, supra de soda melancholica, & de melancholia dando de sero, & de mane de his in dosi conueniente. scito, quod ablutio pedum cum meliloto, & camomilla, & huiusmodi est maximè conferens in omni specie melancholiæ; ut supra de melancholia.

Contingit & imaginatiuam lædi, & quemadmodum & cogitatiuam; ablatè scilicet, diminutè, & corruptè. corruptio fit à mala cõplexione calida secundum plurimum; quia supposita est vaporibus, qui eleuatur ab inferioribus, qui ut plurimum sunt calidi. mala itaque cõplexio calida cum materia, ut cholera ipsa, & absque materia potest esse factiua corruptionis imaginatiuæ, qua corruptione lædebat Theophilus medicus, de quo Gal. 3. de accidenti. 3. cap. qui imaginabatur in angulo domus esse tubicinatores, qui non erant.

Diminutio autem fit ab humiditate, & frigiditate, quæ, si augmentetur; causant ablationem. & talis mala complexio materialis signis suis comprehenditur; uerbi gratia, si humida; adest somnus, humiditas oculorum, narium, linguæ, ætas, complexio, tempus anni respectu, & huiusmodi. Si sicca; adest uigilia, siccitas narium, linguæ, oculorum &c. ætas, tempus anni, complexio &c.

Cura est secundum, quod de his dictum est, & supra de mala complexione frig. & hu. & cali. & sic. cerebri. sit tamen canon, quod uentosa, frictions, & huiusmodi debent in parte capitis anteriori applicari; serua itaque canones de his.

De permixtione sensus, & alienatione. Rub. 16.

De permixtione sensus, siue rationis, & de alienatione. unde sensus permixtio, siue rationis alienatio est corruptio uirtutis cogitativæ.

CAUSA cuius est mala complexio calida, & secundum plurimum materialis. dicitur secundum plurimum; quia communiter fit aut à materia melancholica adusta, in qua scilicet vincit caliditas accidentaliter per adustionem in ea factam, aut à phlegmate putrefacto, & ex putrefactione facta acuto, aut à materia sanguinea, aut cholera citrina, aut cholera ru. aut à uapore calido; hæc autem spiritum animale consumunt, & exiccant; unde non potest esse re-

Acti iudicij instrumentum, ipsumque agitant, & mouent; & ideo tales sunt quasi continue in variis sermonibus, & corruptis, ut patet. sit autem quandoque per essentiam, quandoque per communitatem; ut à stomacho, ore eius, matrice, myrach: aut uapore eleuato ab apostemate, aut à manu, aut à digitis, aut à pede, aut à toto; ut in febribus, & huiusmodi.

SIGNA. nam, quæ est ex melancholia, est cum tristitia & extimatione mala, & aliis signis melancholiæ superius positis.

Si ex cholera; est cum lupinositate, & audacia.

Et, si ex sanguine; cum lætitia, risu.

Si ex cholera citrina; cum inflammatione caliditatis, & rixa ex malitia moræ, agitatione uehementi, imaginatione ignis, & scintillarum, & citrinitate coloris, extensione cutis frontis, profundatione oculorum inflammatione capitis.

Quod, si fuerit ex rubea; eadem signa apparet magis intensa, & peruersa, & huiusmodi, grauis est permixtio, quæ fit in febre, & ut plurimum fit in pestilentialibus. in facta uerò à caliditate, & siccitate puris non adest grauitas, neque apparent signa materierum.

BIn ea, quæ ex phlegmate putrefacto facta acuto adest seueritas, eleuant supercilia suis manibus quasi omni hora, & habent caput graue, & patiuntur subeth, & plerumque æstimant se esse bestias.

Quod, si fuerit per communitatem ex uapore ascendente, &c. cognoscitur ex dispositione membri dolorosi, aut ex parte totius, ut in feb. item habent quandoque aliquod lucidum interuallum.

PROGNOSTICA. quæ est cum risu, & quiete saluior ea, quæ est cum rixa, audacia, & agitatione, iuxta illud Senis. Desipientia cum risu. ut in apho. in fine ca. ista rubrica cum alijs præcedentibus habet dependentiam necessariam à rubrica de melancholia; & ideo ab ea non desistas, & pro complemento ad eam semper recurras.

CURA in facta per essentiam, & à materia sequuntur scilicet ordinatio diætæ, digestio materiæ, si conuenit expectatio, repentina euacuatio si expectare non conuenit, capitis confortatio, materiæ derelictæ resolutio, accidentium correctio.

PRIMVS completur ordinando diætam proportionalem humori peccanti ad bonum intellectum, ut supra dictum fuit. quod, si fuerit ex cholera &c. uide de soda cholera, & consimiliter de alijs suo modo.

Secundus perficitur digestiuis appropriatis materiæ peccanti, de quibus supra quarto tractatu.

Tertius consimiliter compleatur, quod, si ibi fuerit sanguis; fiat phlebotomia incipiendo ab ea, & ab omni alia re sanguinem temperante, & rectificante, & infrigidante; ut supra de soda sanguinea.

Quartus adimpletur applicando in principio frigida re percussiuæ; ut lac, oleum violatum, rosaceum ut supra de soda cholera &c. quod, si ex applicatione horum infrigidantium crescunt uigiliæ; signum erit, quod materia terminabitur; tunc relinquenda sunt, & studendum est euacuationi cum clysteribus leuibus, de quibus supra sæpe, & specialiter de calida; & ideo in applicatione ipsorum debet esse cautela. in facta autem à mala complexione tantum sufficienter alterantia, ut patet. in facta per communitatem seruentur canones; ordinatio diætæ, ut supra, euacuatio, & digestio, ut supra, repercussio, ut supra, diuersio, ut supra de soda cholera.

Quintus canon completur ex prioribus occurrendo uigiliis, quæ consueuerunt in hoc casu accidere. cum quibus autem, dictum est de soda cholera, & rubrica de uigilia superflua. & in hoc, ut dictum est paulò antè, oportet uti eis cum cautela, ut fiat inanitio materiæ in loco, & augmentum in uigiliis; nam oportet quandoque ista multum frequentare, & fortificare. de administratione uerò eorum fortium, & narcoticorum positi sunt canones allegatis locis. & emplastra, & alia administrentur post abrasionem capillorum, & super sinciput. postremò aduertendum, quod, si omnia ista non conferunt; tunc oportet deuenire ad ultimum, quod est uerberatio; debent enim uirgulari, & alapis cardis; ut ratio ad se redeat, ut patet in fine de cutubuth. & tu ibi recurras

Practica S. M propter

propter canones. & consimiliter dicendum de cauterio; quia etiam, cum omnia non conferunt; cauterizentur in capite secundum crucem, aut in medio capitis sicut Placētini. laudat multum in hoc casu, ut radice uitis alba, & in potu & in cibo utatur. recitat Gentilis habuisse à quodam medico, quod mulier quaedam ex diuturna permixtione rationis afflictā cum plurimā additā sunt medicinā alia ex solo usu radicis uitis alba conualuit.

De uertigine & scotomia. Rub. 17.

μὲν γὰρ
μα γὰρ
cis, uerti-
go latinis
uocatur
unde bar-
bari, hoc
malū cor-
rupta uo-
ce scoto-
miā appel-
lātes, sum
mopere a-
berant, cū
hæc duo
uocabula
inter se di-
stare falso
autumēt.

DE uertigine, & scotomia. Auic. facit tantum mentionem de uertigine sub ea comprehendens scotomiam; tamē inter ipsas est differentia, quæ patet ex earum descriptionibus. uertigo est actio corrupta uirtutis imaginatiuæ, & habens eam imaginatur res extra omnes in gyrum uerti. cuius causa secundum plurimum est uapor subtilis motus in meatibus spiritus uisibilis; nam talis uapor suo motu spiritum uisibilem mouet, & cum tali motu uirtus imaginatiua mouetur; unde ipsa iudicat uisibilia moueri. & dicitur à uertōtis, & gyro ras, uel quasi uertitur ægritudo. Scotomia est actio corrupta uirtutis imaginatiuæ, & habens eam imaginatur extrā uidere muscas, uel corpora parua opaca. cuius causa secundum plurimum est humor grossus opacus in meatibus spiritus uisibilis, quietus existens; nam sua grossitie, & tenebrositate imprimit in humorem crystallinum species suas, quæ delatæ ad sensum communem faciunt imaginatiuam corruptè iudicare. & dicitur scotomia à scotos, quod est uisio, & imos musca. an uisio fiat in crystallina, aut in cruciatione neruorum opticorum speculanti relinquatur. unde uisio muscarum ista &c. hinc inde experfa sunt, ut practico sufficient; tamen in se multas physicas rationes, quas in presenti omitto, nec in dubiis dicam; quia sunt theoricalia magis. & dictum est secundum plurimum; quia etiā ab alio potest contingere, ut à motu ipsius spiritus factō; propterea quod homo se in gyrum conuertit; ut faciūt pueri. aut quia ex percussione, aut casu spiritus uisibilis mouetur, quemadmodum contingit ex motu factō in aqua aquā inundare. consimiliter à qualitate manifesta communicata cerebro à stomacho famescente; unde spiritus inordinate mouetur; aut quia aspicit res in gyrum motas; ut sunt rotæ molendini, aut etiam currentes, ut est aqua; aut quia ab alto ad profunda respicit; unde ex timore inducto spiritus uisibilis mouetur inordinate. fit ex aliis etiam causis, ut statim de causa coniuncta.

CAUSAE, & in summa causā earum sunt primitiuæ antecedentes, & coniunctæ. exemplum primi, ut aer uentofus, turbidus, spissus, capitis percussio, siue dolor, aspectus rerum, quæ in gyrum mouentur, ut dictum est, cibi uaporosi, ut allium, cœpæ & huiusmodi. potus uaporosus; ut est uini potentis, somnus superfluous, dimissio exercitii, repletio nimia, tolerantia etiam famis qua cerebrum compatitur, sicut accidit his, qui difficulter tollant ieiunium. item coitus nimius, animæ accidentia; ut ira, furor, & huiusmodi, quæ spiritum in motu ponunt. antecedens autem est imaginatio, aut mala complexio cerebri diuersa ponens spiritum in motu etiam sine materia; aut mala complexio humoralis sanguinea, cholericā, phlegmaticā, aut melancholicā, aut uentofitas. coniuncta est illa, quæ immediatè spiritum mouet, siue sit uapor, siue sit mala complexio. fit & scotomia, & uertigo ex uapore corrupta, & malo cerebro communicato à stomacho, matrice, quam etiam in mulieribus præcipuè tibi suspectam facias, & ab aliis membris inferioribus læsis; item & à toto, ut in febribus.

SIGNA, uertigo parua, non cadit patiens, & non est magna; sed stat, oculi obtenebrantur, & quod ante oculos est, uidetur circulariter moueri, fit absq; spasmo. & per hoc differt ab epilepsia; quoniam ipsa multum durat, cadit, & sic de aliis per contrarium; fortis tamen uertigo assimilatur epilepsia.

Signa ceticæ, & eius, quæ fit à percussione, casu, & intuitu rerum circulariter motarum, & huiusmodi nota sunt.

Signa eius, quæ est ex uaporibus, quia non est assidua, non excitatur cum repletionem, neque sedatur cum uacuitate, & accidit quandoque cum ea dolor capitis, sonitus, & tinnitus, & grauitas, & uisus tenebrositas, & debilitas in

gustu & odoratu.

Signa, quod fit à frigiditate, grauitas, multitudo somni, nausea, punctio, sputum, & conturbatio sensuum, albedo coloris, pluiarum rumor.

Quod, si fit à cholera; parua grauitas, uigilia, inflammatio, imaginatio citrinarum rerum, nausea, punctio, & huiusmodi. ex signis cholera supra in principio operis, & tu sæpe ibi.

Quod, si ex sanguine; inflatio uenarum faciei, oculi, & capiti. rubea calida, grauitas capitis, somnus, lassitudo, & pulsatio temporum, & uenarum, quæ sunt post aures.

Quod, si fuerit ex melancholia; grauitas multa, uigilia, imaginationes corruptæ, capilli nigri, & similia signa de melancholia supra in principio operis.

Signa, si fuerit à communitate; ut à stomacho signa mala digestio, & appetitus, tremor cordis, & quandoque augetur, & quandoque sedatur sicut repletionem, & uacuitatem, & præcessit nauseatiua fatietas, dolor, inflatio stomachi &c. ex nocuentis eius, & declinatur nocuentum ad partem anteriorem capitis, & mediam ipsius.

Quod, si fuerit ex matrice; quia præcessit menstruorum retentio, & spermatis; item & quia est apostema in ea.

Quod, si fuerit à uesica; signa quia præcesserunt nocuentia in ea.

Quod, si ex principio membrorum omnium, aut ex origine nutrimenti, quod est hepar, aut ex origine spiritus, quod est cor; erit eius transitus per uenas, & arterias ortas ab eis, aut ab illis, quæ sunt in collo. cuius signum, quia erit cum pulsatione uehementi, & tensione; ut chordæ, uenarū, quæ sunt in collo, & ut non inueniat dolorem, de quo fit curandum in collo, & membris eius, neque in reliquis uenis. & cum uides arterias extrinsecas extensas apud collum, & alleuiatur cum manu pulsus prohibens, aut ligamentis laceratorum: aut plumbo, aut linis super ipsum styptica prædicta; tunc scis, quod cursus est in eo: quod si non; tunc cursus est in aliis, & similiter experire in aliis. quod, si non inuenis; tunc est in illis profundus.

Illius uerò, quæ à malitia complexionis diuersæ, signa; quia sentitur in cerebro leuitas cum priuatione signorum dictorum, & sentitur iuuamentum subitò ex applicatione calidorum, aut frigidorum, ut res exigit.

PROGNOSTICA cum uertigo, & scotomia prolongatur, signum, quod est ex causa frigida. uertigo quidem frequens, & propriè in decrepitis annuntiat apoplexiam. similiter uertigo eueniens successione stuporis communitatis membri. & soda accidens in uertigine quandoque soluit ipsam Auic. & uertigo, & scoto. quandoque sunt secundum semitam crisis, istæ autem dispositiones preuixæ sunt ad epilepsiam. & cum apparent, siue in senes, siue in iuuenes, est diligenter aduertendum, ut cito curetur.

CVRA in facta pp causas iam dictas; quia ex reuolutione, aspectu rerum ab alto &c. ordinatio diætæ, introductio somni quietis, assumptio acetosorum stipticorum, & bucellarum infusarum in eis: euacuatio, si uidetur expedire cum his, quæ uidebuntur magis expedientia, de quibus ad plenum supra tract. 4. de diætā dicitur statim.

Propter id autem, quod dictum est de casu, & percussione, recurre supra de dolore capitis ex his.

IN facta propter uaporem in capite existentem canones, ordinatio diætæ, secundus confortatio capitis.

Primus completur abstinendo ab omnibus uaporosis; ut allium, cœpæ, uinum potens, legumina, & huiusmodi; ut sunt oua omnia, à nucibus, à rebus, quæ cum nucibus condiuntur.

Secundus perficitur cum rebus resoluentibus uaporem aut cum remouentibus, embrochis, epithematibus, odoribus, unguentis, & huiusmodi, de quibus de soda calida, & frig. hoc quoque casu multum in ultimo laudo cauterium super bregma, & etiam super cornua capitis posteriora.

IN facta propter materiam canones obseruentur hi: ordinatio diætæ, digestio materiæ, euacuatio, prohibitio eleuationis materiæ à membro mandante, si quod est mandans, diuersio, confortatio capitis.

Primus completur, ut dictum est, abstinendo à causis indecentibus,

ducentibus; & usu rerum euaporantium; & abstinere ab his, quæ cerebrum lædunt, & his uti, quæ causæ opponuntur, quæ omnia nota sunt ex dictis hic & supra secundo tractatu, & quarto.

Secundus completur digerendo cum conuenientibus supra tractatu quarto.

Tertius completur; si ibi est repletio in toto; quia timeatur humorum corruptio cum phlebotomia ex nigra. quod, si materia peccans erit sanguinea, & non fuerit in toto repletio sanguinis; fiat ex cephalica. & si plus oportet; fiat ex uena quieta post aurem. item applicatio uentosarum super spatulas, applicatio sanguifugarum ad nares, prouocatio hæmorrhoidarum in uiro, menstruorum in mulieribus. si uero ex alio fuerit humore, & commixto sanguini; fiat phlebotomia, ut dictum est. quod, si non fuerit commixtus, & fuerit cholera; euacuetur cum euacuantibus cholera illi appropriatis tract. iij. clysteriis, & huiusmodi appropriatis, gargarismatibus, caputpurgis, odoracionibus, & huiusmodi, de quibus de soda. & consimiliter, si fuerit ex melancholia, aut ex phlegmate, & quæ à phlegmate cõiter euenit; idè ponitur hic speciale euacuatium. R. hierepig. 3. x. agarici epitimi. ana. 3. iij. myrabolanorum indorum, chebulorum, emblicorum, belliricorum, stœcados. ana. 3. ii. salis indi. 3. ii. conficiantur cum oxymelle; dosis est à 3. i. s. usque ad. iij. cū aqua calida. item in euacuatione confert uomitus, & maxime, cum materiam in stomacho percipimus, & maxime, si his faciliter fieri potest; quia aliter credo, quod nocet.

Vomitium bonum, & forte. R. raphani radicem & in ea figantur aliqua frusta ellebori nigri, & permittantur stare per noctem, deinde extrahantur, & decoquatur radix, de aqua illa collata accipiantur. ʒ. vi. aceti. ʒ. ii. croci. ʒ. i. misce & de hoc composito dentur circa duo uel tria coclearia sic tepida, & fiat tale uomitium per duas horas post cibum.

Quartus perficitur corrigendo membrum mandans, & licet matrix, stomachus, splen, chylstis, uesica, hepar, cor, & nutrimentum aliàs nocuum in collo existens sint membra cõsuetu uertiginem inducere; est tamè stomachus plus suspectus habendus. unde oportet accedere ad euacuandum materiam, & confortandum illud membrum mandans, ut de ipso infra dicetur suo cap.

Diuerfiones fiant; ut de soda per communitatem, & lethargia, & in aliis locis sæpe. Confortatio fit primò cum reprimentibus uapores illos cū epithematibus, embrochis, unctiõibus odoriferis, &c. de quibus ad plenum de soda, & tu ibi recurre secundum exigentiam materiam.

CURA facta propter debilitatem, & propter abstinentiam longam, & superfluam à cibo. confortetur uirtus in principio cum stypticis acetosis, ut supra, deinde cum cibis boni nutrimenti, de quibus. iij. tract. in hora paroxysmi manus, & pedes fricentur fortiter, faciesque aqua, uel uino aspergatur. item fricentur pedes sale, & aceto. & odorifera frigida, aut calida naribus apponantur, ut exigit dispositio, quæ securius in uiris applicantur.

De alue, & palpitatione. Rub. 18.

ALVE, siue palpitatio est uertigo minor, in qua sunt palpitationes oculorum, manuum, & inuolutiones in lecto halices, oscitationes, tensiones uenarum, rubificatio faciei, & uenarum, & oculi. cuius causa est eleuatio uaporum à repletionem causatorum, & minor; quia in uertigine magna homo non se sustinet; sed ad terram cadit, uel declinat, in hac autè non cadit. & quod sit species uertiginis, quod hic uoluit Aui. audi Rasis primo continentis secundo capi. ubi loquens de uertigine, & scotomia ait. Dico, quod hic morbus euenit cum dispositione defectiõis; idest, lassitudinis in corpore, & præcipuè in superiori parte eius, & tenduntur uenæ, & oculi apparent rubei, & multiplicantur in eo halices, & oscitationes. & iuuat in hoc morbo, secundum quod fui expertus irrorare aquam frigidam super caput, & dare in potu aquam niuis, & prouocare somnum. & dixerunt quidam, quod acorus est ualdè bonus, & infra. & iuuat coriandrum cum zuccharo, & constringere manibus &c. nam ibi inuenitur tota sententia Auicen. in hoc capitu. hoc addidi propter incredulos.

CURA. ordinatio dietæ, euacuatio materiam, diuersio, confortatio capitis, ubi à sanguine fiat. isti canones quantum ad eorum complementum patent ex complemento canonum de soda sanguinea. si ex cholera quatuor proportionaliter feruentur, ut patet de soda cholericæ, & addatur quintus; si est necessarius digestio materiam. quod proportionaliter de phlegmatica, & melancholica dicendum. acoro inest proprietas remouendi alue; si masticatur, aut in puluere detur; & si adhuc fuerit ex causa calida magis, aut frigida. item assumptio coriandrorum cum zuccharo &c. frigida acetosa, de quibus de soda per communitatem. item facta purgatione si ex phlegmatica fuerit materia; conferunt balnea, & summè naturalia, & artificialia, de quibus infra de paralyfi.

De incubone.

Rub. 19.

INCUBVS est ægritudo, in qua homo sentit; cum somnum ingreditur, phantasma graue super se cadens, & comprimens ipsum, & angitur eius spiritus, & intersecatur uox ipsius, & motus, & fortassis præfocatur propter pororum oppilationes, & cum ab ipso separatur; excitat eum cito.

CAUSAE cuius secundum plurimum est uapor materiarum grossarum sanguinearum, & phlegmaticarum, aut melancholicarum eleuatus ad cerebrum citò, & est antecessor epilepsie, aut apoplexie, aut manie. & ut quidam dicunt, incubus est nomen dæmonis, cuius causa est frigiditas capiti occurrens subito, dum dormit, comprimens & oppilans, aut nimia repletio cibi, aut potus, ad quam sequitur somnus, uapor corruptus à uaporibus resolutis oppilans, & aggrauans cerebrum, & cor; & idè, quia primò deficiunt in extremis; uidetur patienti quod illud phantasma incipiat ascendere à pedibus, deinde paulatim occupat totum secū dum quod uapores plus aggrauant; & idè loquuntur mugiendo petentes auxilium, & sunt toti perterriti propter farinam aggrauantem; idest, fumum corruptum oppilantem, & obnubilantem spiritum, qui fumus aliquando est à sanguine aliquando à phlegmate, aliquando à cholera grossa, aliquando à melancholia.

Signa ex relatione infirmi, uel patientis nota sunt.

Signa prognostica, cui incubus frequenter euenit; nisi medietur, necessariò incurret aut epilepsiam, aut spasmus, aut paralyfim, aut mortem repentinam. quod, si contingit in uigilia; eo deterius. & si post excitationem sudabit sudore frigido, & sit cum tremore cordis; pessimum est.

CURA, ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, capitis confortatio.

Dietæ ordinanda secundum exigentiam humoris, & peccans humor, ut supra digeratur &c.

Euacuatio, si à sanguine; phlebotomia: si alius humor; euacuatio cum solutione. dixit tamen Auicen. cura eius est phlebotomia, & solutio uentris cum eo, quod totum humorem educit.

Confortetur caput; si est à frigore cum calefacientibus notis supra de soda phlegmatica. & scito, quod cõtinuatiõ assumptionis granorum peoniæ est de maximè appropriatis conferentibus, & præcipuè in causa frigida. non protelaui sermonem in hac parte, quæ à uulgo dicitur uetula de nocte incedens, & calcans, & arabicè albe tiles; cum hæc sit sæpe epilepsia parua, siue imperfecta; & idè cura epilepsie est eius cura, de qua hic infra statim. tamè, si à materia phlegmatica; detur mane, & sero electarium de gemmis. & similiter, si à melancholica, uel de aliis cordialibus, ut infra, & supra cap. de melancholia, post cuius assumptionem bibat aquam peoniæ. item laudatur, quod est optimum, acceptio bis in hebdomada de theriacæ; uerbi gratia theriacæ. ʒ. i. cum aqua peoniæ. laudatur cauterium, ut infra de epilepsia tales habeant prope se amicos, qui, cum eos senserint in paroxysmo; faciant eis frictions pedum, & manuum, capitis & multum fortiter aspergant faciem eorum cum aqua rosæ. fri. & si sentiunt in stomacho esse nocuum; prouocet uomitum immediatè, deinde accipiant post diabrâ, aut aliquod tale cordiale. credo, quod plurimè uitio repletionis stomachi contingit maximè à causa intrinseca; & idè uomitus est quasi semper prouocandus: nam extrinseca fit cõmuniter à frigore subito occurrente capiti.

Practica. S. M. De

epi-
tis græ-
cis incu-
bus, & in-
cubo lati-
nis dici-
tur quam
quæ à The-
misone a-
lio noie
πνιγας
ov à suf-
focâdo ni-
mirū nun-
cupatur.

Membra
uertiginē
inducetia.

De epilepsia.

Rub. 20.

ΕΠΙΛΗΨΙΑ -
 Vnde graecis, latinis dicitur pas-
 sio, vel morbus tu-
 comitia-
 lis, tum sa-
 cer vel ma-
 gnus, nam
 sacrum grae-
 ci pro ma-
 gno vsur-
 pant, tum
 herculeus
 tum Luna-
 ticus, tum
 infantilis,
 vel pueri-
 lis, tum et
 fonticus,
 barbaris
 aut cadu-
 cus, ac pe-
 ditos.
 Oves epi-
 lepsia sen-
 tire.

EPILEPSIA est aegritudo prohibens membra animata ab operationibus sensus, & motus in erectione non integre. cuius causa secundum plurimum est phlegma, siue grossa ventositas; aut vapor oppilationem faciens non completam in ventriculis cerebri, & maxime in anteriori. & dicitur non integre; quia omnino non prohibentur a sensu, & motu; ut apoplectici, immo cadentes in terram se mouent, & reuoluunt; ut vidi, & semieleuant se, & de isto in dubiis. dicitur secundum plurimum; quia a sanguine, vel vapore sanguineo fit; aliquando a melancholia, vel vapore eius, aliquando a cholera, vel uapore eius; & hoc raro, ut Auic. capit. eodem vnde Auic. auctoritate Hippo. dixit. Plurima oves patiuntur epilepsiam, cum anatomizantur in cerebro earum inuenitur humiditas mala foetida. & ideo dixit. Epilepsia plurimum accidit a phlegmate: vnde prius, & magis a phlegmate. secundum & minus a melancholia: tertio & rarius, & minus a sanguine. vltimo, & rarissime a cholera. & quidam dicunt illam, quae est ex phlegmate esse veram, quae vero ex alijs humoribus esse non veram. item potest fieri a mala quantitate simplici causa, aut mordicatiua, aut venenosa: nam cerebrum taliter sentiens nocumentum contrahitur; ut a se ipsum expellat, & in tali contractione fit oppilatio, ad quam sequitur prohibitio transitus spiritus sensibilis, & motui ad membra. secundum sequitur, & in ipsis membris contractio, & spasmus, & epilepsiam quasi semper antecedit spasmus, & quasi semper sensibilis. & dicitur quasi semper; quia aliquando fit, vel antecedit insensibilis, ut Auic. de causis epilepsiae. & dicitur non completum, ad differentiam apoplexiae, in qua fit oppilatio completa absolute, vel saltem respectu debita delationis spiritus; quia scilicet non in debita transmittitur quantitate, qua membra sine motui, aut sensui conuenientia instrumenta. & dicitur in ventriculis &c. quia, licet nocumentum prius appareat in sensu visus, & auditus, & in motibus lacertorum, faciei; quare prius in uentriculo anteriori sic nocumentum apparet. cum alijs etiam communicatur; quia, si non communicaretur eis; tunc non destrueretur intellectus, neque motus anhelitus laederetur. Auic. de epilepsia. & dicitur morbus caducus; quia habentes eam cadunt, & pedes inordinate mouent; propter quod dicitur etiam peditos. & in hoc apparet differentia inter ipsam, & vertiginem; quia vertiginosus stat; licet obtenebrentur oculi eius; fortis tamen vertigo similis est epilepsiae Auic. de vertigine. dicitur & mater puerorum, & est haec species mala, in qua paroxysmi frequentantur. vnde Auic. quando continentur paroxysmi epilepsiae; interficit. dicitur a quibusdam sternutatio. Auic. vero dixit. motus sternutationis est quasi motus epilepsiae leuis, & epilepsia est quasi sternutatio multa, & fortis. epilepsia itaque dicitur ab epi, quod est sursum, & laesis, quod est laesio. multis alijs nominibus nominatur; ut morbus sacer, morbus comitialis: de quibus prolixare sermonem non est vtile ad praesens.

CAUSA, & in summa causa primitiua sunt illae, quae dicuntur statim in canone vniuersalissimo.

Antecedens uero complexionalis est mala complexio totius, aut cerebri frigida, & humida, qua generatur ventositas grossa, vel malus humor.

Humoralis est ipse humor sanguineus, vel phlegmaticus, aut cholericus, aut melancholicus in stomacho, vel alibi multiplicatus.

Coniuncta est ipse uapor, vel ventositas grossa, aut mala complexio simplex oppilans. & uaticus dicit, quod epilepsia fit tribus ex causis, aut ex phlegmate, vel melancholia in prora capitis, vel ex ventositate grossa, aut ex alijs humoribus in alijs existentibus membris; ut stomacho, matrice, pede, crure, & huiusmodi.

SIGNA demonstratiua sunt spuma in ore, subitus casus, tortio oris, & faciei, & praecipue quando est fortis tremor ceruicis, & totius dentium constrictio, inuoluntaria emissio stercoris, & urinae, & spermatis aliquando; & hoc dico, quando est fortis. & nota, quod in forti, & si spuma abstergitur; iterum venit: in debili autem non. item non releuantur ex forti citius; sed bene ex debili, & in debili

E aliquando non cadunt. & quae est cum prolixitate agitationis, & longitudine releuationis, & difficultate spiritus, est praua. & secundum horum signorum intensiorem dicitur praua, minus praua, & media.

Et in facta vitio cerebri praecedat grauitas, & dolor, & tenebrositas visus, & sensuum aliorum exteriorum malitia, auditus. odoratus &c. item & uertigo, & grauitas linguae, citrinitas in facie, & quia patiens non sentit nocumentum in alijs membris neque eleuationem uaporum &c. & de his debet interrogari patiens cum releuatus est.

In ea, quae est a stomacho, fit tremor in ore stomachi, & mordicatio, & calus subitus, & nausea, & solutio stercoris, & exuberatio urinae, & aliquid, siue spermatis, ut emittitur in amplexu, & visu mulierum. & habet hoc difficultatem non paruum, de quo in dubiis, tremor cordis, soda fortis, leuitas epilepsiae, siue eius remotio; quia cum uomitu sanatur, & significat eam reliqua dispositiones ex parte stomachi; ut repletio, destructio appetitus, & sic de alijs. & quandoque interficit, & hoc propter frequentiam periodorum Auic. & ibi nota, quod de ipsa iam dictum est in de prognosticis, & fit cum spasmo.

Quod, si ex mirach; inflatio in mirach, rugitus facies dolore, eructuatio acida, & quandoque fit dolor inter utraque spatulas post cibum paucum, neque quiescit, nisi post digestionem; deinde redit post assumptionem cibi.

Si ex hepate; cognoscitur; quia sentitur nocumentum in parte dextra versus hypochondrium; quia dolor est aliquod tale, & paroxysmus praesentitur sicut in alijs. item urina, & pulsus adiuvant ad hoc.

Quod, si ex splene nocumentum; ex sinistro dolor, grauitas, inflatio, rugitus.

Si ex matrice; quia retentio menstruum, aut spermatis, aut effusio materierum effusarum ad matricem, quam praecedunt dolor in pectine, & inguinibus, & dorso, & grauitas in matrice.

Si ex renibus; polluunt se in paroxysmi a vesica; mingunt.

Si ex intestinis; egerunt, & in ipsis membris sentitur grauitas prius, & nocumentum.

G **Q**uod, si fuerit ex alijs membris; quia ex pede, digito, & huiusmodi signa nota sunt.

Item a vermibus signa, cursus saliuarum, & cursus uermium, & ascaridum, & reliqua signa uermium, de quibus. i. 6. capi.

Quod, si fuerit a uapore, & maxime a causa extrinseca, & morfu uespiu, scorpionum, & huiusmodi; signa nota sunt.

Quod, si fuerit ex causa extrinseca; sentitur vapor.

Quod, si fuerit ex ventositate non est grauitas, neque spasmus fortis, & subito fit; quia est velocis motus, & percipitur sonitus extensus.

Eius uero, quae est ex phlegmate; quia spuma est multa, grossa, viscosa, alba, paroxysmus prolixus cum agitatione multa, color declinat ad albedinem, regimen phlegmaticum praesensit, urina est remissa, & spissa cum quadam residentia ad modum uetri liquefacti. & attendenda sunt reliqua, aetas, complexio, ars, & huiusmodi. & si ex phlegmate salso fuerit; erunt accidentia remissa.

Signa ex sanguine, caliditas, & rubedo in oculis, plenitudo uenarum, facies ru. & quod praesensit regimen sanguineum, complexio, aetas, tempus ueris, & huiusmodi de signis sanguineis.

H **Q**uod, si ex cholera; paroxysmus est breuis, & leuis, & spuma tendit ad citrinitatem, & facies similiter. & quod patiens sit cholericus; praesensit regimen cholericum, & huiusmodi ex cholera fuit.

Quod, si spuma fuerit modica, & liuens, & faciens uergat ad liuorem, nigredinem, & paucae sint humiditates in oculis, & complexionem melancholicam, & praesensit regimen melancholicum, & huiusmodi: erit ex melancholia.

Quod, si post paroxysmum patiens rideat, & quod faciat sicut stolidus; tunc fuit melancholia ex adustione sanguinis. quod, si fuerit ex melancholia ex adustione cholerae; habebit accidentia maniae. dicit Const. auctorit. Gal. quod quae uenit crescente luna, signat materiam eius esse humidissimam; quae uero decrecente esse eam frigidissimam, sed parum humidam. quidam medici, ut astrologi distinguunt quatuor aetates lunae dicentes, quod prima quadra est cal. & humi-
 secunda

Vertigo
 fortis epi-
 lepsiae si-
 milis.

secunda ca. & sic. tertia fri. & sic. quarta fri. & hu. igitur quæ laborat de humiditate, affligit in prima, & ultima ætate; quæ de siccitate in secunda, & tertia.

Signa distinctiua inter ipsam, & apoplexiam habuisti supra; & distinctiua inter ipsam, & syncopim habebis infra secundo cap. & scito, quod aliqui sunt, qui recordantur de causa suo, & uerecundantur: & aliqui non.

P R O G N O S T I C A autem nuntiatiua epilepsie sunt, uerigo frequens, obliuio, malitia anhelitus, capitis grauedo, dolor eius, uaria incommoda, somnia, in quibus uidet aquas, locutio in somno, & clamor in eo, & longa narratio, pollutio nocturna, dolor capitis ex quacunque ira, citrinitas in lingua declinans ad albedinem, uiriditas uenarum lingue, tumor, constrictio pectoris, si mulieri pregnantæ uenit epilepsia; foetu euacuatio soluitur. si autem paroxysmus fuerit leuis, & breuis, & post paroxysmum recordatur, signum est, quod curari poterit. quod, si fuerit longus, grauis, & non recordatur, signum est difficilis euasionis, & fortè impossibilis. si in capite superuenit morphea alba; signum est curationis: si autem traxerit infans aliquid de epilepsia ab utero, & post euomerit & se purgauerit, & superfluitates multas expulerit aquosas; signum est liberationis; si non, non. quando aliquis est generatus tempore menstruorum, aut ex immundis spermatibus, uel parentes sunt epileptici; deinde genitus incurrat epilepsiam talis non uidetur curabilis; quia, postquam est ab utero, & ita ex malis causis tam mala complexio est composita; & ideò abstineant se uiri à coniunctione cum muliere menstruata. si in quarto septenario quis habeat epilepsiam ex causa priuata cerebri, & continuauerit per ætates præcedentes nunquam curabitur: nam ægritudo est habituata. si paroxysmi epilepsie frequenter uenerint, & potissimum in senes; periculum est mortis. & cū frequentantur paroxysmi in infantibus; raro euadunt, & dicitur tunc mater puerorum. si uis scire, si epilepticus est curatus, suffumiga ipsum cum carnibus caprarum; quod, si non cadit; curatus est: si cadit; non est curatus. item nota aphor. epilepticorum iuuenum infra in fine capit. & in sequentis quia nonum quintæ & c. & tu ibi.

menstrua
in coitu
uitandi.

Hæc ægritudo rarissimè curatur, nisi in pueris, & quando ex malo peruenit regimine; & ideò caue à liberationibus promissis; multi enim qui sic promiserunt, delusi permanserunt. nam Gordonius dicit se non potuisse attingere ad sanitatem alicuius; cum tamen ipse fuerit diligentissimus, & patientes obedientissimi, nisi in altero duorum casuum: & ideò & c.

C Y R A. In cura igitur huiusmodi horridæ passionis sic procedam; quia primò ponam canones obseruandos in ætate tenera, in qua consuevit hæc passio plurimū accidere.

Secundò ponam canones in aliis ætatibus tenendos. primum ponendo curam de eo, ut est talis per essentiam: secundò, ut est talis per communitatem.

Quantum ad primum ponitur primus canon uniuersalis simus ambabus ætatibus, & est custodire se à causis eam mouentibus, aut facientibus, quæ sunt statio nimia sub sole, & specialiter omnis nimia capitis supercalefactio sub radiis lunæ. & omne excessiuè infrigidans, multitudo pluiarum flatus uenti meridionalis, & septentrionalis simul. odorum etiam bonorum multiplicatio, & odor malus; ut pellium caprarum, atque unguarum combustarum. intuitus rerum ab alto, & circulariter motarum, assumptio rerum generantium sanguinem uaporosum, & foeculentum, & tenebrosum ut uinum foeculentum, & antiquum, & nouum, quod non est clarificatum, & potus eius puri; & hic sermo speculatione habet. lentes, apium, fabæ, coepæ, lac dulcia, pinguis multum, & omne grossum inflatiuum, omne calidum, acutum, frigidum, & stypticum. item comestio hepatis hirci, & olfactio eius. item galbanum, cuius contrarium ponit Auicenna. secundo cano. proprio capi. ubi dicit, quod, quando epilepticus ipsum odorat; remittit. dicitur quod in declinatione confert, in aliis temporibus nocet. est solutio aggregatoris; sed tu considera. item odor carui uisti, & huiusmodi calida; quoniam dissoluunt humiditates, & eas fluere faciunt in originibus neruorum, & sic oppilant. repletio nauseatiua, nausea, indigestiones, exercitium super repletionem, & dimissio

A eius, longitudo moræ in balneo, balneum ante digestionem; effusio aquæ calidæ super caput, coitus plurimus, & maxime cibo existente in stomacho, accidentia animi fortia, & tristitia, timor, ira, & auditus magnorum sonorum; ut uocum, tonitruum.

C Y R A particularis exigit canones particulares, & sunt primus ordinatio dietæ; nam, si in regimine ipsorum fit reëctitudo, remouetur: & si non; remanet. & oportet quidem, ut studium impendatur ab eis ante pubertatem Auicenna. proprio capitulo: secundus euacuatio materiæ: tertius diuersio: quartus capitis confortatio: quintus administratio rerum ad extrâ, quæ proprietatem famosam habent in hæc passione.

B Primus igitur canon perficitur; cum cibum non accipiunt ut rectificetur regimen nutritiuum; ut quia se & in his, quæ pueris pertinent, abstineant, quibus lædi potest puer: iam enim dictum est in canone uniuersalissimo. utatur itaque bonis, & laudabilibus nutrimentis temperatis; ut inde bonus generetur sanguis: uinum uitent, ut possibile est, & coitum omnino. & in salutariis apium, nuges, & auelianas, & synapi, hoc itaque lacte nutriatur puer, & in summa lactans sit pro posse optimæ complexionis, & bonorum morum, & bene nutrita abstinens ab his, quæ dicta sunt.

Secundus perficitur cum administratione clysteriorum, & suppositoriorum: nam existentibus unius anni, & minoris temporis imponi possunt, & imponi facio; ut, B. uiolarum, mercurialis, saluæ. ana. 3. ii. hierapi. sale & oleo communi. item aliquando impono radicem peoniæ.

Item fiant suppositoria ex melle ro. puluere hierapigræ cum puluere radice peoniæ, & continuentur hæc enemata, ut possibile est, & similiter suppositoria; nam quandoque ita plorant, & agitantur; ut ex hoc maius sequatur nocumentum.

Item dentur quandoque lactanti de hierapigra, aut pilulæ ut ex hoc fiat lac solutiuum, aut aliquod aliud solutiuum appropriatum, ut infra. item completur canon ex administratione rerum facientium quomodolibet materiam à capite exire; ut sunt sternutationes faciles maxime, quando antecessit euacuatio alia notabilis. item caputpurgia leuia; de quibus in de soda phlegmatica, & cholericæ. ualebunt & pedum lotiones cum flore chamæmillæ cum modico lauri in aqua factæ.

C Quartus completur cum sacculis, lotionibus capitis factis ex stœcade, ruta, radice peoniæ, ro. & huiusmodi, ut inde exoptulabit, de quibus infra ad plenum hoc simili canone, ex quibus fiunt cerotaria & c. ut infra. laudatur hoc loco permaximè odor rutæ, & linitio narium facta ex succo eius cum modico puluere peoniæ, & similiter linitio ex aniso facta. item succus rutæ cum modico assæ, item hyssopus, pollium montanum.

Quintum complebo. collaudatur etiam à magistris nostris, qui fuerunt christiani. si collo gestentur uersus hi scripti cum optima deuotione omnipotentis, & c. à morbo isto soluant.

Gaspar fert myrrham, thus Melchior, Balthasar aurum.

Hæc tria qui secum portauerit nomina regum,

Soluitur à morbo Christi pietate caduco.

D Etiam si dicantur in aure eius, qui cecidit cum Pater noster, & aue Maria, & deuotè statim resurgit. Fides tua te saluum fecit. item diuina sic ampliatis colens sic operetur. ieiunet patiens; si potest pater, & mater parentes eius, aut amici quotquot habere potuerit, & etiam isti pro patiente, si non est habilis tribus diebus; deinde audiant missam in ecclesia, etiam si sacerdos confessus sit bonæ fidei, & Dei amicus, & super patientem legat Euangelium, quod legitur post festum sanctæ Crucis, ubi dicitur: Spumans, & ardens, & hoc genus dæmonii non eicitur, nisi cum ieiunio, & oratione; deinde eo lecto, sacerdos eum fideliter, ac deuotè scribat, & patiens super se portet, & liberabitur Deo Iesu cooperante. item laudatur zona facta ex corio capitis, & caudæ lupi, item ex corio asini. item os capitis humani ex parte anterioris capitis puluerizatum, item collo suspendatur radix peoniæ, nam, quamdiu remanet, non reddit; immo compertum est eius ablacione

tione redire. Auic. secundo cano. de peonia. similiter co-
tert pyrethrum collo suspensum, similiter corallus appensus
collo, item dens lupi caninus suspensus, item smaragdus la-
pis, item oppopanacum, item confert cauterium, de quo
infra: gestent peoniam collo, & ex decoctione bibant radi-
cis eius addito modico mellis; sanati etenim sunt plures
pueri septem, aut octo annorum, & infra. Placētinus. item
detur puero quotidie cum lacte aliquid diamusci, aut pliri-
sarcoticon, & est singularis medicina maximè, quando ha-
bent frequentationem paroxysmorum. Rasi. multa talia po-
ni possunt, quæ etiam prouecta ætate conferunt. unde nunc
enumerabo illa simplicia, & composita, quæ omnibus epi-
lepticis indifferenter conferunt, ex quibus eligat operas,
quæ proposito suo congruentia erunt; sed tamen prius eos
enumerabo canones in cura necessarios, iuxta promissa in
principio tractatus.

C V R A quando est talis per essentiam sex can. obseruat;
primus ordinatio dietæ: secundus digestio materiæ: tertius
euacuatio eisdem: quartus diuersio: quintus confortatio ca-
pitis: sextus correctio accidentium.

P R I M V S perficitur ex parte aeris, & aliorum; ut decli-
nent ad contrarium causæ. ut supra de aere. tamen scito, quod
in hac passione multum confert mutatio eius; nam sæpe dif-
fuetus morbum permutat. Mes. de epilepsia. item reuersio
ad consuetum. idem. alia ex partes aeris notanda tacta sunt
de ætate tenera.

Cibus sit ex bono, & laudabili nutrimento, de quo supra
tertio tract. commensuratus qualitate, & quantitate, & or-
dine, & eligatur, qui ex proprietate confert, ut ruta, hyssop-
us, & de his statim.

Vinum lymphatum odoriferum &c. cum conditionibus
dictis; hydromel tamen est potus eis elegantior. Mes.

Somnus, & uigilia superflua nocent, somnus super facie
factus est malus, & similiter supra satietatem, supra nausæ.
coitus nocet ut plurimum, & dicitur ut plurimum, quia coi-
tus, qui est factus ab eis, qui ultimè abstinent; si moderatus
sit fortasse sanat. Mes. de moderatione coitus supra secundo
tract. in principio. item conuenit in his, quibus accidit epi-
lepsia ipsius; ut sunt religiosæ, uirgines, &c. aliis ue-
ro uehementer nocent.

De exercitio, & quiete cum accidentibus dictum est; de
bet etenim in his omnibus esse contemperies.

Antequam ad secundum descendam enumerabo multa,
quæ in hac ualent passione; ut sunt acetum scillitico, amy-
gdala amara, anisum, aromaticum mus. Mes. artemisia, pi-
lula ex ea facta, betonica, borago, berbena, blanca confe-
ctio Nic. coagulum leporis, columbi, cicera ru. confectio
de musco Mes. corallus, diacastorium Nico. ficus sicca, &
humida, filipendula in cibus sumpta, os hominis. maiorana
præsertim facta ex ea caputpurgio, peonia, pilula indæ in
cura soda melancholica, potio sancti Pauli, portulaca, pu-
legium, plirisarcoticon Nic. rosmarinus, ruta, saluia, sma-
ragdus lapis, sticados, nux muscata, uiola purpurea, & ma-
ximè in pueris, unguentum de bdellio, & de basilicon Mes.
ij. descriptione, hirundo exuiscerata sicca, uel assata.

S E C U N D V S perficitur cum syrupis dictis supra de so-
da; ut est de sticados, syrupus de hyssopo, oxymel scillitico,
sed hic nota, quod etiam laudatur acorus, origanum à Mes.
hoc capitulo. & syrupus de absinthio laudatur ab Auic. hoc
capitulo. & credo, quod ipse intelligat de solutio posito
quinto can. tract. vi. sed ibi plures ponit descriptiones, &
tu considera. eligantur nanque ex eis, quæ proposito sunt
conuenientes iuxta materiam peccantem addendo, quæ à
proprietate &c. ut sæpe supra.

In phlegmatica Mesue. Recipe hyssopi sicca. drach. iiii. pas-
sularum enucleatarum. ʒ. s. coquantur in lib. ii. aquæ pluuiæ
lis usque ad consumptionem medietatis. detur cum oxy-
melle scillitico omni mane usque ad. xv. dies. deinde reite-
ra interponendo euacuationes, & tempus; est enim mira-
bile maximè in phlegmatica. item Recipe ruta, saluia, ma-
iorana, hyssopi. ana. M. ʒ. radice ireos, acori, cyperi, scilla,
ameos, uisci quercini, polii, origani, calamenti, aristolo-
gie, ana. drach. ii. seminis anisi, marathri, siseleos, basilico-
nis, peonia. ana. drach. ii. liquiritiæ mundata, passularum

E nuclearum. ana. drach. i. florum anthos, sticados, radice
foeniculi, brusci. ana. ʒ. s. absinthij, succi fumiterræ. ana. ʒ. i.
s. cum melle & zucchero sufficientibus. fiat syrupus & ace-
tosetur cum aceto scillitico, & propinetur cum decoctio-
ne peonia, rutæ, nucis muscata. & si cupis caliditatem re-
primere; addas scariolæ, seminum communium, corian-
dri. ana. unc. s. ex his omnibus, ut patet fieri potest syru-
pus. similiter ex aliquibus eorum tantum, ut placebit ex
scriptis.

In primo canone habetur modus componendi de nouo,
& etiam syrupos magistrales compositos. sed de sticados
maximè commendatur hoc casu Mes. exemplum. Rec. syru-
pum de sticad. ʒ. i. s. acori, passularum enucleatarum, nucis
musca. cinnamomi &c. hæc decoquantur, & cum hac deco-
ctione detur syrupus.

In melancholica ualent syrupi dicti supra de soda melan-
cholica, addendo, quæ à proprietate ualent in epilepsia de
aliis. tamen ut copiosiores simus. Rec. radicum foeniculi,
graminis, aristolochiæ, hyssopi, rutæ, peonia, polii. ana. ʒ. i.
F succi boraginis, succi scabiosæ, succi fumiterræ. ana. ʒ. v. se-
minis peonia, seminis rutæ, uisci quercini, epithimi, folicu-
li senæ, polypo. florum sticados. ana. ʒ. iiii. mellis ros. libr. i.
zuc. ʒ. viii. fiat syrupus.

Item à causa calida rarè euenit, & maximè à cholera di-
gestiua: tamen in causa ca. de soda conueniunt addendo peo-
niam, rutam &c. quæ à proprietate conferunt, ut supra.

Alius syrupus. R. endiuia, scariolæ, lactucæ, coriandri, &
citrac. ana. ʒ. iiii. rutæ, peonia, hyssopi, polii, absinthii. ana. ʒ.
i. succi fumiterræ. ʒ. vi. seminum rutæ, peonia. siseleos, semi-
num quatuor frigidorum. ana. ʒ. i. mellis & zuchari quan-
tum sufficit. fiat syrupus. ista tamen omnia, ut dictum est de
soda, oportet moderari secundum proportionem mixtio-
nis materierum adiuicem, ut commiscendo frigida dige-
stiuia cum calidis plus, & minus.

T E R T I V S perficitur cum solutiuis dictis de soda pro-
portionaliter suæ materiæ addendo ea, quæ à proprietate
dirigunt illa solutiua ad caput, & ipsam respiciunt passio-
nem. unde Gentilis in phlegmatica post exhibitionem sui
syrupi dabat. ʒ. iiii. huius mixtionis. Recip. lapidis armeni,
lapidis lazuli præparati secundum artem. ana. ʒ. i. colloqin.
diagri. correcti, ellebori ni. an. ʒ. i. spicæ. ʒ. i. epithimi. ʒ. ii.
hieralogo. ʒ. s. misce cum modico aquæ mellis, & iterum
redeat ad syrupum. dabat pro confortatione electarium re-
gum. tamen est forte solutiuum, quo uti oportet cum discre-
tione. & pilulæ cochix, quarum descriptioni addatur peo-
nia, nux mus. & stœcados. item electaria solutiua de soda
phlegmatica. consimiliter dicatur in melancholica, & in
causa ca. non me multum extendo; quia res clarissima est. &
tu omnia illa considera. clystere in passione hac conferens.
R. stœcados, hyssopi, absinthii. ana. M. ʒ. pulpæ colloquin.
ʒ. ii. carthami. ʒ. iiii. cetauræ. M. i. olei liliorum alborum.
ʒ. i. s. fiat clyster. aliter. Recip. radicum ireos. aristol. ro. ana.
ʒ. s. centaureæ minoris, menthæ, absinthij, anethi, ameos,
carui, seminis basiliconis. ana. ʒ. s. seminis peonia. ʒ. i. rutæ,
hyssopi, polii, malua, blitis, mercurialis. ana. M. i. furfuris
pugillum unum, olei rutacei. ʒ. iiii. salis communis. ʒ. s. hie-
repi. ʒ. i. cum aqua &c. fiat clyster. notandum tamen, quod
ista sunt calida multum: unde oportet attendere multum,
H ne adfit feb. & ipsa possumus moderari cum feb. ut supra &
ex his pauciora accipere possumus, ut placebit. & pro aliis
clysteris recurre, ut supra de soda, & infra de paralyfi, &
etiam de apoplexia.

Canon aduertendus, quod tales epileptici sunt sexies in
anno purgandi, bis in uerè, bis in autumno, semel in ætate,
& semel in hyeme.

Et pro euacuatione aliorum humorum à phlegmate re-
curras supra de soda suo loco, ut te inuitat materia. fiant de
inde factis purgationibus sternutatoria, caputpurgia, ma-
sticatoria, gargarismata, pro quibus supra de soda suis lo-
cis, & cap. de apoplexia, ita tamen, ut superaddatur peonia
ruta, uel aliquod tale appropriatum. item notandum, quod
syrupum de stœcados possumus facere solutiuum, & simi-
liter ex pluribus rerum appropriatum addito aloë, aut
agarico cum modico scamoneæ possumus conficere ele-
ctaria

staria solutiua, pilulas, & huiusmodi, quæ relinquo industriæ operantis.

Restat nunc, ut de phlebotomia loquamur. canones seruandi sunt quatuor: primus, quod epilepticus non sit debilis cerebri; nam ex phlebotomia amplius debilitaretur: secundus non sit frigidus cerebri; quia ex ea magis infrigidatur. tertius, quod sanguis sit peccans, aut si sit alter humor, quod sit sanguini commixtus: quartus quod stante repletione uniuersali, etiam si materia fuerit frigida, fiat phlebotomia: hi etenim ex Aui. colliguntur de cura eius, cumque peruenis ad eam faciendam incipe à saphena, deinde procede ad cephalicam, deinde ad uenas, quæ sub lingua sunt. istum tamen canonem uelis moderari cum canonicibus positis supra de soda sanguinea, & benè ad eos aduerte, & intelligendo hanc debere fieri ante, uel post paroxysmum ipsis existentibus in bona dispositione. quidam etenim, ut passionarius dicit, phlebotomet in ipsa accessione, quod credo intelligendum attentis canonicibus positis hic, & præcipuè materia existente sanguinea.

Sed unum uehementer cõsidero, quod ex Alexandro legi uiro auctentico, qui plurimum fidei attribuendum est, qui inquit. De physicis ligaturis in epilepsia. Archigenes autem sic præcepit dicens. Post commotionem passionis constringi oportet omnes partes, & quemadmodum in periodicis horrorè, aut frigus patientibus totius corporis oleo mēbra perungētes infundimus manibus, recta facies, quæ se torserunt mēbra, & mediocriter malaxamus oculos eorū ad quietudinē adducētes, deinde eum phlebotomamus de brachio, aut super manum. cum ergo pausauerit, unguendus est rotus, & calefaciendus est pannis, caput nō multo oleo infundentes; faciunt enim hæc pro gariepeno, siue passionario. & tu considera.

Quod, si phlebotomia fieri non posset aliqua ex causis supra de soda signatis; fiant tūc uentofationes crurium, deinde super loco, ubi collum iungitur craneo, uel super spatulas uel prouocatio menstruorum, uel hæmorrhoidarum.

QUARTVS completur cum fricationibus factis fortibus, aut leuibus discretioni operantis incipiendo ab humeris, pectore, uentre, & sic descendendo ad coxas, tibias, & pedes: ultimò uerò in ipsis factis in capite. de diuersionibus aliis dictum est de soda sape. & tu ibi.

QUINTVS perficitur cum omnibus his, quæ caput confortant dictis de soda, & tu recurre ibi ad illa, ut materia exigat additis, quæ à proprietate ualent; ut peonia, ruta, pirethru, & huiusmodi. & cõsimiliter de frigidis, de quibus dictum est. & maximè laudatur bolus ar. non enim hic multum insisto; quoniam in fine capituli multa ponam composita in hac passione ualentia, & ab auctoribus approbata.

SIXTVS completur cum his; quæ iuuant epilepticum ad eius citam eleuationem, & paroxysmi abbreviationem. ualentia in hac sunt fricationes extremitatum, contorsiones digitorum; si toleret ætas, & uirtus. item sternutatoria, & presertim conferunt, & subito si est per communitatem si uerò fuerit per essentiã; non securè fiūt nisi præcedente euacuatione. si tñ cognouerimus eã esse debile, & ex uapore, & uetositate grossa, & nō est cum humore; poterunt administrari tutius adhuc uerò præcedente euacuatione. itē iniiciat in naribus eorū succus rutæ cū castoreo, aut separatim conferunt mirabiliter. confertq; gummi rutæ agrestis, & citò. item cõtete rutæ syluestre, & contritã si naribus, & ori imponas, statim surgit. & plures ex tali applicatione, nō solum surrexerūt; sed etiã curati sunt, & tene pro secreto. quod tamen omnibus propala; quoniam talia tenere uidetur peccare in spiritum sanctum. item deuotione dicantur uersus in aurem suprapositi.

CYRA si fuerit per communitatem; tunc ponantur canones. primus rectificatio membri mandantis: secundus prohibitio, ne mandet. tertius confortatio capitis, ne recipiat. ultra tamen attendendi sunt canones positi de diætã &c.

MEMBRA, quæ consueuerunt mandare sunt stomachus, matrix, splen, myrach, & materia uermium & ab ipsis uermibus frequenter causatur. quare oportet primò, si est à stomacho, quod ipse rectificetur digerendo, euacuando cõfor-

ando. & uomitus est ex euacuationibus optimis maximè si leuiter fiat. quod, si magis cum difficultate æger uomitum faceret; abstinendū est ab eo; quia uehementer nocet stomacho & parti præcipuè anteriori. item sic difficulter factus est causa fluxus multæ materiæ ad ipsum, ut patet intelligēti. quibus autem ista compleatur, uide de dispositionibus stomachi infra. unde in summa digeres materiam, & ipsam frequenter euacues specialiter in anno decies, & ultra; si necessitas coget. deinde conforta cum electariis, confectionibus, unguentis, cerotariis, & similibus.

Si uerò fuerit à matrice; prouocentur menstrua, aut inducatur coitus; tamē semper secundum legē Dei, uel excitetur sperma, ut infra de dispositionibus matricis. & scito, quod præfocatio matricis cum cerebrum lædit, ut consueuit &c. dicitur species epilepsia. & quando inducit cordi nocentum; est passio cordis. præfocatio, ut est passio matricis.

Si à splene; agatur, ut de stomacho dictum est; & similibus; si à myrach.

Si uerò à uermibus; expellantur.

Si uerò fuerit ex tolerantia famis, unde eleuatus sit malus uapor; dentur acetosa, & cõfortetur stomachus cibariis uelociter confortatibus stomachum frigidis, stypticis, aut temperatis, aut aliter, ut uidebitur expedire.

SECUNDVS perficitur cum frigidis, & stypticis, coriandro, & huiusmodi, supra de per communitatem. & similibus tertius: coriandrum tamen non uidetur multum laudare Auic. hoc cap.

Quod, si ex aliquo particulari membro accedere cognoscemus; ut uerbi gratia ex pede, crure, brachio, digito &c. tunc fiat ligaturæ in hora paroxysmi, aut ante, supra locum tunc uerò cessabit, & diminuet. item fiant euacuationes ut supra. aut fiant, si euacuationes non uidebuntur conferre; ulcerationes, aut apponantur caustica, ut ponantur cantarides, pes coruinus, stercus accipitris, aut columbi, aut mel anacardinum, aut cauterium potentiale. & ista ita applicentur circa locum, à quo eleuantur uapores hi mali, ut etiam locus totus comprehendatur, & teneatur apertus locus ulceratus, aut causticatus quatuor diebus, & ultra. & si necessitas cogit; reiteretur operatio.

Et cõsimiliter in ea per essentiã fiat, ponantur cauteria in loco, qui dicitur bregma, & in duobus cornibus posterioribus. & est bregma locus, ad quem peruenit digitus medius; cum extremitas manus extremitati nasi coniungitur & extenditur digitus, ut supra de soda. & quidam uolūt cauterium debere profundari; & quidam usq; ad almuchatim. & est cauteriū de melioribus curis in epilepsia. in aliis uerò membris potest securius profundari, & erit utilius. neque debent ista applicari nisi præcedente euacuatione.

Et, quoniam hæc materia ab auctoribus amplissimè tractatur propter difficultatem curæ; hic uolo addere in fine quædam proposito conuenientia, & efficacia, quæ etiam erūt in parte dictorum exempla. sternutatorium in epilepsia ex oleo sem. rutæ, hyssopi, castoreo. capupurgium fiat ex maiorana, succo rutæ, aut hyssopi &c. odoramenta fiāt, ut dictum est, ex castoreo, semine rutæ, peonia. gargarisma ex oxymelle simplici, uel composito, uel squillitico cū pirethro, uel pipere, & aqua decoctionis. ista tātum præcipua sunt in phlegmatica, & aliquantulum in melancholica. sed oportet pro aliis moderare addendo frigida conuenientia, ut de soda dictum est. masticationes ex mastice puluere peonia, & pirethri. fiant pilulæ magnæ, & masticentur ante cibi assumptionem. quod, si uis adde zuccharum, & dissoluas masti. cum pistello calido, deinde incorpora. expertum etiam maximè in tenera ætate. R. oppopanaci, castorei, sanguinis dra. antimonii. ana. fiat puluis, ex quo fiant pilulæ cū oxymelle squillitico, & detur una, duæ, usque ad tres omni altera die secundum ætatem, uel in forma pulueris cum aliquo liquore à. J. s. usque ad. 3. s. uel redigatur cum oxymelle squillitico ad formam electarii. aliud. R. siseleos, baccarum lauri. ana. 3. vi. radicis aristo. ro. peonia. ana. 3. iiii. castorei, squillæ. ana. 3. ii. confice cum melle despumato & da omni die. in hoc conueniunt Auic. Haly. Serap. & dicitur, quod est mirabile. Rasis in experimentis medicina, cui nō

est similis ad epilepsiam. R. calami ar. hyssopi, myrrhae, piperis lon. ana. 3. iii. carda. 3. s. spicae, costi, ameos ana. 3. i. masticis, carui. ana. 3. s. confice cum aqua decoctionis squinantii. Gal. uero in libro experimentorum medicamen, quo semper utor. R. agarici, absinthii, colloquintidae, ana. 3. i. s. conficiantur cum aqua decoctionis anisi, aristo. lo. ro. & melle, & sumatur ex eo quasi auellana. est solutiuum, & satis forte, quo pueri, & delicati non sic uti possunt iudicio meo. aliud ponit pro delicatis, & pueris. R. scillae, penidiarum ana. coque & adde piperis lon. zinz. quantum est medietas penidiarum, detur a .i. usque ad .3. ii. Aqua peoniae omni die potata mirabiliter confert. de qua assumi potest usque ad .3. v. item mitridatum, si continetur longo tempore; curat epilepsiam accipiendo mane, & sero; quando itur dormitum maxime temporibus frigidis. aliud. R. peoniae. 3. ii. petasilon. oppopanaci. ana. 3. i. lapidum, qui reperiuntur in uentre hirundinum. 3. s. fiant pilulae cum sanguine testicularum agni, uel succo primulae ueris, & accipiantur ex eis quinque; pro uice bis in hebdomada, & continuentur longo tempore, & sanabitur, si Deus uoluerit. item confectio Mahemet, quam habuit a Rasi, & est ultima in hoc. R. pirethri, siseleos, stocados. an. 3. x. agarici. 3. v. cordumeni, assae, aristo. ro. affodilorum, liquiri, carpobalsami, peoniae. ana. 3. ii. accipe expressionem scillae, & mellis partes aequales, de quibus coctis ad spissitudinem quantum sufficit ad aggregandum ea, accipe, & reconde in uase uitreo. dos. a .3. i. usque ad .viii. omni die mane & c. sed semper consideretur uirtus in processu. Peonia in omnem modum administrationis est maxime conferens in epilepsia, siue fiat sternutatorium, siue gargarisma, aut odoramentum, aut aliquod tale. potest ingeniosus medicus ingeniari ad conficiendum eius radicem sicut zinzib. consimiliter condiatur pirethrum, ut conditur. 3. 3. & expertum est.

Ista uolo sufficiant: nam in hac materia quasi infinita reperiuntur ab auctoribus. hic uideo paucos, & paucissimos audiui, & legi ex tot, & infinitis remediis curatos esse: tamen liberantur aliqui, & maximam in mutationibus aetatum iuxta illud Senis nostri secundo apho. Epilepticorum. communiter plus credit populus in hoc casu signaculis, & orationibus.

Ego autem curauit diuina fauente gratia unam mulierem annorum. xl. epilepticam ex causa particulari, quam habebat in crure eius apud genu. actualiter uero habeo rusticum. xxxvi. annorum ex causa particulari in brachio circa finem musculi uersus manum, cui adhibui cantarides facta purgatione, nondum ad me uenit. feci ligaturam, ut supra de qua immediate sensit iuuamentum, & credens illam ligaturam fuisse causam sufficientem recessit, & cum ligatorio processit quatuor mensibus, quibus non superuenit nisi bis paroxysmus, & paruus; ubi solebat pluries, & pluries accidere, & ei reuenienti apposui cantarides.

Ultimo in hac materia credo, quod balnea naturalia, & maxime gutta, uel gutta super caput fusa essent maxime conferentia, & hoc ubi esset talis per essentiam. item ingressus eorum ubi esset a toto, aut a myrach, matrice, & huiusmodi materia specialiter existente phlegmatica esset conuenientissimus. item artificialiter facta. consimiliter & in omni causa secundum exigentiam peccantis. & haec de epilepsia dicta sufficiant. & sic terminatur primum ca. de dispositione capitis habens. xx. rubricas principales. circa quod mouetur dubia aliqua practicable inferendo etiam practicable, & breuia.

DUBIA

Dubia tria de dolore capitis.

VTRVM in dolore capitis competat phlebotomia. arguitur, quod non; quia in causa frigida, aut cholericam non competit iuxta canonem quarta primi de phlebotomia. caue, ne agrum ad alteram duarum & c. & confirmatur; quia amplius in frigidantur per phlebotomiam in causa frigida, ut supra: ergo, pro isto uidetur Auic. esse prima tertii de cura sodae frigidae. §. illo. cura autem sodae frigidae cum materia melancholica.

Ad oppositum est mens aliquorum modernorum praecipue Placentini, qui eam suadet fieri debere in omni dolo-

re ex causa quacunque, & mouetur tali ratione; quia dolor est causa attractionis materiae ad locum, & talis attractio non fit nisi per fluxum humoris per uenas, ergo per phlebotomiam impeditur augmentum doloris; imo & ipse diminuitur. patet consequentia cum maiore, & minore. dicit uoluisse Hippo. lxxvii. Aph. v. Sect. Dolenti partem capitis posteriorem, in fronte rectam uenam incisam prodesse; quomodo ergo iuuaret illa incisio, nisi per ipsam fieret diuersio, & euacuatio? & confirmatur; quia in omni dolore ex percussione conceditur. & hoc ideo, quia per uenas ipsas fit fluxus humorum ad locum, ex quo timetur futurum apostema: ergo.

Nolens multum prolixare rem uenio ad succinctam determinationem.

Prima conclusio Gentilis: quod in dolore capitis ex sanguine, aut ex alio humore mixto sanguini competit phlebotomia: ubi uero non; non.

Secunda conclusio: quod, ubi esset in toto repletio stante dolore ex causa frigida, adhuc competit; est enim euacuatio uniuersalis humorum, siue communis, ut prima quarti de phlebotomia, & prima tertii de canonibus curationis sodae. & hoc est, quod Auic. uoluit allegato cap. dum dixit, quod, si aliis dominantur humores; adhuc ab illa incipimus.

Tertia conclusio: quod corpore existente macro, & extenuato, dolore existente ex sanguine, aut ex humore sanguini commixto non debet fieri phlebotomia; quoniam timendus est casus uirtutis.

Credo tamen dicendum pro reconciliatione horum uirorum quod phlebotomia, dum est principaliter intentio ad euacuandum; non debet fieri in principio, nisi secundum conditiones positas ex Gentili. secundo, quod phlebotomia, in qua est intentio ad diuertendum, aut ad diminuendum multum dolorem, aut futurum apostema in principio, est fienda ex quacunque causa fuerit. & etiam istam conclusionem credo uoluit Gentilis & alii, & fuit sententia senis nostri Hippo.

Sed restat conciliare Rasim nono Alma. cu Auic. Zoar. & aliis. uult Rasi, quod in principio fiat phlebotomia ex eadem parte doloris, & Auic. ex contraria parte, & Zoar. tract. ii. sui thesaur. pro isto uidetur etiam allegatus apho. praeterea in dolore apostemoso facimus ex contraria parte.

Pro his dicendum, quod Auic. & caeteri loquuntur de diuersiua. Rasi. uero loquitur de euacuatua, ubi scilicet iam fit fluxa materia ad locum, & non amplius fluit: aut ubi materia fluens sit ita pauca, quod ex phlebotomia fiat euacuatio, & diuersio, sit per uenam cephalicam. sed hoc mensurare arduum est, & dubiosum. ideo ab Auic. non discedamus; quia fuit artifex nimium rationalis. aliter responderetur. prima conclusio. quod in omnibus aegritudinibus, quae fiunt a diaphragmate superius stante plenitudine, debet fieri phlebotomia ex parte opposita. secunda conclusio. quod pauca existente materia fiat ex eadem parte. Gordonius. hic sunt multa argumenta quae litigiosis relinquo solum sanitati humanorum corporum intendens.

VTRVM lac sit capiti applicandum dolore existente a causa calida. & uidetur quod sic. ex Auic. prima quarti, de dolore capitis. Si uirtus fuerit fortis mulge lac caprinum si debilis lac humanum.

In contrarium est ipse Auic. de canonibus curationis sodae.

Notandum quod lac prohibetur ab auctoribus, quia timetur ut sui uiscositate & grossitate oppilet poros capitis, & prohibeat etiam solutionem uaporum. Et iuxta hoc cadit difficultas de oleo ros. quod ab omnibus indifferenter laudatur. Propter quod dicendum quod ubi sit uirtus debilis & non potens resolvere lac applicatum quod nullo modo debet applicari. quod si fuerit fortis potest applicari secure. nam multum iuuat sua frigiditate & humiditate & praecipue humanum propter sui conuenientiam, sed hoc remanet in discretionem medici. Et ideo quia multa sunt in per discretionem medici reseruata accidit controuersia inter duos uel plures medicos non in equali discretionem unitos. Et consimiliter arbitror dicendum esse de oleo & quocunque alio oppilatio applicato. Propter quod notandum quod

leuis peccinatio & fricatio competit antequam fiat secunda applicatio istorum infrigidantium lactis, scilicet aut olei &c.

Vtrum acetum competat in omni dolore capitis maxime cum per ipsum querimus repercussionem fieri.

Quod, non quia acetum sui mordicatione addit in dolore capitis. vt Gal. de cephalalgia. & pro isto est textus Aui. de canonibus curationis sodæ. ubi inquit, cum autem curas apostematata calida oportet vt incipias prius cum eo quod expellit, quod fuit ex infrigidantibus prædictis mixtis cum aceto & aqua rosa. nisi illic fuerit dolor, tunc enim aliena acetum.

In contrarium est quasi communis auctorum sententia.

Teneantur hæc conclusiones. prima quæ in forti dolore in principio apostematatum alienandum est acetum. hanc volunt rationes ante oppositum.

Secunda quæ multa existente materia in principio acetum & quodlibet purè repercussiuum est alienandum: nam tunc augetur dolor, vt patet intelligenti.

Sed statim dicit aliquis. Aui. post auctoritatē allegatā dicit, & cadat administratio olei ros. infrigidati sufficenter, non tamen superfluè conuassati cum aceto multo.

Dicendum primo, quæ litera secunda non continuatur cū prima. & secunda ponit exemplum, quæ dolor non est vehemens. secundo dici potest quæ si continuatur tamen sequendo ponit crocum & aliqua calida quæ contemperant aceti frigiditatem atque eius mordacitatem.

Sed diceret etiam aliquis, Aui. & cæteri auctores quandoque dicunt quæ de aceto debet poni multum, quandoque dicunt quæ paucum; quomodo hoc comprehendam quæ multum & paucum ponere debeam?

Dicendum quæ quinq; debet medici prudentia considerare in hoc casu. primo acetum ipsum, secundo capitis habitudinem siue corporis, tertio materiam, quarto accidētia, quinto dolorem. ex parte primi, quæ de aceto acuto minus, & de minus acuto plus, ex parte secūdi, quæ si caput siue corpus fuerit porosum, macrum, aut tenerum vt puerorū, minus. si fuerit densum in poris grossum plus, ex parte tertij, quæ materia existente calida plus, ex parte quarti, quoniam in apostematibus calidis minus, vt dictum est, ex parte quinti, quia in uehementi dolore minus, summa tamen est medici estimatiua, communiter ponitur aceti quarta pars, vt supra de soda. Alexander verò capitulo de phrenesi ponit quintam partem eius. vltimo pro nunc notandum, quod balneum, aromatica, incisua, & diuretica, vinum & huiusmodi debent applicari, & exhiberi in declinatione materia existente euacuata per purgationes præcedentes, & hoc ratione materiæ coniunctæ quæ in modica remansit quantitate.

Dubia quatuor de phrenesi.

Vtrum in omni phrenesi competat phlebotomia, secundo vtrum competat vinum, tertio vtrum aqua frigida, quarto vtrum applicatio catulorum, & columborum propter communiter operantes.

Ad primum respondetur. prima conclusio quæ in phrenesi ex cholera à sanguine separata non competit phlebotomia saltem euacuatiua propter canonem generalē allegatū supra, caue ne ægrum &c. nam ex hoc redderetur phrenesis prauior, vt patet intelligenti. item non competit in omni erysipelate. ergo à simili. Aui. tertia quarti de erysipelate, dicitur saltem euacuatiua, quia fortasse ratione diuersionis semper cōpeteret in principio prohibendo fluxū humorum ne apostemēt amplius. & hoc forte uoluit Mes. dum docuit facere diuersionem per fluxum hæmorrhoidarum. nam uidetur idem de phlebotomia. item laudatur in acutissimo apostemate ex dolore usque ad syncopim in commento illius: quæ ægeruntur. primo aphor. ergo, propter quod sequendo hanc talem conclusionem oportet diligenter aduertere cum facimus phlebotomiam talem diuersiuā quæ fiat ex vena ex qua materia cholericæ faciens apostema habeat causam minus furiandi, vt est saphena, aut communis. & tu ad hoc considera.

Secunda conclusio quod phlebotomia vt plurimum in principio competit in phrenesi ratione phrenesis, & ratio

A est, quoniam cholera penetrans in panniculos hoc facit ducta à sanguine commixto sibi, nam rarissimum est quæ ipsa depurata reperitur in cerebro, quia cum ipsa sit cerebri cōplexioni omnino contraria, ergo competit &c. euacuatiua vel diuersiua.

Tertia conclusio, quæ absolute melius est declinare ad ipsam semper faciendam quàm ad omittendam. patet ex primis. vnde quinto practicæ Halyabba. in phrenesi medela, primum omnium ad cephalicæ venæ phlebotomiam currendum, item Serapio, & Alexander, & Rasis nono Almanf.

Circa quas notandæ sunt quinque conditiones dum ad eam faciendam descendimus. prima est consuetudo quæ nobis persuadet, secunda est quod fiat multa & pauca, vt supra expositum est de carabito in perficiendo secundum canonem, tertia quod uirtus consentiat, quia non sit multum debilis, neq; ex ea multum examinetur: quarta quod caueatur syncopis, & modus dictus est in perficiendo secundum canonem de phrenesi, quinta quæ fiat ligatio debita dictum est etiam ibidem.

B De non uera dicendum quæ si materia à qua eleuatur vapor fuerit sanguinea, aut sanguini cōmixta quæ tunc fiat phlebotomia, vt supra de uera, & hoc in principio forti existente uirtute, quia communiter hæc non uera contingit successione aliarum ægritudinum. ex quibus æger multum debilitatur, ideò in non uera est multum considerandum antequam fiat.

Secunda conclusio. ex aliis humoribus & non commixtis sanguini non competit phlebotomia saltem euacuatiua. dicitur saltem euacuatiua quia ubi timemus futurum apostema non inconueniret ipsa diuersiua.

Tertia conclusio. in ipsa tali competunt malis solutiua diuersionis &c. vt supra.

A. d. secundum respondetur quæ uinum aquosum & præcipuè in consuetis dari potest. nam in acutis morbis tale uinum conceditur à Gal. tertio regiminis acutorum.

Secunda conclusio. uinum aquosum non debet dari, & hanc uoluit Theodorus priscianus cum dixit, uinum omnino nesciant, cum sitis ardorem commouet, & feruorem, & alienationem incitat.

C Tertia conclusio quæ tale securius dari potest & debet in declinatione quàm in principio. & ideò Aui. post septimū concedit Ras. primo continentis & Alexander.

A. d. tertium dico quod uariæ reperiuntur auctoritates de hoc. nam Mes. dicit in de cholericæ, & alienes omnino cibaria grossa & aquam frigidam, item Aui. Alexander, & causa quia aqua frigida nocet neruosis membris. phrenesis autem est passio membrorum neruiformum. Item incuneat materiam & prohibet resolutionem. Azaruius uero cap. de sirsen, & nunquam prohibeatur phrenetico aqua frig. idem rasis in diuisionibus & 16. continentis. 4. cap. ubi dicit, quod qualibet hora est ducenda aqua frigida per os phreneticorum, & est pro his apparens ratio, quoniam est digestiua materiæ cholericæ saltem prima quarti de cura feb. sanguinis.

Duplicem reperio modum dicendi pro concordantia horum uirorum. primus quod electiuè aqua frigida in phrenesi non competit. habet pro se hic modus rationes, & auctoritates dictas, sed coactè.

Alius modus etiā practicabilis magis est quod in hoc casu sunt cōsideranda prohibentia aqua frigidā, & suadentia exhibitionē eius, & uincētia sequi. nā in aliquo uincunt prohibētia & in aliquo suadētia, & ecōtra. & ideò quia hæc sepe variatur contingit varios auctorum nostrorum sermones inueniri, nā in discretione medicorum multa relicta sunt vt sepe dictū est, prohibentia uero sunt passio ipsa, quia est panniculosa, ætas, senectus, habitudo macra, dissuetudo potandi aquam frigidā, debilitas stomachi, aut aliorum uiscerū, & specialiter panniculi distinguētis, tēpus frigidū &c. suadētia uero sunt materia ægritudinis sanguinea, subtilis, vel cholericæ, à quibus ut plurimū fit phrenesis, ut supra, ætas iuuentus. habitudo carnosæ: consuetudo potandi aqua, robusta dispositio naturalis, robur corporis: tempus calidum, timor conuersionis ad hecticam &c. oportet ergo medicum hic cum suo estimatiuo iudicio laborare.

AD QVARTVM dicendum quod illustres medici Greci, uel arabes nullam mentionem fecerunt de hoc laudato à modernis nostris remedio. Dico ergo quod usus prædictorum animalium in principio aut augmento non competit, ut supra dictum fuit. De phrenesi dicemus quod si cum decoctione aliqua aut infusione eorum in aceto potest eorum usus in augmento conuenire. Exempli gratia, si cum decoctione capitum papaueris, uiolarum, rosarum, hordei ex corticati, florum chamæmillæ. In statu uero potest competere usus pulmonis arietis, nam uidetur habere caliditatem meliorem. In declinatione uero securius applicari poterunt. Sed tamen aduertat medicus excessum caliditatis morbi, & rei apertæ, nam morbo existente intensiora remissiora &c. Aliquando uero cadit deceptio in non uera phrenesi, quia ex applicatione horum in principio facta resolutione uaporum iudicat curam factam esse de uera, & sic ignorant, & ad pauca respicientes, quorum numerus est infinitus, credentes falsæ experientie semper ea in principio uerè, & non uerè applicant.

Dubita duo de lethargia.

VTRVM semper competat phlebotomia in lethargia. Quod non, quia in materia phlegmatica, & per canonem supra. Nec agrum &c. Item Mes. non præcipit nec multi alii. In contrarium Auic. Alexander, hi enim uiri in ea phlebotomiam fieri præcipiunt, imo Auic. statim inchoans curam eius dicit. Si non fuerit quod prohibeat phlebotometur. Prohibentia autem sunt ætas, uirtus &c. & sæpe supra & infra dicitur. Voluit Gentilis quod ubi esset peccans materia sanguinea commixta tunc competit, & aliter non, & ita dicit uoluisse Aui. Aliter Placentinus uult quod in lethargia cõpetat semper phlebotomia in principio, & hoc si ætas, uirtus, & cætera consentiant. Causa quoniam phlebotomia euacuat & diminuit uniuersalem quantitatem humorum, cum ergo fluant humores per uenas in generatione apostematis, sequitur &c. Et pro isto uidetur textus Auic. Allegatus & Gal. secundo regiminis acutorum illo. §. Quod si ægritudo sub diaphragmate descenderit, ibi enim dicit quod phlebotomia utilis est in principio in omni apostemate cum euacuet materiam uenarum secundum quantitatem & qualitatem. Confirmatur quoniam in omni lethargia est dolor capitis, sed in omni tali competit phlebotomia in principio ut supra primo dubio, ergo. Gordonius uero magis laudat in non uera in principio. Et Gilbertus angelicus. Si uero corpus fuerit plethoricum uel fortis fuerit patiens fiat phlebotomia de cephalica, & distinguendum est ut in phrenesi.

Quid autem agendum sit queret aliquis, Credo dicendum & pro conciliatione horum uirorum quod in principio competit diuersa, & non euacuatua phlebotomia. Primum sumitur indicatione sumpta à futuro apostemate, uel eius magnitudine. Secundum uero ab ipsa materia quæ de se neget phlebotomiam propter eius incrudationem.

Notandum quod in lethargia utimur fortibus medicinis propter tres causas principales. Prima quia febris est mitis. Secunda quia materia non est ex ipsis apta furere. Tertia quia etiam per clysteria acuta euacuatur materia phlegmatica in stomacho existens fouens quæ est uel uadit ad cerebrum, ut quasi per ipsa euacuetur causa antecedens apostematis, materia itaque inepta euacuationi fortiori indiget medicamine aliis paribus.

VTRVM parti posteriori sint repercussiuæ applicanda, nam ubi ponitur resolutiuum ibi debent poni repercussiuæ, sed parti posteriori ponitur resolutiuum, ergo.

In contrarium Auic. de canonibus curationis sodæ ubi inquit. In posteriori uero cerebro quoniam os quod ipsum continet est durius illo, non penetrat illud ad membrum quod penetrare necesse est. Quod si in hoc elaboratur non perueniet inde inuamentum quod addatur super illud quod inuamentum fit. Et in cap. de cura sodæ temporalis.

Pro isto dicendum primo quod in lethargia parti anteriori sunt applicanda pure repercussiuæ, hæc. n. sententia auctoris præcipue Gal. 13. therapeu. penultimo cap. Et ratio quia sic non timetur ex eis nocumentum neruorum, nam pars illa calida est, ut supra in principio capituli de disposi-

tionibus capitis. Item ascensus uaporum maxime fit per partem anteriorem. Dico secundo quod non esset mirandum si fieret ex eo extenso usque ad partem posteriorem arbitrio boni medici qui iudicaret minus esse nocumentum quod ex eis sequeretur inuamento, ubi scilicet comprehenderet maximam eleuationem uaporum ad partem posteriorem, & tunc dicendum quod canon Auic. intelligitur regulariter uel electiue. Ad formam argumenti negatur antecedens, & causa patet, nam ex applicatione frigidorum læditur nuca, tu considera. Voluit tamen Gordonius in non uera securius repercussiuæ posse applicari parti posteriori, & hoc consonat dictis de arbitrio boni uiri siue medici.

Dubium de apoplexia.

VTRVM fortia competant in principio apoplexiæ quærebatur. Pro isto dicendum sine argumentis quod in principio competunt medicamina fortia, præcipue quæ debent materiam mouere siue euacuare, nam cum ægritudo ipsa sit fortis sibi fortia debentur medicamina, ut quarta primi, 3. cap. Et pro isto est processus Auic. in cura eius, ut patet Rasis & aliorum auctorum. Et dictum est præcipue, quia cætera medicamina quæ sequi debent euacuationem ut inuenta & huiusmodi si in principio applicantur debent esse leuia, aut saltem leuiora respectu illorum quæ applicabuntur in processu, quæ tamen absolute dici possunt fortia, & hoc uoluit Auic. dum dixit. Oportet quidem ut incipias à debiliore uctione. Sed notandum quod Auic. & Hipp. sine protestatione in apoplexia docent statim aliquid operari cum apopleptico occurrit. Quidam ut Halyabbas quinto practica docet nihil operandum esse nisi post .lxxii. horas. Quidam tamen protestatione, ut Mesue. Pro his ergo dicendum una cum Conciliatore quod statim cum medicus occurrit apopleptico debet circa ipsum operari, & maxime circa euacuationem, & permaxime circa diuersiones non derelinquendo agrum, ut dictum est & ipsas continuando & fortiores faciendo, tum ex charitate, tum ex amicis eorum beniuolentia, tum ad acquirendam famam boni uiri, & ampliandam amicitiam. Item cum sapit naturam morbi acuti, & acutorum morborum non omnino sint. debemus &c. Item dicit Auic. accidit ut homo apoplexiam incurrat, & non sit differentia inter ipsum & mortuum, & non apparet aliquid anhelitus, deinde reuiuiscit & sanatur, & nos plurimos uidimus tales, quod si aliquando cõtingeret medico nihil operante quanta infamia &c. & si operatur quanta fama, ut mihi contingit in ultimò, & bene amato uiro septuagenario, pro quo iam parabantur funeralia, uocatus &c. operatus sum, ut dictum est & ipse deinceps me Deum suum in terris appellabat. Deo semper sit gloria, & laus. habet etenim unumquodque indiuiduum à sua contractione naturali calidi, & humidi à superis uirtutes, & proprietates occultas, ad quas intellectus non potest peruenire humanos; & idè confestim agemus cum protestatione periculositatis morbi, & suæ consuetæ peremulationis ad paralytim, si sa peruixerit. quod autem dixit Halyabbas. lxxii. horas dixit, quoniam in eo spatio consueuit omnis humor euentari, & in his diebus suum perficere periodum. ex quo infertur primò, quod ante illud spatium non debet apoplepticus sepeliri, nisi bene sumus certi de morte eius per signa dicta in apoplexia. secundo infertur, quod resurrectio Lazari erat miraculosa, & non naturalis; & idè dicitur, quatruiduanus est. Ioannes nono.

Dubia quinque de melancholia.

DVBITATVR, quia Auic. dicit ca. de mania. faciens melancholiam est melancholia multa, aut adusta, & supra dictum est ipsam fieri à non adusta.

Dicendum, quod melancholia est duplex; quædam non adusta: & ista cum mania non conuenit, quædam adusta; sed parua adustione; & ista in aliquibus accidentibus conuenit cum mania, licet remissè propter remissam adustionem. Quod, si contingat adustionem ulterius procedere; efficitur mania; propter quod dictum fuit in descriptione melancholiæ secundum plurimum.

Aliter respondetur, quod contingit in melancholia sic adusta, siue sit melancholia, naturalis, siue per adustionem genita caliditatem remanere, aut non remanere, quod, si fue-

rit melancholia genita per adustionem sanguinis; tunc erit mania canina: si uerò ex cholera remanente caliditate erit mania demoniaca: si uerò erit melancholia naturalis non adusta, uel adusta quomodolibet in qua non remanserit uis caliditatis adurentis; tunc erit melancholia. & circa textum Auic. exponitur adusta, idest, adusta, in qua nõ remãsit caliditas adurens.

VTRVM in omni melancholia competat phlebotomia. dicendum, q̄ in sanguinea consentiente ætate, uirtute, aut ex humore sanguini commixto competit &c. & hãc cõclusionem uoluit Auic. dũ dixit de cura eius; imo oportet s̄m dispositionem eius, ut incipias à phlebotomia. & Mesue, si sanguis exuberat in toto, & uenæ plenæ sunt; euacua ex uena nigra, & post istam ex basilica, & hoc in inclinatione, in mania uerò fac ecõtra; quia incipe à basilica, & post istam, si oportet, ex nigra, & post istas phlebotomia ex saphenis, & subeth: & si ad hoc non contulerit; ex uena frontis facies.

Secunda conclusio, q̄ peccantibus aliis humoribus non commixtis sanguini, nec in toto repletione existente non competit phlebotomia; sed pharmacia. patet conclusio; quoniam humor euacuandus, aut est melancholia naturalis, aut per adustionem genita, ut dictum est, sed quælibet talis pharmacia, & non phlebotomia euacuatur, aut euacuare habet, ut patet; ergo.

Tertia conclusio, & est Placentini, siue Guillemi longobardi, q̄ ex phlebotomia pauca, imò quasi nulla consequit utilitas in quacunque specie melancholiæ. probatur; quia omnis melancholia est ex humore melancholico naturali, aut per adustionem genita; unusquisque auté talis per pharmaciam euacuari debet, & non per phlebotomiam; ergo. patet cõsequencia. minor probatur; nam phlebotomia euacuat secundum plurimum, quod est humidum, & materia peccans est sicca; & ideò Rasis nono Alman. cap. de melancholia dicebat. Et studium medici sit totaliter in impingua do corpus melancholici, ut remoueat siccatas.

Quarta conclusio, quòd post duas, uel tres factas purgationes potest phlebotomia conferre. ista cõclusio posituè ponitur; nam, si melancholia fuerit ex sanguine, uel fuerit ex sanguinis adustione, & uenæ corporis fuerint repletæ, & habitudo carnosa; poterit securè fieri, ut patet, & est cõclusio Guillemi Placentini. iuxta quàm ponatur duo can. Primus, quòd non fiat extractio sanguinis in una uice, quoniam uirtus debilitabitur, iuxta illud. Melior est multiplicatio numeri. secundus, quòd fiat magis ex pedis sinistri uena, quàm ex alio loco, ut ex saluatella.

SED CIRCA hoc est aliud dubium adhærens propter dicta auctorum; & est, nunquid, si sanguis à principio fuerit, uel apparuerit clarus; debeat restringi statim; quia Rasis primo continentis secundo cap. ponit, quòd sic. Auic. uerò contrarium uidetur dicere de cura melancholiæ.

Dicendũ, q̄ cõtingit humorẽ melancholicũ aliquñ inficere sanguinẽ, qui est intrã, & nõ eũ, q̄ est in extremis, aliquñ ecõuerso, aliquñ cõtingit ipsum inficere totũ sanguinẽ, in primo casu exit sanguis clarus primò, deinde niger, & patet, q̄ cũ medicus expertus hoc cognoscit: nõ debet compescere sanguinẽ. unde, statim cũ medicus facit sibi iudiciũ extimatiuũ, q̄ ita sit, uidelicet, q̄ sanguis re uera est infectus ad intus, & uidet in principio sanguinẽ clarũ exire; debet statim ponere digitũ super percussurã tardando modicũ, nã in eo tẽpore natura, quæ fuit perterrita ex facta phlebotomia reassumet uires, & tũc conabit euacuare nociuũ, & retinere iuuatiuum, & sic egreditur, deinde sanguis niger. q̄ si autẽ non egreditur, & nõ fuerit uitio ligaturæ, aut paruitatis foraminis; tũc credendum est sanguinem non esse commixtũ cum melancholia, & ex consequenti constringendus est.

In secundo casu statim à principio exit niger, nisi fuerit uitio duorũ iã dictorum ligaturæ &c. & postea clarior, & tunc restringendus. in tertio casu &c. apparet in principio niger, & etiam in processu; & talis non est restringendus, loquitur aut Auic. in primo casu. Rasis uerò loquitur, ubi non est mixtio eius cum melancholia nec intus, nec extrã.

Mirabatur quidam, quõ poterat melancholia in cerebro aduri; cũ sit adustio complexionis cerebri omninò cõtraria.

Pro isto dicendum hoc posse cõtingere ex calore extrin-

A seco cerebri; nam cap. est complexionis quantum ad tertiã mensuram eius; ut patet intelligenti. item ad hoc facit caliditas intrinseca eius; potest enim materia uirtute harum caliditatum euaporari, & ex consequenti ingrossari, & maximè attenda habilitate materiæ sic ad eum eleuata.

VTRVM coitus conferat in melancholia. dicendum primò, quòd per se, & directè nocet, & causa qm̄ exiccat euacuando humidũ spermaticum, & spumofum, & propter similem causam in melancholia prohibet sudor uehemens.

Dico secũdò, quòd per accidens potest cõferre, & hoc dupliciter, primò alteratiuè; ut qm̄ quis haberet coitũ cum ea, quam multum, & diu cupiuit; secũdò quãdo qui esset melancholicus ex uaporibus eleuatis à spermate corrupto retento; ut frequenter accidit uirginibus coitu potentibus, ut supra de melancholia. & hanc sententiam uoluit Auic. 13. de iuuamentis coitus, dum dixit. Coitus confert melancholiã, & pluribus ægritudinibus cholera nigra.

VTRVM balneum conferat in melancholia. propter quòd nota, hic ultimo, quòd à pluribus multũ cõmendatur à Rasi Auic. & multis modernis tota eorum intentio est, ut humeretur corpus, & materia specialiter peccans, debetq; tale esse non calidum, nec debet inducere sudorem, sed etiam lacteum, in quo tamẽ non debet multum morari; ne ex mora magna sequatur resolutio. debet administrari precedentibus euacuationibus, & non alter nisi materiã principio esset paucissima, quòd non contingit, sed cõtingere posset. quidã autẽ quartanarios infra mensem cũ aquis balnei curabat ponendo eos bis in die, ut materia expulsionis aptior redderet. & uidet esse cura aui. de cura quartanæ cholericæ.

Dubium unum de cutubuth.

DE CUTUBUTH non parum hæsitatur; cum dicat Auic. in litera ipsum plurimũ contingere de mense february; ipse tamẽ & ceteri medicinae auctores dicunt morbos melancholicos in uere moueri plurimum respondetur à quibusdam. quòd hoc contingit merito cõstellationis. hæc solutio conuenit soluere multa difficilia dubia, & quasi omnia cum ea soluere possemus. aliter, quòd in materia sua nõ solũ e malitia cõis; sed est specialis, & mala ualdè reseruata in autumno quiescit cũ frigiditate hyemalis; ut cetera materiæ melancholicæ; in fine uerò hyemis propter sui malitiã accelerat motum suum non expectans uer. & sic mouetur in fine hyemis. s. in februario. responsio est Gentilis. sed contrã nõ minoris malitiæ appropriata; siue specialis est materia mania caninæ, uel demoniacæ. ergo considera.

Dubium unum. **D**E STOLIDITATE, & amentia dubitatur, nunquid fiant à caliditate. nota rationes Auic. in litera. Nolo in isto dubio plus procedere, non enim uisum est multum practice cõferre: tenendũ enim est de causis eius, ut dictũ est de eo supra; fuit enim sensus permixtio à caliditate. tu considera.

Dubia duo de epilepsia. **D**E EPILEPSIA dubitatur, Vtrum auferatur sensus, & motus ex toto; propterea quia Auic. dicebat non integrè. Gal. tertio interiorũ. 7. cap. inquit. Sunt & alia huiusmodi passionis, scilicet epilepsiæ accidentia, quæ cum patiuntur neque uident, neq; audiunt, neq; alio sensu sentiunt, neq; memorentur, neq; intelligunt. pro isto est Alexander capitulo de epilepsia, deinde probat Alzarauius.

D Est una responsio, quæ nõ uidetur satisfacere dicẽs, quòd in principio, & augmento non auferitur; in statu uerò sic sequitur enim, ut apparet, quòd diffinitio data nõ esset sufficiens, aut quòd epilepsia in statu esset apoplexia.

Aliter dicendũ, & est responsio Gentilis, quòd epilepsia consideratur dupliciter. primò in se. & sic contingit, quòd quibusdã auferatur sensus, & motus, & quibusdã non. & hoc uoluit Auer. 3. colli. ultimo cap. quandoque considerat in relatione ad apoplexiam, & sic in ea respectu apoplexiæ non auferitur sensus, & motus integrè; quia oppilatio cuiuslibet epilepsiæ non est integra, ut Halyabas, Auic. & ceteri auctores. sed statim dicẽs, quomodo auferitur sensus, & motus; si oppilatio non est integra. dicendũ, quòd, licet nõ sit integra; tamen illud parum de spiritu quòd uadit ad mēbra non est sufficiens pro sensu; & motu faciendis, requiritur. n. quantitas debita. & si instabitur, quòd idem dicendum de

de paroxysmo apoplexiæ; dicendum, quod longè minus va-
dit in apoplexia, & tu considera. Gal. tamen in commento
illius epilepticorum dicit, q̄ fit priuatio omnimoda influ-
tis virtutis in apoplexia, & multi epilepsiam fortem par-
uam appellant apoplexiam.

Vtrum balneum conueniat in epilepsia dicit Auic.
& in balneo non faciat moram, & infrà. Vitent ablutione
cum aqua calida penitus; quia laxat: & cum frigida; quia
stupefacit, & nocet spiritui visibili. post purgationem ve-
rò, & quietem non est malum; si balneum ingrediatur. ita
voluit Gordonius, & Rasis in diuisionibus præcepit multi-
tudinem balnei in melancholica, ita tamen quod non sudet
in eo plurimum epilepticus. Halyabbas verò præcepit pue-
ris, quibus non potest applicari exercitiū ingredi balneū;
& q̄ in ingressu caueant à frigore. balneum verò fit cali-
dum, & siccum; ut thermarum: salsum, vel sulphureum, uel
factum cum herbis appropriatis; vt hyssopo, peonia, ru-
ta, de quibus suprâ, & in syrupis magistralibus. quibus-
dam verò non placuit; quia dicunt, q̄ balneū rheumati no-
cet: & epilepsia est passio rheumatica. & fuit Gilbertus
anglicus, dixitq; neruos balneū mollificare, & debilitare,
& fortasse de humido intellexit; nam siccum, de quo suprâ,
videtur neruos confortare, & indurare magis. quare con-
sidera. & sic cum gratia Iesu omnipotentis, eiusq; glorio-
sæ matris Mariæ terminata intentio tota à Deo ipsa mihi
sua largiflua misericordia gratis data super primo capitulo
de dispositionibus cerebri.

His tamen ad tollendum studentium laborem addere
decreui aphorismos materiæ pertinentes, quod & in sequē-
tibus domino concedente in singulis faciam capitulis, non
tantū eos, qui ad curandum morbos principaliter conferre
decernuntur; verū & prognosticos, qui in curis morbo-
rum etiam magni sunt adiuuenti.

APHORISMI.

De dolore capitis.

Ex. ij. Sectione. xlvj. Aphor.

Duobus doloribus simul non eundem locum infestanti-
bus vehementior alterum obscurat.

Ex. iij. Sectione. lxx. Aphor.

Quibus in febribus vrinæ perturbatæ; quales sunt iumē-
torum, his dolor capitis vel adest, vel aderit.

Ex. v. Sectione. lxxij. Aphor.

Lac dare caput dolentibus malum, &c.

lxvij. Aphor.

Dolenti partem capitis posteriorem in fronte recta ve-
na incisa prodest.

Ex. vi. Sectione. v. Aphor.

Dolores, qui sunt in lateribus, & pectoribus, atque alijs
partibus, si multum differant; perdiscendum.

vij. Aphor.

Dolores* ventris sublimes, leuiores; qui uerò non subli-
mes, fortiores.

x. Aphor.

Caput dolenti, & * circundolenti pus, vel aqua, vel san-
guis effluens per nares, aut os, aut aures, morbum soluit.

xxij. Aphor.

Quæcunq; rupta ex dorso ad cubitum descendunt, ue-
næ sectio soluit.

xi. Aphor.

Quicunq; sani dolore capitis repente capiuntur, & sta-
tim muti fiunt, & stertunt, in septem diebus percunt, nisi
febris apprehenderit.

De Subeth.

Ex. ij. Sectione. i. Aphor.

In quo morbo somnus laborem facit, mortale; si iuuat
verò; non mortale.

De vigilia superflua.

Ex. ij. Sectione. iij. Aphor.

Somnus atq; vigilia, vtraq; si modum excefferint; malū.

De apoplexia.

Ex. ij. Sect. xlij. Aphor.

Soluere morbum, quem apoplexia vocant, fortem, im-

possibile; debilem verò non facile.

xliij. Aphor.

Strangulati, ac dissoluti, nondum mortui, non referun-
tur, quibus spuma circa os fuerit.

Ex. vi. Sect. lvij. Aphor.

Apoplexiæ autem fiunt maximè à quadragesimo anno
vsq; ad sexagesimum.

De Melancholia.

Ex. iij. Sect. ix. Aphor.

Melancholicos plenius inferiores, eadem ratione con-
traria apponentes.

Ex. vi. Sect. xi. Aphor.

Atra bile uexatis, & renum palsionibus, hæmorrhoides
superuenientes, bonum.

xxij. Aphor.

Si timor, atque mæstitia longo tempore habentes per-
seuerent; ex eo atra bilia significatur.

lvi. Aphor.

In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus,
stuporem corporis, vel conuulsionem, vel furorem, vel cæ-
citatem significant.

De mania.

Ex. vi. Sect. xxi. Aphor.

In infanientibus, si varices, vel hæmorrhoides superue-
nerint; insanix solutio.

Ex. vij. Sect. v. Aphor.

A furore difficultas intestinorum, vel aqua intercus, vel
mentis alienatio, bonum.

De Amentia.

Ex. vi. Sect. liij. Aphor.

Desipientiæ, quæ cum risu fiunt, securiores; quæ uerò cū
studio, periculosiores.

De permixtione sensus.

Ex. ij. Sect. ij. Aphor.

Vbi somnus delirium sedat, bonum.

De Epilepsia.

Ex. ii. Sect. xlv. Aphor.

Quicunq; iuuenes morbo comitiali laborant, mutatio-
ne maximè ætatis, & temporum, & locorum, & uictuum
quoq; liberantur.

Ex. v. Sect. vij. Aphor.

Quibuscunq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatē;
mutationem accipiunt; quibuscunq; autem vigesimoquin-
to, commoriuntur.

Et si superficietenus plures ex eis non uideantur mate-
riæ multum & multum attinere; tamen eos addidi; qm̄
doctores conati sunt plurima de membris tactis in apho-
rismis amplissimè disputare: nam lectura est principalis;
& idèd scient volentes vltra practicam speculari, ad quæ
loca recurrere debeant, ut non solum in speculando, ue-
rū & in praticando. & sic est finis primi capituli. Deo
semper laus, & gloria Amen.

ARGUMENTVM IN CAP. II.

N Eruorum ægri tudines septem author connumerat;
paralysis scilicet, spasmus, tetanos, tortura, tremor,
stupor, & saltus. paralysis autem est dispositio nu-
cha, & neruis contingens. cōis dicitur, & propria. com-
munis est mollificatio cuiuscunq; partis: propria uerò est
medietatis totius corporis sensus, & motus priuatio. dici-
tur nonnunquam paralysis ablatio sensus, & motus secun-
dum totum. cuius causa vt plurimum est materia frigida,
et humida non adèd crassa. spasmus uerò est ægri tudo ner-
uorum, qua mouentur lacerti ad principia sua, & non
obediunt in dilatatione. cuius causa secundum plurimum
est materia phlegmatica crassior, quàm in paralysis. sed te-
tanos est morbus officialis prohibens virtutem motiuam
attractione membrorum, quæ sunt apta, vt contrahantur
ob nocumentum in lacertis, & neruis. in causa sunt ea,
quæ spasmus generant; licet morbus sit magis acutus. itē
tortura

* ἡδὲ δι-
δύματα,
id est tu-
mores.
* alias ve-
hementer
dolenti, nā
περιόδῳ
νέοτι in
græco le-
gitur, quo
in loco
περὶ si-
cuti & in
alijs com-
positis, tū
augetur,
tum ètin-
tendit.

* alias pue-
ri, nā hoc
si loco
νέος idē
q̄ v̄e-
τερος, id
est minor
natu, seu
puer ma-
iorem s̄ p̄-
monstrat.

*torura est morbus officialis in facie, qui partem faciei com-
trahit ad partem non naturalem, alteraq; eius naturalem
formam, cuius causa est aut mollificatio, aut spasmus la-
certorum palpebrarum, & faciei, aut dissolutio, aut chor-
de incisio. tremor similiter est morbus officialis ob dese-
ctum virtutis motiue profectus à motu lacertorum secun-
dum compar grauitati intromittenti sua motione uolunta-
rium motum; cuius causa ut plurimum est materia phleg-
matica in porositatibus neruorum imbibita. item stupor
est morbus officialis, propter quem euenit in sensu tactuali
nocumentum, id est, destructio, aut diminutio cum tremo-
re; si est debilis: aut cum mollificatione; si est confirmatus.
id fit quandoque in sensu; & non in motu. cuius causa est
multiplex saltus demum est motus lacertosus membrorum
mediorum inter leue, & durum habentium concavitatē,
quæ dilatari, & constringi possunt: cuius causa est uento-
sitas inclusa.*

De dispositionibus neruorum.

De paralyfi.

Rubrica. I.

QUIA, ut promissum est in principio cuiuslibet ca-
pituli, poni debet complexio membri, eiusq; ana-
tomia, cuius sunt passiones, de quibus agendum
est in rubricis; hinc, cum principalis intentio sit de læsio-
nibus neruorum; rationabile est, ut de eorum comple-
xionibus, & ipsorum anatomia statim dicatur. sed, quo-
niam, ut Auic. secunda primi primo cap. in curatione ægri-
tudinum neruorum præter quam illorum, qui in facie sunt,
tota intentio esse debet circa partē posteriorem capitis, ubi
est nucha, à qua secundum illustrium medicorum senten-
tiam omnes tales nerui oriuntur; consequens videtur, ut
de ipsa prius, ac de eius complexione peragatur; cum orta
suis attestentur principijs secundo techn.

Nucha est membrum in substantia, in colore cerebro si-
mile à parte posteriori capitis vsque ad finem caudæ per
concauitatem spondiliū protensum: est enim, velut clauus
ligans spondilia secundo colli. de iuuamentis spinæ, estque
diuisa in duas partes; ut cerebrum. propter quod potest
contingere paralyfis in una parte tantum. & tu de ea uide
suprà in principio tractatus sexti. & est velata duobus pan-
niculis piæ matri, & duræ matri proportionalibus, à qui-
bus secundum Gilbertum oriuntur nerui immediatè. nam
fila textentia illos panniculos protenduntur in longum, &
sic fiunt nerui motiui. est complexione frigida, & humida,
ut Gale. primo complexionum ultimo cap. ad finem, &
prima primi de complexionibus membrorum. Aristo. ta-
men secundo de partibus animalium cap. ix. assumit ipsam
cap. complexionis ad contemperandam cerebri frigidita-
tem: sententiæ cuius maximè cum supportatione præfe-
renda est medicorum sententia. ex quibus apparet satis
aperta esse hæc tria; complexio, anatomia, & nuchæ de-
scriptio.

Neruus sic à Conciliatore describitur differentia quar-
ta: Neruus est substantia subalba ad flectendum habilis; &
ad separandam dura; quæ organum sensus secundum me-
dicos existit & motus, cui, si additur complexione frig. &
sicca; habetur, quod intenditur.

PARALYSIS itaque consequenter describatur, quæ est
dispositio nuchæ, & neruis attinens, de quibus dictum est.
paralyfis dupliciter accipitur: cõmuniter, & propriè. pri-
mo quidem modo significat mollificationem cuiuscunque
partis: propriè verò medietatis totius corporis sensus, &
motus priuationem. aliquando tamen dicitur paralyfis
ablatio sensus, & motus secundum totum, quod idem sit
apoplexiæ, quod nomen ostendit; dissolutionem enim di-
cit. differt autem paralyfis à stupore, & tremore; quia
in ea est sensus, & motus ablatio; sed in stupore sensus debi-
litas; in tremore verò motus. sunt etenim hæc dispositiones
paralyfis primæ. nosce quoq; in ipsa minorem oppilationē

A interuenire, q̄ in tetano; deinceps in spasmō, ac demum in
tremore, stupore, ac saltu; & ideò in illis non tolluntur sen-
sus, & motus omninò. hæc Conciliator differētia. clxxxij.
ex his colligitur descriptio eius propriè assumptæ, & est.
Paralyfis est mollificatio medietatis corporis totius cum
priuatione sensus, & motus, cuius causa est fm plurimū ma-
teria frig. & hu. non multum grossa. dicitur medietas; quia
quæ est vnus digiti tm̄, vel brachij tm̄ est paralyfis cõmu-
niter accepta. & dicitur particularis, sed dicitur paralyfis;
quia læsio partis, scilicet medietatis. & dicitur uniuersalis;
quando est totius medietatis. dicitur cum priuatione sen-
sus, & motus ad differentiam spasmī tremoris, & cæterarū
neruofarum ægritudinum, ut dictum est, de quibus in du-
biis. dicitur cuius causa; quia etiam à mala complexione
sine materia frig. & hum. contingere potest. item à sangui-
ne, & rarò; & melancholia plus; nequaquam verò à cho-
lera sola. item potest fieri à causa primitiua; sicut est casus,
percussio, attritio, neruorum incisio per transuersum, dis-
locatio, ira, timor, superfluum gaudium, & huiusmodi. di-
citur non multum grossa ad differentiam materiæ spasmī,
respectu cuius dicitur subtilis, ut infra de spasmō.

B CAUSAE. Ex causis eius sunt primitiue, antecedentes,
& coniunctæ. primitiue; ut aer frigidus, & humidus. item
statio in sole, deinde subito ad locum frigidum uenire, ut
suprà de apoplexia. item stare sub radiis solis, & lunæ, &
maximè habentibus capita repleta. crapula, & superfluitas
in potu, ocium, & dimissio exercitij. item exercitiū forte
super fortem repletionem factum, & similiter balneum su-
per repletionem factum, somnus superfluus, & animi mala
accidentia, item casus, & percussio, spondilium dislocatio.
& breuiter, quæ faciunt oppilationē in via transitus spiri-
tus motiui, & sensitiui ad membra; sicut constrictio ex liga-
tura, cuius solutio soluit. item casus, & percussio; propte-
rea quia fluit ad locum humor oppilans; quia in originibus
neruorum, & sic fit prohibitio transitus spiritus. itē & apo-
plexia quandoque est in causa. item scito, q̄, quādo fit per-
cussio, siue incisio nerui secundum, longitudinem; nō im-
peditur sensus, & motus: sed bene, quando fit ex transuer-
so, siue fm latitudinem. & hoc; quia in hoc casu impeditur
transitus, spiritus, & non in primo.

C Causa antecedens est mala complexio frigida, & humi-
da, aut humor grossus, & uiscosus, aut compositionalis; ut
strictura meatuum, propter quā prohibetur transitus spiri-
tus, ut dictum est. mala etenim complexio frigida contra-
ria est spiritui, & ipsum immobilitat, & cum humiditate
membrum stupefacit. contrarium operatur cali. & sic. cõ-
plexio ubi fuerit in ultimo; ut in hectica: nam omnis im-
moderata qualitas deiicit actum propriæ uirtutis.

Causa coniuncta est ipse humor oppilans.
SIGNA demonstratiua satis manifesta sunt, ut dicit Ha-
ly. nam, cū aliquis se mouere non valet, aut vnum, aut plura
membra ex suis, & sensum illius membri, aut membrorum ami-
serit; incurrisse paralyfim pronūtiamus. Rasis tertio Almaf.
pulsus paralytici est debilis, siue occultus, & frequens, &
sine ordine propter debilitatē uirtutis. urina alba, & q̄q;
rubea propter debilitatem renū in discernendo sanguinē,
aut ratione odoris, aut rōne feb. latus infirmum cõsueuit
esse frigidum, & sanum calidū, & solito calidius; quia spiri-
tus in maiori quantitate ad latus mittitur propter oppila-
tionem in infirmo, & minoratur aliquando oculus.

D Si fuerit ex casu, & percussione, & huiusmodi; sciunt in
iudicio patientis.

Si occultat causa ex sectione; quia neruus sit profundus;
cognoscitur; qm̄ subito accidit, nec confert ei regimen.

Si ab apostemate; comprehenditur statim.

Si ab humiditate expāsa; sentitur humiditas in membro
paralytico.

Si à grossitie neruorū; fit difficultas reuersionis mēbri
à contractione, cū laboret in ipso æger, si est possibile, aut
faciat illud alius ad dilatationem, & mollificationem. neq;
est membrum leue, sicut in paralyfi absoluta.

Quòd, si fuerit à mala complexione frigida, & humida;
non accidit subito, & iudicatur per tactum, & per impri-
mentia in ipsum.

Et, si sit successione aliarum ægritudinum; ut cholica februm acutarum, & huiusmodi; significat illud ægritudo, quæ præcessit.

PROGNOSTICA. Si paralyfis citò accidit, & non conferat ei regimen; quia est à sectione illatum, uel transuersum, uel ex ruptura, uel contractione, uel dislocatione spondilium; incurabilis est. imò Auicem. paralyfis uerò eueniens à remotione spondilium mortifera est secundum plurimum. quòd, si paulatim procedit ad melius, & ei regimen conferat; curabilis est. unde in diuisionibus si mollificatio remaneret secundum suam dispositionem, neque minuitur; tunc curatur, & loquitur maximè de ea, quæ est à percussione, de qua Auicem. Si autem est à percussione, aut à casu; tunc cura eius est praua. & illa, quæ fit ab actu contrahente neruos uehementer; quandoque sanatur: si autem superfluat; non est spes, ut sanetur. & nono Almanfo. Paralyfis ex percussione, uel casu, si taliter permanserit; nunquam enim sanabitur. paralyfis est in sene periculosior, quàm in iuene propter uirtutis debilitatem, & in sene nūquàm, uel magna difficultate curatur. si puero febricitanti urina appareat uiridis; significat paralyfim futuram, aut spasmodum. tremor ueniens in paralyfi bonum feb. superueniens paralyfi bonum. si membrum paralyticum minoretur, aut color immutetur ualde; malum: & sic non est spes in curatione. terminatio paralyfis ad ægritudinem rarò accipit; sed ad paralyfim est permutatio ex apoplexia, epilepsia, colica, præfocatione matricis, & febribus secundum semitam crisis.

CVRA. Canones seruandi sunt sex; ordinatio diætæ, digestio materiæ, euacuatio eiusdem, diuersio, confortatio, materiæ derelictæ resolutio.

PRIMVS completur cum regimine debito sex rerum non naturalium. ut primò aer declinet ad contrarium causæ; quia secundum plurimum causa est frigi. & humi. debet aer declinare ad calidi. & sicci. quòd fiat cum igne in camera ex lignis conuenientibus; ut iunipero &c. secundum qualitatem, & potentiam ægrotantis. cibi calidi, & sicci conuenientes eligantur, ut suprâ tractatu tertio, & statim etiam post positos canones ex eis plures memorabuntur. primis tribus diebus diætâ utatur ualde subtili; ut aqua mellis, & aqua hordei, quæ potest fieri magis, & minus nutritiua, ut suprâ tractatu tertio de ea. & si uirtus tolerat; sit contentus hac diætâ usque ad. xiiii. Auicem. sed hic aduerte, quòd tanta supercreuit hominum gulositas, & opinio uulgarium, & mulierum præcipuè in uirtute sustentanda, quòd hanc diætâ, neque ægrotantes, neque astantes patiuntur. loco itaque eius oportet uti iusculis hordei in aqua decoctionis cum zuccharo ru. & panata cojata cum zuccharo eodem, aut brodio cicerum aut brodio pulli parui non pinguis cum zuccharo. & est & iam aduertendum, quòd præter hæc oportet in diætâ ipsa duo principaliter considerare. primum, quòd ista diætâ minuatur, ingrossetur, elongetur usque ad terminum datum, & abbrevietur infra terminum secundum materiam peccantem; nam phlegma subtiliori indiget diætâ sanguine. secundum, quòd consideretur, si feb. adest, aut non; nam existente feb. remissiora cadentur, & fiat calidiorum conueniens cum frigidis rectificatio. & tu considera. & dictum fuit, si toleret uirtus; quoniam, si non tolerat; cibandus est carnibus auium leuib. Auicem. &, quia hominibus hodierni temporis statim uidetur in principio morbi cuiuscūque, quòd uirtus cadit; hic statim apud nos Italos administratur contusum pulli, & præcipuè cum masticatio est aliquantulum ægro tediosa, aut difficilis. ista tamen moderanda sunt à discretione medici ut dictum est. in summa uerò toleret famem. unde Placentinus. Non est melius in cura paralyfis, quàm fames, & ieiunium, & cibus declinantibus ad siccum utatur, digestionis proportionatis. & inter alios, quibus utimur in secunda mensa, maximè commendantur grana pini, quibus uti potest, & confectis, & non confectis ut suprâ de eis secundo tractatu.

Potus eius sit aqua mellis, in qua, si uidetur, decoquatur salua, & est potus plurimum modernorum: aut aqua hordei cum salua. quòd, si non posset bibere aquam mellis, ut

plures inueniuntur, aut aquam hordei; fiat aqua decocta, & multum cum zuccharo. item, si mel noceret; loco eius utatur zuccharo ru. &, si non uult sentire aliquod dulce; bibat ipsam plurimum decoctam, & ab ea frigida omninò abstineat; nam ipsa nocet neruis Auicem. secunda tertii primo cap. in fine, & infra. omne in frigidatum potentia. & propterea omne acetosum stipticum lædit eos. unde in de cura eius. Acetum uerò est ex his, quæ sunt neruis nocibiliora. item toleret sitim nec saturet, & uino abstineat, & de hoc in dubiis. uinum quidem ad acetositatem in frigidatum resoluitur super repletionem facta. & a coitu plurimo abstineat. exercitio utatur, ut infra in ultimo canone. gaudeat, & lætetur.

SECUNDVS completur cum digestiuis appropriatis phlegmati, de quibus suprâ quarto tractatu, quibus addantur, ut diximus, quæ dirigunt eos ad neruos, de quibus post; nam secundum exigentiam materiæ digestiua collige. in phlegmatica uerò nullum est ita proprium, ut syrupus de stœcados; immò Auicem. maximè commendat usum stœcados redacti in puluerem in forma pilularum omni die assumpti, cuius dosis. 3. i. aut cum aqua mellis alleg. cap. & Mes. in hoc capitulo auctoritate iudei. syrupus de stœcados est medicina mirabilis conferens omnibus ægritudinibus neruorum frigidis; & ponit descriptionem eius ibi: quæ non uidetur ita sublimis, sicut magistralis à Mes. posita distinctione quinta antidotarii: & datur cum aqua roris marini. alii dant cum aqua saluæ, & est syrupus ulualis, & bonus. alius Gentilis. Reci. acori. ʒ. ii. stœcados arabici, passularum. ana. ʒ. i. xylobalsami, carpobalsami, roris marini. ana. ʒ. ii. bulliant in aqua usque ad consumptionem tertiæ partis, deinde cum zuccharo fiat syrupus clarificatus. alius Mundini pataui, & efficax. Recipe acori. ʒ. ii. stœcados. ʒ. i. calamenti, origani, ameos, seminis fœ. cinnamomi. ana. ʒ. iii. hyssopi. ʒ. i. radicem fœni. petrosil. sparagi. ana. ʒ. ʒ. saluæ, melissæ, bethonicæ, gariofilatæ. ana. M. ʒ. bulliant, & cum zuccharo fiat syru. ista tamen plus ualent in statu, & declinatione; non autem in principio neque in augmento. consimiles plures potest curiosus medicus ex se formare habita notitia simplicium in hoc casu conferentium, de quibus patet.

ET ACCEDO ad tertium notandum. primò, quòd in principio oportet incipere à leuioribus; in fine uerò uti fortioribus, & in medio mediocribus. unde Auicem. secunda tertii primo cap. & oportet quidem, ut à faciliore incipias, & gradatim peruenias ad illud, de quo est uirtus æqualis, & de cura; & non properes in usu medicinarum fortium in principio rei; immò tarda usque ad quartum, & septimū. quòd, si ægritudo fuerit fortis usque ad. xiiii. & de his in dubiis, & in cap. de tortura. & sequendo circa ea, quæ plurimum inueniuntur in principio, ponantur clysteria leuia; ut Reci. maluæ, mercurialis, uiol. rutæ, stœcados, centaureæ, blitis, & cum oleo communi, & sale. &, si uis, addantur furfur, hierapigra, hieralogodion: item electuarium de baccis lauri, casia, ut uidebitur expedire. quidam maximam habent fiduciam in acoro, quem in omnibus, & per omnia ponunt, & benè. clyster efficax, quâdo fit interpolatio ab aliis euacuationibus; educit humorē crudū, & uiscosum. Reci. ficlæ, furfuris. ana. lib. i. ʒ. meliloti, anisi, radicem maluæ, mundatarum, chamæmillæ. ana. ʒ. iii. caricarum numero. xv. foenugræci, carthami. ana. ʒ. i. ʒ. pulpæ colloquintidæ, carui mundati. ana. ʒ. ii. centaureæ. ʒ. iii. bulliant in lib. iiii. aquæ usque ad consumptionem lib. i. ʒ. & cum oleo antiquo, sale, & melle fiat clyster: nam potest adhuc leuius fieri, ut suprâ, & fortius. item, si multum constipatus fuerit; fiat prius linitium ex maluis, uiol. bliti, mercuriali, ruta ipsis benè expressis addito oleo plurimo, aut brodio pingui arietis, uel capitis eius, aut gallinæ cum casia. & semper consideretur canon positus scilicet; consideretur, si adest febris, aut non. item, si cupis fortius; addatur colloquintida; ut, Reci. rutæ utriusque, calamenti, origani, stœcados, centaureæ. ana. colloquintidæ interioris, hierapigræ, agarici. dosa ut expedit. & scito, quòd agaricus est de singularibus medicinis in hoc casu. unde Auicem. secunda tertii primo capitulo in fine. scias, quòd agaricus confortat

fortat neruos calefaciendo, & purgando. patet itaque, quo modo leuia fortia, & mediocria clysteria confici possunt. & tu considera.

Prosequor in euacuatuiis, quæ per os sumi habent. & quoniam medicinæ in forma pilularum conuenientiores sunt, ut supra de soda; hic ponantur pillularum descriptiones nostro congruentes proposito. pilulæ leues descriptione Almanf. de dolore stomachi, quarum initium est. Recip. florum squinanti, xylobal. item pilulæ de hiera simplici. item Recip. ligni aloes, calami aro. xylobalsa. gariofil. nucis mus. zinzibe. spicæ, galangæ, croci, cinnamo. absin. menthæ, apii petroselini, scœnu. sileris montani, leuistici. ana. 3. i. myrrhæ. 3. 5. rhabarbari ad pondus omnium dictorum, aloes ad pondus rhabarbari, & aliorum omnium, & cum uino odorifero fiant pilulæ. mediocres autem sunt pilulæ de hiera cum agarico, uel de hiera composita Gal. quas scribit Nico. item pilulæ de assa foetida, item pilulæ arabicæ descriptione Mes. fortes sunt pilulæ de euphorbio, pilulæ foetidæ maiores descriptione Mes. pilulæ de oppopanaco. Mes. Aliæ Recip. euphorbii, colloquintidæ, agarici, serapini, bdelli. ana. 3. i. aloes. 3. ii. 5. mastice. 3. i. conficiantur cum syru. de stœcados. & istæ sunt fortissimæ, & usus earum excoriat. dosis est à 3. 5. usque ad 3. i.

De electuariis. Electuarium de dactylis, siue diaphinicon, cuius usus est securus, & expertus. item electuaria euacuata phlegma dicta supra de soda phlegmatica additis, quæ eorum uirtutem ducunt ad origines neruorum. item pro rusticis, & non potentibus accipere &c. diaturbith, & diarrhodon cum agarico. item confectio de diaciton. item Mes. distinctione tertia, ubi præparetur, ut phlegma solum, uel multo plus ducat. item electuarium, quo utebatur Gentilis in passionibus neruorum, cuius descriptio Recip. acori, stœcados. ana. 3. ii. passularum, radi cum scœnic. petro. ana. 3. i. centaureæ minoris, colloquinti. hermodactyli ana. 3. 5. fiat decoctio, de qua accipiat lib. i. mellis lib. i. addat agarici. 3. i. turbith. 3. 5. diagridii. 3. ii. 5. feminis ani. piperis longi, zinz. ana. 3. i. spicæ. 3. 5. fiat electuarium; cuius dosis est à 3. i. usque ad sex. item ualet hiera abbatis descriptione Nico. item confectio alfefera Mes. distinctione tertia, & datur post sex menses à 3. ii. usque ad quatuor. multa talia componi possent, ut patet, sed non postergatur agaricus, ut supra. consimiliter dicendum de suppositoriis, ut fortibus, & minus fortibus, de quibus supra de soda phlegmatica, atque apoplexia. confert etiam sæpe uomitus, qui fiat facilis fortior, & mediocris: nam de eo supra de soda, de subeth, scotomia, & infra de uomitu. & tu ibi require.

Si autem euenerit à sanguine, à quo rarissimè contingit aut ab humore sanguini commixto; fiat phlebotomia, digeratur, & euacuetur, ut supra de soda sanguinea. phlebotomia tamen fiat diuersua: & si potest fieri per unam diametrum; fiat: si non; operetur medicus, ut sua cognoscit prudentia; scilicet per duas.

Si à melancholia; digeratur proportionabiliter, & euacuetur cum appropriatis, de quibus in de soda melancholica. sed scito, quòd phlebotomia ex se non uidetur conferre, sed multum nocere neruis: ipsa quidem spiritus resoluit, & neruo infrigidat. unde Auicen. secunda tertii primò capit. & prima phlebotomia plurimum eis nocet.

Quartum complementum fiat cum caputpurgiis, sternutatoriis, masticatoriis, gargarismatibus, de quibus supra de soda phlegmatica. caputpurgia autem, & sternutatoria sunt ad hanc ægritudinem uehementis uirtutis; purgant cerebrum, & à parte diuertunt Mes. de paralyti. & Auicen. de cura eius; & licet de his plenè dictum sit supra de soda phlegmatica; tamen hic addentur alia. Caputpurgium forte, & mirabilis effectus. Recip. castorei. 3. i. condisi, piperis, ciclamini, pulpæ colloquintidæ, baurach, euphorbii, fellis bouini exiccati. ana. 3. iii. fiant ex eis collyria, & seruentur. & cum uti uolueris; resoluantur unum in aqua maioranæ. sed nota, quòd dictum est supra de soda phlegmatica; quia timetur læsio nasi. masticato

riis fiant formæ ex nucibus, stassifragia, & mastice; deponunt phlegma mirabiliter. & ista consimilia fiant præcedentibus purgationibus.

Quintus compleatur cum embrochis, unctiōibus, cerotariis, emplastris, confectiōibus, uentosis. unde prius aduertatur canon, quòd emplastra unctiōes, & huiusmodi debent applicari parti posteriori, ut supra in principio. unde Auicen. de cura huius inquit. & oportet, ut ponantur medicinæ in cura eius in quocunque loco acciderit super loca percussione, & super principium, ex quo ingrediuntur nerui mouentes membra paralytica. positio enim medicinarum super membrum paralyticum est ex eis, quæ non afferunt iuuamentum, de quo fit curandum. & tibi quidem inest cognoscere originem neruorum. embrochæ fiant ex rebus conferentibus neruis proportionabiliter, ut de embrochis capitalibus supra dictum est. conferentia autem statim dicentur. embrocha, & multum magnificatur eius operatio. Recip. uulpem euisceratam, & fac cum pelle eam bullire usque ad dissolutionem membrorum, & fiat inde embrocha. ualent etiam embrochæ dictæ supra de soda phlegmatica, & lotio capitis cum eisdem rebus cum lixiuio. unctiōes fiant ex oleis; ut sunt oleum uulpinum Mesue &c. olea, de quibus post unguentum. Recip. ceræ citrinæ. 3. ii. olei de narcisso, olei de lilio ana. 3. vi. myrrhæ, oppopanaci. ana. 3. i. castorei. 3. vi. euphorbii. 3. iii. fiat unguentum, de quo ungatur latus. aliud, de quo habita est experientia. Recipe olei multum antiqui lib. i. ceræ ru. 3. ii. liquefiat cera ad ignem cum oleo, & desuper eiciatur euphorbii. 3. i. castorei. 3. 5. fiat unguentum. aliud, de quo experientiam habui. Recipe anserem unum anni unius, & ultra euisceretur, & mundetur cum uino, deinde accipiat medius gattus, scilicet partes posteriores. similiter media uulpis, & pistentur omnia cum ossibus suis, & addatur terebentinæ, bdelli, serapini, rasinæ, uermium terrestrium exiccatorum. ana. 3. 5. misceantur omnia, & impleatur corpus anseris: & si una non sufficit; sint duæ, & ponantur ad assandum cum lignis iuniperi probobilibus, aut lauri. & si pro pauperibus; cum fermentis uitis, & primum aquosum proiciatur, reliquum usui referuetur. notanda tamen sunt hic duo: primum, quòd ex dictis, & dicendis possunt confici unctiōes uariæ, ut patet, quæ debent moderari, ut dictum est secundum facile, forte, & mediocre habito respectu ad ætatem, tempus anni, uirtutem, sextum. idèd in multiplicationes eorum supersedeo. secundum, quia in his semper aliquid acetati addatur, ut melius penetrent iuxta canonem Auicen. quarta primi primo ca. paragrapho primo. & si interea fuerit ægritudo.

Sed, anteq̄ de cerotariis, emplastris, aliquid ponatur; attendendus est can. Auicen. de cura eius, ubi inquit. cumq; sensus est debilis; plurimum forte nocet, & non sentit illud & ducit ad læsionem, & ulcerationem fortem. oportet ergo, ut in omni studio ab illo caueatur, & ut consideretur dispositio impressionis emplastris: nam, si non rubificat, & inflat, & cutem non pertransit, & separatur compressione digitorum subtili, & albificatur locus eius; tunc impressio non pertransiuit cutem. & si rubificatio est magis fixa, & caliditas magis apparens; tunc reitera. modus uerò cognoscendi in hoc est, ut auferas emplastrum omni hora, & consideres dispositionem. si ergo necessaria est ablatio; remoue: & si necessaria est reiteratio; itera. quod debet intelligi permiximè de emplastris, ac cerotariis, quæ super membrum læsum ponuntur. ualent in hoc casu emplastrum de sinapi Mesue, emplastrum uulpinum Mesue. & ex dictis oleis cum pulueribus rerum appropriatarum dicendarum, & dictarum possunt fieri, & uariari emplastra, & consimiliter cerotaria addita colophonia. cerotarium conferens ualde. Recipe myrrhæ, oppopanaci, usneæ, sauinæ, melegretæ, amygdalarum amararum, castorei, gumme, rutæ agrestis, thuris. ana. 3. ii. feminis agni casti, pirethri, galbani, euphorbii. ana. 3. i. gummi pini. 3. vii. olei cucumeris asinini, olei laurini quantum sufficit, & potest fieri linimentum, quod super membrum læsum extendatur.

Practica. S. N 2 aliud

aliud expertum. Recip. euphorbij, piperis, hyssopi humida, armoniaci, croci, olibani, castorei, terebentina, oppopanaci. ana. 3. iij. storacis. 3. ij. ceræ citrinæ lib. 5. olei antiqui lib. iij. terenda terantur, & gumma dissoluantur in uino, & misceantur, & super membrum læsum ponantur. radix lilij, ireos, super membrum emplastra, aut cum ea fricatum est optima, & singularis medicina. item bulliat euphorbium in fœce vini, quidam eum bulliunt in amurca olei antiqui, & ex eo inungatur occiput vsque ad spondile necessarium: est sublimis medicina, & sublimior fœce, ut existimo.

Confectiones, zinzi. conditum, acorus conditus, & est sublimis. diacalamentum, diamuscum dulce Mes. ut infra, pineæ conditæ cū zuccharo. Recip. zinzi. galangæ, gariofil. ana. 3. i. nu. mus. macis, zedoariæ, croci. ana. 3. 5. se. anisi, cardamomi. an. 3. ij. pinearum. 3. 5. acori. 3. ij. 5. piperis longi, corticum citri. ana. 3. ij. zucchari quantum sufficit, & aromatizetur cum musci granis duobus, & ambræ granis tribus. dentur mane. 3. ij. post bibendo parum vini lymphati, vel mediocre. & cum vadit dormitum; detur ad quantitatem auellanæ, & sine potu. alia, & singularis. Recip. secacul, pinearum mundatarum, radicem acori. ana. 3. ij. mellis lib. iij. 3. iij. secacul, & acorus prius elixentur, & fortiter exprimantur, & si elixentur in uino, melius si non adest febris; deinde misceantur cum melle ipsis prius pistatis incisis, deinde super proiiciantur pineæ, & misceantur: ultimo puluerizentur cum his. Rec. piperis nigri. 3. iij. 5. piperis lon. gario. macis. an. 3. iij. nucis mus. galangæ, cardamomi. ana. 3. iij. dosis. 3. 5. vsque ad vnam mane, & sero. Vfus castorei in omnem modum ualdè confert; sed est ualde abominabilis. inquit Mes. auctoritate Galeni. Theriaca, & mitridatum cum aqua saluæ conferunt omni tempore, in principio quidè, & ante purgationem; quia digerunt, & subtiliant materiam, & permutant malitiam complexionis frigida, & cōferunt post purgationem; quia residuum materiæ resoluunt. habent etenim hæc iuuamenta manifesta in ægitudinibus neruorum, hortaturque Gal. ad accipiendum ex his singulis diebus usque ad. 3. i.

De ventosis uerò dicendum, quod ipsæ multum conferunt, quando super membrum læsum ponuntur attentis octo, quæ elegi ex Auicē. de cura paralytis: primum, quod ponantur super capita lacertorum. secundum, quod non ponantur cum scarificatione; nam euacuaretur sanguis, cuius retentio queritur. sed nota, quod ex earum applicatione sequeretur attractus multus; tunc necessaria esset aliqua remissio, ut Auicē. ibidem. tertium, quod non ponantur, nisi post purgationem; ne materia superflua ad partem trahatur. quartum, quod ponantur, ut calefiant lacerti. quintum, quod sint stricti orificij; ut melius applicentur. sextum, ut sint cum multo igne, & successione; ut fortius trahant, & citò remoueantur. septimum consideretur, si paralytis est multa; & tunc ponantur super diuersa loca. si autem paralytis est pauca; ut uerbi gratia, in manu tantum; tunc sufficit earum positio in vno loco coniunctim, vel super capita neruorum, ut super locum, à quo nerui manus oriuntur. octauum, quia in ultimo ponantur pix, & gumma pinis quia confortant, & retinent sanguinem attractum, Auicē. puluerizando ea super membrum.

Sextus perficitur balneis, siue æstuariis, balneis quidem naturalibus, de quibus supra tractatu secundo. item artificialibus cum his positis supra in syrupis, & aliis de quibus infra. æstuariis autem siccis, & non humidis: unde experimentum habui de balneis naturalibus, & de fumo eorum, siue de æstuariis siccis à fumo eorum proueniētibus, reperique multo plus conferre æstuarium siccum, quam humidum, ut in comite Carmignola. & ideò dixit Auicē. & iuuatur balneo sicco longo. unde & Ioannitius; Conferunt stuffæ, & balnea sine aquis. Mesue, sed tamē post fricationem in balneo sicco conferunt aquæ thermarum. idem: & huiusmodi sententiæ fuit Gordonius de paralyti. sed maximè notandum, quod ista non conueniunt, nisi post purgationem, & purgationes, & versus declinationem. unde Auicē. Et post euacuationes, & iuuamenta ab eis, quibus utuntur iuuamenta balneo sicco longo, aut bal-

neis, & in fine rei, & post euacuationes, & ubi est necessarium resolvere. & Mesue auctoritate Ioannitij. in fine quidem rei conferunt stuffæ, & balnea sine aquis. post uerò exitum à balneo ingrediatur lectum, & sudet, deinde exicetur, & ungetur ex unguentis confortantibus, ut supra. deinde administretur confectio, aut electuariū neruos confortans. confert & maximè, cum est in balneo; ut super caput eius præcipuè in parte posteriori recipiat aquam ex alto per cannulam. aquam dico balneorum naturalium, aut artificialium, ut supra, ut tres, vel quatuor fistulas pro uice. & cum membrum redit; fac ipsum exercitari mouendo; uerbi gratia, brachium sæpe, manū, vel aliud luctando, iactando, uociferando, constringendo, & dilatando sæpe ipsum.

Et, licet promissum sit seriatim ponere neruos confortantia; tamen, quia in syrupis positis, & aliis receptis, etiā plurima colligi possent; hinc paucis sic seriatim positis, & necessariis contentus ero. confortantia sunt, abrotanum, althæa, armoniacum, anacardus, aqua sulphurea, aluminosa, aqua maris, astrolochia, artemisia, assa, betonica, blanca Nico. carui, castoreum, cerotum alexandrinum Mesue. colloquintida, costus, cordumeni, confectio de musco Mesue nimis esus eius curat paralytis, maiorana, mel, mummia, nux indica, oleum de piperibus, oleum de cinnamomo, oleum de citro, oleum laterinum, oleum uulpinum, oleum de costo, oleum de terebentina, oleum de synapi, oppopira Nico. oleum de pirethro Nic. peonia, confectio pirethri Mesue de epilepsia, confectio anacardina Mesue de ægitudinibus neruorum, diambra Auicē. in quinto tractatu tertio, diacalamentum, diacastoreū Nico. euphorbium cum oleo linitum, ieusemi, laurus, lepus, scilla, spica, pineæ, pinguedo gliris, pilulæ de serapino Mesue, pilulæ foetide Mesue de cura paralytis, pilulæ de euphorbio, Potio sancti Pauli Nico. ruta, sauina, syrupus de stœcados, theriaca, unguentum de bdellio Mesue, unguentum basilicon Mesue, unguentum marciaton Nic. hiera Rasis, hieralogodion. Auicē. in quinto tracta. 2. hierapigra abbatis Nico.

CVRA. si contingerit ex casu, & percussione, & cæteris causis; tunc in qua est spes, oportet in principio facere phlebotomiam diuersuam timendo apostemationem neruorum; deinde regatur, ut supra, & ponantur emplastra, unguenta super membra, aut membra læsa. emplastrum optimum. Rec. farinæ fœnugræci, seminis been, seminis maluæ, maluauisci, resinæ, armoniaci, bdellij, adipis anatis, ceræ. ana. & cum oleo de lilio fiat emplastrum secundū artem pistando pistanda, eliquando &c.

MULTI, ac plures commendant ex auctoribus inductionem fe. in hoc casu. ego quidem uereor prouocare; quia eam remouere non est eius arbitrij, cuius est prouocare. ideòq; cum cæteris singularibus remediis dictis per transeo; nam corpora hodierni temporis sunt ita repleta quòd &c. in prouocando tamen febrem duplici utimur uia; primò exhibendo medicinas per os; secundo eas ad extrā applicando. per os, ut dando theriacam, mitridatum, confectioem anacardiam. Rasis nono Almanso. quam ipse hoc in casu commendat castoreum, synapis, & cætera huiusmodi electaria calida, faciendo ipsa continuare, & tenendo patientem in loco calido. ad extrā uero applicamus olea calida ualdè, supra memorata unguenta, & emplastra calida. unguentum. Recipe olei petrosilij, siue de costo, siue laurini lib. i. pinguedinis leonis, aut anseris. 3. iij. sinapis. 3. i. bulliant ad consumptionem duarum partium. aliud. Recipe aliquod ex oleis dictis, deinde piperis, pirethri, euphorbij. ana. 3. 5. puluerizentur, & bulliant in prædicto oleo vsque ad consumptionem tertiæ partis. modus operandi in talibus est, ut ex oleo, vel unguento tali calefacto inungas pulsus, tempora, loca emuncteriorum, hypochondria, & in uiris pudibunda; in mulieribus uerò mamillas. aliqua alia pouentur in capitulo sequenti huic proposito ualentia. debet etiam cibari rebus calidis; sed meo iudicio omnia alia prius cōplenda sunt, quam hic tontetur modus.

Febris ut prouocet.

De spasmo.

Rubrica. 2.

S P A S M U S est ægritudo neruosa, qua mouentur lacerati ad principia sua, & inobedientes sunt in dilatione, & eius causa secundum plurimū est materia phlegmatica grossior, quā in paralyfi, & maximè de repletione. & dicitur quā mouentur; ut hic accipiamus spasnum pro ægritudine neruosa contractiua ad differentiam tetani. & dicitur & eius causa, primò; quia etiam à materia sanguinea, & melancholica potest contingere; sed à melancholica rarius quia grossa sic penetrare non ualens. quidam dicunt sanguineam facere secundum plurimum spasnum apostemosum: nam sanguis sua leuitate ingrediens musculos, & apostemans implens uillos ipsos abbreviat secundum longum; licet eos amplificet secundum latum. cholericæ uerò rarissimè, & forte magis mordicatione sua, quā repletione spasnum facit. secundò dictum est ad differentiam malæ qualitatis sine materia; ut est caliditas uehemens, & siccitas: nam accidit etiam spasmus de inanitione facta à qualitate excedente; ut est caliditas superflua, uel siccitas, frigiditas, & est spasmus ut plurimū pueris adueniens, & consequenter urentibus: contrahitur enim in casu neruus sicut corrigia igni exposita. fit & quandoque à superflua frigiditate congregante neruum, & lacertum & inspissante ipsum, & contrahitur ad caput suum.

Tertiò dictum est ad differentiam spasmi non proportionati ad materiam facti scilicet à punctura rei uentosa; ut scorpionis, punctura rei acuta, à dolore, quem Gal. quinto apho. commen. primo uocauit spasnum per colligantiam, consensum me, quem ad spasnum de inanitione reduxit: quod tamen dictum aliquibus non placet. uis ex assumptione uenenosa, aut calida, frigida, aut aliunde ex materia uenenosa percepto nocumento in ore stomachi, & cerebro per neruos reuersiuos comunicato sequitur talis spasmus, ut quinto apho. commento primo. & in secunda tertii de spasmo.

C A U S A E. Spasmus itaque diuiditur in anteriorem, & posteriorem. in anteriori uerò; quia in parte anteriori fit contractio anteriorum lacertorum, & extensio posteriorum: & e contra in potestriori contractio in posterioribus, & extensio in anterioribus: & sic tollitur contradictio inter Auicem. & Haly. quia uidetur dicere Haly. quòd spasmus in anteriori fit cum compassione posteriorum nō quidem cum contractione; sed cum extensione, & qui fit in posteriori secundum commentum Pisani, dicitur opisthotonus; quia fit super spinam, & qui in parte anteriori emprosthotonus, & qui totum occupat, dicitur tetanus, ut infra. cum enim humiditates replent neruos; dilatantur nerui ipsi, & curtantur secundum longum; quare lacertus, ad quem mittebatur neruus, contrahitur uersus originem, & sic curtatur membrum, & efficitur impotens ad debitam extensionem, sicque causatur spasmus de repletione. spasmus autem de inanitione fit exiccata humiditate nerui, aut lacerti. quare corrugatur, & contrahitur. item fit spasmus per colligantiam à matrice, uesica, & à stomacho comunicato malo uapore ori eius. item à materia uermium, nam nocumento percepto cerebrum in se contrahitur, ad eius contractionem sequitur membrorum contractio. fit & quandoque propter superfluum coitum, item à casu, & percussione, labore nimio, fluxu uentris, apostemate, & huiusmodi. fit quandoque in pueris propter debilitatem cerebri, & neruos, multam etiam corruptionem digestiua, ut tertia primi de ægritudinibus, quæ infantibus accidunt.

S I G N A demonstratiua. quando uides membrum contractum, & frigidum, & nō potest reduci ad suam dispositionem naturalem; tunc illud dicas spasmatum. quòd si subito id sano accidit; iudica secundum plurimum esse à repletione: quòd, si paulatinè euenit, & post febres, & labores, & inanitiones ex parte totius fluxus, & huiusmodi; tunc iudica illud esse de inanitione, & talis consueuit euenire absque dolore, aut cum remisso præterquam in nostro proposito ipsum sub eadem inanitione collocando, ut qui esset ex punctura, mordicatione cholerae in ore stomachi, & huius-

A modi. qui autem ex repletione uenit cum dolore satis intenso; cum autem membrum ad se cito redit; ut cum uentositas est in causa; non iudices spasnum uerè; ut in oscitatione, & singultu. quandoque euenit, quòd pulsus eorum est debilis, durus, undosus, & inordinatus.

Vrina aliquando colorata propter febrem, quandoque discolorata materia habente raptum ad superiora.

Quòd, si fuerit à sanguine; signa sanguinis apparebunt. & similiter de aliis humoribus, de quibus signis sæpe.

Quòd, si fuerit ex potu ueneni, aut alterius causæ primitiua; scitur iudicio patientis. & cum pleuresis, squinantia, aut phrenesis conuertitur ad spasnum; scitur per signa propria.

P R O G N O S T I C A. Spasmus de repletione facilius curatur, quā de inanitione; quoniam facilius est rem humidam exiccare, quā siccā humectare, ut quarto de ingenio sanitatis; immo cura, quæ est ex siccitate, est praua. spasmus de ellebro mortale. spasmus post uulnera mortalis. spasmus de inanitione mortalis. spasmus post febrem mortalis. si aliquis fuerit multum inanitus propter aliquam causam, & ei superueniat feb. & febre superueniat spasmus; talis est incurabilis; quia est de inanitione. spasmus de repletione aliquando accidit post feb. materia existente multa, & talis curabilis est. spasmus pueris accidens febrientibus, ut plurimum est de repletione; quia sunt ingluuiosi. spasmus ex punctura pessimus iuxta illud tertio techni, Nerui, & tenues punctura spasmus facilius accidit pueris, ut quandoque ex fletu solo, ita & facilius curatur; sed annum ultra difficile accidit eis, & ita de difficili curatur. si patienti spasnum quartana superueniat; soluitur spasmus. & de apho. prognosticis de spasmo habes in fine capituli: & tu ibi.

C V R A. in spasmo humido, siue à repletione feruentur canones idem, qui dicti sunt de cura paralyfis: nam, si est sanguis peccans; fiat phlebotomia, ut ibi; sed non fiat extractio sanguinis oīno necessaria; sed retineatur propter spasnum; ut sanguis resistat spasmo. quòd, si fuerint alii humores, præcipue phlegma; utantur clysteribus fortibus, & solutiuis cum canonibus ibidem positis, emplastra, unctiōnes, ut ibi. tina ex aqua sulphurea, aut artificialiter facta ex sulphure, sale, & cinere maxie conuenit, & magis æstuarium cœcum factum cum lapidibus ignitis extinctis cum uino, & non fiat mora in ea propter debilitatē uirtutis; sed pone multitudinem numeri loco longitudinis spatii. fac itaque eum bis sedere in ea die Auic. embrochæ super caput fiant. item aduertendum, quòd, si fuerit spasmus in parte anteriori, & maximè faciei; debent embrochæ cerotaria, & unctiōnes syncipiti applicari. ubi uerò fuerit in parte posteriori; occipiti, uentosa etiam super loca notata de paralyfi magnificè conferunt. & si materia est pauca; sint sine scarificatione: si uerò multa; fiat scarificatio propter materiam attractam, ut de paralyfi. quòd, si nō fieret scarificatio; esset mortale. ecce periculum grande, nec quilibet sic mensurare sciet. quare non nisi expertus in eis applicandis securetur. non multiplicentur usus earum, neq; sic citò applicentur, sed successiue, & caueatur, ne loca uentosa infrigidentur. estque attendendum, quòd cura spasmi non patitur dilationem propter fortitudinem nocumenti, & necessitatis operationis membri. & ideò citò medicamina applicentur, nec fiat dilatio; ut in paralyfi dictum est: nam paralyfis dilationem sustinet, ut patet. item nihil æquè conuenit in cura spasmi de repletione, ut feb. superueniens. unde Hipp. 57. apho. 4. sectionis. Qui à conuulsione, aut distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur. & Auicem. de cura eius. prouocatur autem febris, ut in paralyfi. aliud Recip. castorei, assæ foetidæ. ana partem unam, mellis par. ii. misceantur. dosis est, ut auellana una. continuetur, ut dictum est. theriaca, & mitridatuma sunt ex solemnioribus medicinis in cura humidi. item maxime conuenit calefacere salem, & super originem neruorum ponere. sternutatoria autem maximè cōferunt, de quibus dictum est. item selsio in aqua decoctionis pellium uulpinum magnificè commendatur. tu tamen sis attentus canoni supra in principio curæ paralyfis, si adest feb.

aut non . item stet æger pellibus uulpinis , aut lupi inuolutus , ungetur membrū læsum cum oleis dictis de euforbio , liliorum alborum , uulpis , spicæ nardi . sed diligenter aduertendum , quòd , sicut dictum est supra , materia spasmi est grossior materia paralytis : & ideò in principio nõ debemus fortibus resolutiuis uti , cum materia amplius ingrossetur resoluto subtili , sed debemus primis duobus diebus uti mollificatiuis ; deinde ad resolutiua procedere .

Mollificatiuum ualens in hoc casu . Recip . mucilaginis , seminis lini , seminis foenugræci . ana . 3 . ii . butyri recentis , axungia anatis . ana . 3 . 5 . olei sisfami , amygdalarum dulciũ . ana . 3 . i . olei de lilio . 3 . i . ceræ modicum . fiat unguentũ . aliis uerò diebus utatur resolutiuis oleis , & unguentis , & interponendo mollitiua , & sic continuet pluribus diebus , & in fine puris possemus uti resolutiuis .

Et consimiliter fiat de ablutionibus , & balneis , ut prius fiant mollificatiua cum malua , bismalu , foenugræco , semine lini , althæa , & optimum est balneum uulpis , ut supra de paralyti . & est notandum , quòd tres sunt axungia conuenientes in hoc casu ; uulpis , uulturis , & urfi . leonis uerò axungia se . inducit . sic enim succinctè pertransiuit ; quoniam cura huius spasmi maxima sui ex parte ex cura paralytis perficitur . & tu considera .

CYRA . in spasmo sicco , quem quidam de inanitione uocant , generalis canon est , ut ex toto medici intentio principaliter sit ad humectandum , & etiam ad infrigidandũ præcipuè in eo , qui feb . sequitur acutam , seu urentem , de quo Gal . apho . quinta , commento primo dixit , quòd est incurabilis ; sed de hoc in dubiis .

Speciales canones sunt , quoniam , si est humor calidus faciens ad consumptionem materiæ , per cuius consumptionem causatur spasmus ; tunc fiat eius euacuatio . cum quibus autem euacuetur talis materia , habetur supra de cura soda cholericæ . & , si digestionem indiget ; ibi recurre pro digestiuis . & similiter quo ad ordinationem diætæ , ut tactum est . diætæ enim ad humidum declinet , quo ad regimen rerum non naturalium . unde eadem seruetur , uel consimilis , quæ in prima specie hecticæ , de qua infra . & in summa nutrimentum conueniens debet habere quinque conditiones : prima , quòd sit facilis digestionis propter debilitatem uirtutis ; secunda , quòd sit facilis penetrationis ; quia uia sunt angustæ ; tertia , quòd sit alteratiuum propter malam complexionem calidam , & siccam inductam ; quarta quæ sit consolidatiuum ; ut fiat melior adhærentia in partibus membrorum ; quinta , quòd sit restauratiuum , siue nutritiuũ ad restaurandum humiditatem , ex cuius consumptione causatus est spasmus . & , si oēs conditiones simul inueniri possunt in uno cibo ; non eligatur super illum ; sed , quando duæ uel tres , uel plures reperiuntur ; adhuc bonus est , si non habet aliunde nocumentum . ex quibus sequitur , quòd aqua hordei excorticati benè decocta est multum conueniens .

Infertur secũdò , quòd aqua hordei , in qua decoctæ sunt testudines nemorales , est maximè cõueniēs : quod quidam in hoc casu habet pro secreto . infertur tertio , quòd oua sorbilia cum aqua alterata sunt hoc in casu conuenientia . infertur quarto , uinum lymphatum esse & c . quintum , quòd aqua carnis distillata , ut conuenit , est etiam conueniens . & consimiliter inferatur de lacte primò mulieris , secundo asina , tertio capræ , ubi non adfit feb . & præcipuè putrida .

Utaturq ; oleo amygdalino dulci cũ zuccharo , lacte amygdalarum dulcium , auenato , hordeato .

Alius canon . cõfortatio membri , & malæ qualitatis remotio . ista autem complentur cum oleis , unguentis , cerotariis , emplastris , lotionibus , embrochationibus frigidis , humidis , de quibus ad plenum supra de soda cholericæ .

Olea & c . uiolatum , nenupharinum , salicis , & huiusmodi ex quibus fiant unguenta ut supra . balnea in hoc casu sunt conuenientissima ex aqua dulci , in qua decocta sunt uiol . nenuph . salix , folia myrti , malua , cucurbitæ , & post exitum ungetur dorsum , siue origine , ut supra , & membra læsa . item tina ex lacte si fieri possit , est optima . item conuenientissima , & singularis est ex oleo , in quo bullita si uiola , malua , & huiusmodi frigida ita tamè , quæ oleum sit tepidũ & nullo modo calidum . & ex aquis tinarum , uel olei , ut

dictum est , fiant lotiones capitis , & embrochæ ; debet enim in balneo teneri , quousq ; membra uidentur tumefieri ; deinde debent ungi ex oleis dictis , aut unguentis ; ut Reci . oleorũ uiolati , nenupharini , de salice . ana . 3 . 5 . mucilaginis psyllii , quo , si uelis ; potes hic uti continuè mucilaginis , draganti , gummi arabici . ana . 3 . i . axungia gallinæ , anseris , medullæ uituli . ana . 3 . ii . fiat unguentum molle .

IN FACTO uerò p puncturam à re uenenosa occurratur cũ bezoar ueneni illius theriaca , mitridato , saluia , aristolochia rotunda , gentiana , baccis , lauri , & huiusmodi .

IN FACTO uerò per puncturã clauis , aut ligni acuti , aut alterius talis rei , tunc ponitur super formẽ oleum feruens de euphor . uel cũ euphor . uel oleũ solũ , aut terebentina accesa distilletur in formẽ , aut membrũ ipsum si sit habile ; ponat in oleo feruentis ; ut , si esset digitus , pes , uel manus , & hmõ . & maximè quando orificiũ uulneris est angustũ ; tunc queratur uia aperiendi ipsum iuxta illud . Nerui , & tenuis pũctura quidã præsumunt magis in principio applicare oleũ ro . calidum , ut supra studentes , & benè in remotione doloris cum unguentis , aut emplastris , & tandem perueniunt usque ad applicationem stupefacientium ; si cætera non prosint .

Vbi notandum , quòd in spasmo contingente ex dolore absque uulnere in principio debemus cum anodinis procedere ; ut uerbi gratia , Reci . oleo ros . & c . & applica cum petia . uel sic . Recip . medullæ panis calidi infusi in oleo uiola . & facta expressione ponatur super locum . uel sic . Recip . olei ros . 3 . iii . aquæ ro . lib . 5 . uitellorum ouorum recentium fortiter agitatorum numero quinque , misceantur , & in eis infundatur faldella stuppæ canapis , & expressa superponatur . aliter . Re . panis de frumento infusi in lacte uaccino per horas . ii . uel . 3 . uel plus , ut uidebitur , uitellorum ouorum recentiu infusorum per tatum temporis in olei ro . uiola . an . ii . lactis tantum adde , quantum sufficit pro emplastro , & tantum super locum tepidum pone . aliud & optimum . Rec . farine seminis lini , foenugræci . ana . florũ chamæmillæ , seminis anethi , & cum maluaisco fiat emplastrum , moderabis ut statim infra de canone , & applicet calidum . stupefactiuum . Recip . olei rosacei . 3 . 2 . opii . 3 . i . iusquiami , papaueris albi . ana . 3 . 5 . corticum mandragoræ , seminis apii . ana . 3 . i . terantur , & cribrentur , & misceantur cum oleo addito modico aceti : nam , si cætera non conferunt ; applicetur ultimò hoc stupefactiuum , & super ipsum ponatur emplastrum . ubi uerò fuerit uulnus , & fuerit cæcaturum ; tunc incipere debemus cum exiccantibus resoluentibus materiam malam ; ut sunt oleum de euphorbio ; terebentina , & cætera supraposita . & queratur apertio , ut dictum est . si non fuerit cum uulnere magno ; procedatur cum anodinis dictis emplastro , & unguento cum oleo de chamæmilla , de semine lini calidi . circa quæ notentur tres canones : primus consideretur complexio ægri , particula patientis & habitudo ; nam in complexionem frigidam , habitudine carnosa phlegmatica debent calidiora applicari ; ut oleum de euphorbio : ubi uerò non ; non ita calida , & sufficit oleum solum aut ros . patet canon considerati . secundus , quòd talia non ponantur , nisi usque ad remotiõnem doloris . tertius , quòd stupefacientia non continuentur ; ne fiat membri mortificatio , ut contigit in Roberto apothecario Paduæ ex consilio tinctoris .

De tetano , Rubrica . 3 .

SEQUENDO , ut in rubrica ponebatur . Tetanos est ægritudo officialis prohibens uirtutem motiuam attractione membrorum , de quorum aptitudine est , ut contrahantur propter nocumentum in lacertis , & neruis , & fit ab eisdem , uel consimilibus causis spasmi ; licet sit morbus magis acutus , & hoc ratione accidentium ; terminantur enim in quarto , ut quinto apho . quidam tamen addunt , quòd etiam materia est acutior ; propter quòd dicitur morbus magis acutus ; sed magis credo primũ . dicitur officialis ; quia in figura : stat enim membrum tensum ; nam nerui , & musculi anteriores , & posteriores stant æqualiter tensi . & in hoc differt à spasmo ; quia tales tantum ad unam partem tendunt ; & ideò membrum stat contractum . item pro nũc teneo , quòd cuzez uerus est tetanus . quidam tamen , ut Placentinus differentia ponit ; nam cuzez semper

per fit à uentofitate grossa, & cum est particularis; uocatur in uulgari nostro granfo. tetanus uerò fit, ut dictum est de spafmo.

CURA. Canones de spafmo hic feruentur. ex omnibus dictis feruentur magis applicatio uentofarum hic, quàm in spafmo super loca debita. item tina ex decoctione uulpis cù pelle, & fit iuuenis, & est magnificè conferens. item usus continuus castorei, clysteria, & euacuantia sollicitentur, sternutatoria, caputpurgia. & studium super omnia fit in custodiendo eos à frigore. in eo, qui per cõmunitatem, oportet attendere membro mandanti cum euacuationibus, & diuersionibus, confortationibus ipsius & cerebri, de quibus omnibus sape.

De tortura. Rub. 4.

TORTURA est morbus officialis in facie, propter què contrahitur pars faciei ad partem non naturalem, & alteratur forma eius naturalis, & remouetur bonitas obuiationis utrorumque labiorum, & ambarum palpebrarum, ex parte cuius causa est, aut mollificatio, aut spasmus laceratorum palpebrarum, & faciei, aut dissolutio, aut chordæ incisio.

SIGNA demonstratiua iam ex habitis nota sunt: signa demonstratiua solùm addita. quòd si ex spafmo est, quòd, illa subito accidat. quòd est ex repletionem, si paulatim maxime quando sequuntur febres, inanitiones, & huiusmodi, est ex inanitione.

PROGNOSTICA. Si sex mensibus durauerit; aut nunquam, aut magna cù difficultate curabitur; cura enim eius praua est. saltus prædicat torturam, & tortura spasmus, aut paralyfim, aut apople. aut epile. si accidat alicui tortura fortis; infra quatuor dies interficit. quòd, si illos trãsiuerit; euadere potest.

CURA ex dictis apparet manifestè, qui canones seruandi sunt: nam in ea, quæ est à paralyfi canones de paralyfi: in ea uerò, quæ est ex spafmo, canones de spafmo, propter què notanda sunt signa distinctiua. nam in ea, quæ est ex mollificatione, non sentitur extensio, & palpebra inferior oculi demissa est, & apparet, quòd meditetur aspiciens inferiora, neque sentitur magna læsio; immò quasi non est sensus nocuenti. & si ex spafmo; sentitur extensio cutis, & destruntur rugæ faciei, & declinat cutis extensa uersus collum. & si, quæritur reductio cù manu; reperitur difficilior multum, & ut plurimum minoratur salua. & si hæc sufficiant; intelligenti tamen pro clariori doctrina aperitur magis, quòd dictum est. & ponendo canones particulares ex parte regiminis rerum non naturalium feruentur omnia, ut dictum est, in duabus præcedentibus rubricis: locus tamen eius sit tenebrosus. ex parte uerò digestionis consimiliter. ex parte uerò euacuationis nota, quòd, sicut Auic. uult hic in prima die nihil debemus facere, & si natura fuerit sicca, sed secunda die fiat lenitium, & leue natura existente sicca. ex quo comprehendendo, quòd natura non existente sicca non debemus mouere usque ad quartum, aut septimum, & causa est materiæ cruditas. dixit enim ad quartum, aut septimum, quia in materiæ aliquando citius, aliquando tardius apparent digestiones. item quia in eo tempore timetur nocuentum ex dispositione fluxus materiæ per pharmacum amplius agitata. sed differt aliquis contra Auicem. in capitulo de tortura in fine inquit. consideretur ergo, an torturæ associentur accidentia apopletica, epileptica; quia incipit ab euacuatione forti. dicendum, quòd ante quartum, aut septimum regulariter non debemus cum medicina forti operari propter materiæ cruditatem &c. licet coactè quandoque contingat, ut in casu, uel aliter. quòd licet dixerit incipit; tamen non dixit ante quartum, aut septimum: nam quædam materiæ cuius aliis digestionem recipiunt ex quo, & citius euacuationi consentiunt. si uerò ex spafmo contigerit; procedatur in principio: si fuerit ex sanguine cum phlebotomia etiam uenarum, quæ sunt sub lingua facta euacuatione prius, ut supra de spafmo, & post purgationes, & non antè fiant gargarismata deponentia materiam. unde Auic. intendere ad gargarismata est nocēs. & consimiliter dicatur de sternutatoriis, orationibus, uaporationibus, & omnibus huiusmodi materiam habentibus euacuare, ex quorum applicatione non præcedentibus purgationibus timetur attractio materiæ crudæ ad locum, & non speratur eius resolutio, de quibus omnibus supra de soda, & de paralyfi.

Confortatio loci primò fiat cum lenificatiuis; deinde cù resolutiuis, ut de spafmo dictum est, & in hoc multi errant; nam mollitiua debent prius poni, ut Auicem. de spafmo, & cura torturæ; deinde procedatur ad resolutiua, & debent medicamina applicari super spondyles ceruicis, & super mandibulam etiam, & super quam dicitur in dubiis. fiant fricationes capitis tempore uacuitatis, & ieiunij, & maxime conferunt leuiter factæ cum panno tepido in æstate, & calido in hyeme. & de maxime conferentibus est ablutio asidua faciei cum aceto, & maxime in declinatione, & præcipuè, si in eo decoctum fuerit sinapis, etiam si decoquatur stœcados. item cortex superior nucis indicæ cum succo maioranæ in caputpurgiis laudatur. item succus siclæ, & succus ciclamini. ex masticatoriis laudatur nux musca. pithrethrum, & acorus. & dixit Rasis, quòd nux muscata continuè teneatur in parte, quæ torta est. sternutatoria addito castoreo, aut nigella. confert uentofarum applicatio super spondyles absque scarpellatione, & super eosdem rubificationum medicinarum appositio, de quibus quarto tractatu. item speculetur tortus sape in speculo, & maxime chalybeo: quòd præcipuum habetur in casu, & credo; quoniam de uitro non fit speculum planum, in quo facies sub sua qualitate figuratur; sed benè de chalybe; & ideò tortus in speculando in eo melius comprehendit sui reductionem. item confert ad hoc pulsare cum cornu, aut cum tuba. si autem non conferunt; ultimum remedium est cauterium factum supra uenas, quæ sunt post aures. postremò adde cerotarium parte posteriori applicandum. R. oppopanaci. ʒ. ii. radicum acori, casto. zinzibe. nucis mus. ana. ʒ. i. terebentiæ quantum sufficit. puluerizanda puluerizentur, & liquefienda liquefiant, & super alutam extendatur, & maxime cõfert in tortura ex paralyfi. quòd, si uellemus applicare in tortura ex spafmo; oportet addere mucilagines, ut supra de spafmo, & hoc infra; nam materia spafmi est grossa: & ideò, ne resoluatur subtile, & materia amplius ingrossetur; applicamus mollificatiua. si uerò fuerit ex paralyfi; non addantur mucilagines. mollificatiuum in tortura ex spafmo. R. mucilaginis, foenugræci, seminis lini. ana. ʒ. ii. butyri loti sine sale. ʒ. ʒ. axungie anatis. ʒ. i. olei amygdalarum dulcium. ʒ. ii. olei de lilio. ʒ. i. ʒ. zuchari albisimi lib. i. fiat, & detur præcedente euacuatione mane, & sero. unc. ʒ. item ad hoc ualeat acorus conditus Mesue distinctione quarta &c. supra ut diamuscum Mesue. consilium est quidam curare torturam dando de hiera Hermetis quotidie continuando longo tempore.

De tremore.

Rub. 5.

TREMOR est morbus officialis ueniens propter defectum uirtutis motiua à motu lacertorum secundum compar grauitati intromittenti sua motionem motionem uoluntariam: quare commiscetur motus uoluntarii cum motibus non uoluntariis. cuius causa secundum plurimum est materia phlegmatica in porositate neruorum imbibita. dicitur propter defectum; ut differat à stupore, qui causatur propter defectum uirtutis sensitiua, ut infra. dicitur secundum compar; quia membrum in situ suo non potest remanere propter pugnam, quæ est inter grauitatem naturalem membri ipsum ad inferiora trahentem, & uirtutem motiuam ipsum ad superiora eleuantem. dicitur cuius causa; quoniam etiam ex inanitione, & spirituum resolutione causari posset, ut in conualescentibus, & hecticis: nam natura debilitata membrum regere non ualeat. ad istam etiam reduncitur causa eius ex animæ accidentibus, ut eius, qui est ex timore, aspectu rei profundæ, & ceterorum: trahuntur enim ad intrã spiritus relictis membris exterioribus, aut ad extrã mouentur inordinatè. propter quod &c. ex quibus infertur, quòd hic sermo est de tremore, qui est in febribus ab aliis dictus rigor. item dicitur, quòd ex potu uini superflui, & acuti dominio frigiditatis superflua causari potest, similiter à satietate nauseatiua, ocio superfluo; hæc enim omnia inducunt in membris oppilationem in neruis motiuis

Tremor hinc idem quod grecis τρομος nuncupatur.

Practica. S.

N 4 tiuis

Tremor
parua pa-
ralyfis.

tuus, quæ non sufficiunt facere paralyfim completam, sed tantam faciunt, quòd spiritus nequeunt benè penetrare: hinc debilitatur motiua uirtus, & accidit aliqualis comparitas, ut ita dicam, inter uirtutem motiuam, & grauitatem naturalis membri; & idè tremor dictus est parua paralyfis sequendo eum, qui est ex causa frigida, & humida. & est tremor quandoque in toto, quandoque in membro uno, quandoque in pluribus. & causa erit, aut quia causa non est in ramis nuchæ; sed erit in ramis neruorum manus; aut quia causa erit in nucha, sed expellit eam ad loca propinquiora, & natura conseruat nucham, aut uirtus, & spiritus inferior est fortis; quia se notabiliter defendunt.

CAUSAE. Et, licet aliquid de causis dictum sit; pro nunc tamen tantum dicatur, quòd causa aut est in instrumento, aut in uirtute, aut in utriusque. exemplum primi; ut cum uirtus debilitatur ex aspectu rei terribilis, aut ex loco alto, aut transitu super trabem altam, aut ex uerecundia, aut ex ira, angustia, timore, ut, cum ducitur quis ante principem, & huiusmodi animæ accidentibus. in his enim omnibus aut resoluitur spiritus, aut retrahitur, aut motus eius diuersificatur, aut propter dubitationem uacillat. similiter ex nimio contingit coitu. exemplum secundi; ut cum accidit ex mala complexionem, uel mollificatione lacerti ex potu nimio. & ebriosis contingit nimia repletio, exercitii omissione; licet enim spiritus penetret ad membrum; non tamen inuenit complexionem conuenientem suæ operationi. item contingit propter frigus, aut malam materiam pungitiuam per lacertos penetrantem. exemplum tertii patet ex habitis; ut cum accidit nocumentum perueniens ad uirtutem, & ad ipsum membrum ex parte frigoris, & similia. & in summa tremor fit ex causis paralyfis; sed ex debilioribus ita dicitur parua paralyfis, & uulgares trem. paralyticum dicunt.

Signa demonstratiua manifesta sunt.

PROGNOSTICA tremor in senibus non curatur. tremor in sinistra deterior, est quam in dextera. Aui. tremor labij inferioris uomitum signat. a causone habito tremor superueniens soluit. sed aduerte, quia Gal. uidetur non credere huic apho. Aui. tamen eum laudare uidetur.

CURA. Canones seruandi sunt hi, qui dicti sunt de paralyfi, & spasmo, ut Aui. de cura eius. & licet ita sit; uerum tamen memorabo sub breuibus in hoc casu conuenientiora. diæta, euacuatio, digestio, & confortatio fiant, ut supra; balnea ex aqua maris, sulphurea, nitrosa, & cineritia sunt hoc casu conuenientissima, de quibus tract. ij. item balneum igneum, ut pefitio ægrotantis in fimo usque ad tolerantiam mensuratam, item positio eius in cineribus calidis: unctioes ex oleis dictis, oleo costino, & oleum de andachoca habet in casu mirabilem proprietatem: item sessio eius in tina ex oleo calefacto, & in iuribus capitum arietis: item posito uentosarum super spondilem primam sine scarpellatione, & si fuerit sanguinis peccatum cum scarpellatione. syrupus de stœcados, & stœcados puluis, ut tenet, maximè in tremore commendantur. item syrupus mellinus cum castoreo uersus declinationem, & declinatione magnificè, ac potenter ualet. ex euacuatibus commendantur summè pilula cochia descriptione Rasis. ubi notandum, quod interpositione dierum in assumendo solutiua, uel pilulas inuenio diuersitatem magnam. Aui. autem hic ponit quòd. x. dies debemus interponere: Zoar uerò libro primo tract. 2. capi. 7. interponit spatium duorum dierum: Rasis uerò nono Almanfo. de paralyfi interponit tres dies; hæc enim diuersitas, ut credo, consurgit ex diuersitate iudicii extimatiui medicorum. pilula in tremore mirabiles. R. castorei, pirethri, cassia. ana. 3. i. sinapis, pulpa colloquintida. ana. 3. i. i. hierægra. 3. i. i. confectio optima in tremore. R. myrabolanorum nigrorum. 3. i. s. saluia. 3. v. olibani. 3. iii. s. cyperi, calami aro. ana. 3. ii. s. confice cum passulis enucleatis, & fiant forma, sicut nuces, sanant, si Deus uoluerit. electarium Gēttilis ad tremorem. R. saluia domestica, rosmarini, acori. ana. 3. 5. fiat decoctio, in qua ponatur croci. 3. 5. zuchari li. i. addatur pinearum. 3. i. zinzibe. xyloaloes, nucis mus. macis cardamomi. ana. 3. 5. fiat electarium. dosis. 3. ii. syrupus Galeatij de sancta Sophia. R. radicem acori, stœcados. herbae

paralyfis, satureia, maiorana, ruta, saluia, camedreos, camepitheos, calamenti, mentastri, origani. ana. M. s. fiat decoctio, & addatur mellis quantum sufficit, & fiat syrupus, cui in fine addatur puluis hic. R. cinnamomi, garyophyllum, & cubeborum, macis, nucis mus. feminis peonia, piperis nigri & longi, calami aro. zinzibe. spicæ, anisi. ana. 3. i. ligetur in pecia lini rara, & aliquantulum bollantur in syrupo, & fortiter exprimantur.

Si uerò fuerit ex debilitate uirtutis; restauretur bonis cibis: unde in tremore inter ceteros cibos maximè comendatur cerebrum leporis assatum, quo assidue uti debet.

Si ex hectica; regatur, ut hecticus; à frigida tamè aqua abstinendum: maximè etenim nocet neruis, ut supra.

Si ex potu uini, ebrietate, superfluo coitu, accidentibus animæ; ab his abstineat omnino, & omnia per sui contrarii inductionem expellantur. & cerebrum confortetur cum aromaticis ex epithematibus, unctioibus, & huiusmodi calidis, frigidis, temperatis, ut exigit dispositio: & tu eidem cerebro sis sollicitus etiam cū odorationibus, & huiusmodi. postremò scitò, quòd multitudo phlebotomiæ nocet. Aui. quod sanè est intelligendum, non existente multitudine sanguinis: patet intelligenti.

De stupore.

Rub. 6.

STUPOR, qui improprie à multis paralyfis nominatur cum Auice. sic describitur. est morbus officialis faciens euenire in sensu tactuali nocumentum. s. destructionem, aut diminutionem cum tremore; si est debilis: aut mollificationem; si est confirmatus. & dicitur apud uulgares nostros dormitio. ubi notandum, quòd aliquando contingit nocumentum in sensu, & non in motu, quando. s. neruus deferens spiritum sensitium est alius numero à deferente motuum; & hoc sapissimè accidit, ut in quarto de accidenti. & Auice. hoc loco, & experientia docet, quòd hoc membrum stupidum, ut pes, aut manus, sine obdormitatum mouetur. & in stupore debili est ablatio, seu corruptio sensus tantum; sed in forti est ablatio sensus, & motus.

CAUSA quandoque est in uirtute, quæ debilitata est, aut ex feb. uel syncopi, uel quia est prope mortem, aut in instrumento; quia corrumpitur complexio eius ex frigore, potu medicina, morsu scorpionis, tactu piscis, qui dicitur berile facientis grossitudinem in spiritu, qui est instrumentum uirtutis, aut accidit ex morsu serpentis, aut balneo nimis calido, aut ex feb. intensa, aut propter grossitiam instrumenti; quia nerui, aut neruorum, quare spiritus non penetrant. aut propter oppilationem ex apostemate, uel coarctatione, & ligatura, uel ex dolore, quandoque ex siccitate, quandoque ab humiditate coarctatur meatus. unde ex causis primitiuis sunt aer frigidus immobilis, & nimium humidus ingrossans, nimia quies, nimium exercitium resoluen-do spiritum. & idè exercitati plus dormiunt. balneum superaniens, cibus frigidus, & humidus, uel lactuca: item calidus uaporosus; ut allium, porrù, cœpe, crocus, cassia lignea, potus uini uaporosi. item medicina stupefactiua; ut opium, mandragora, iusquiamus, papauer. antecedens est mala complexio frigida, & humida materialis autem humor actu oppilans, qui quandoque est sanguis grossus, aut phlegma grossum, aut melancholia grossa, aut paucitas spirituum, aut motus eorum ad aliam partem propter necessitatem complendam, ut propter maturationem apostematis.

SIGNA demonstratiua stuporis sunt manifesta iudicio patientis. quòd, si fuerit ex sanguine; signa apparebunt sanguinis, & consimiliter de signis aliorum humorum dicatur. & hic addo signa quædam distinctiua inter ipsum & somnū innaturalem, inter ipsum & suffocationem matricis, inter ipsum & lethargiam, inter ipsum & apoplexiam, inter ipsum & epilepsiam, inter ipsum & syncopim, cum quibus omnibus conuenientiam habere uidetur & maximè stupor uniuersalis, qui est totius corporis, & non unius membri tantum. & hunc stuporem uniuersalem uocauit Viaticus stuporem mentis, & Gal. secundo de accidenti, & morbo, nocumentum uirtutis regitiuæ, imaginatiuæ appellauit. somnus innaturalis est tempore somni, stupor in uigilijs. in suffocatione, quia est in muliere tantum, & patiens subito cadit

dit ad terram, intelligit, cum uocatur, trahit genua versus faciem; stupidi autem non. lethargia autem semper est cum feb. maximè si est vera, & cum apostemate; stupor autem sine utrisque. apoplecticus caret sensu, & motu omnino; stupidus autem non.

Epilepticus subito cadit, & est inordinati motus manibus, & pedibus. iterum spumat ore, stupidus autem non.

Congelatus iacet oculis apertis, stupidus oculis clausis.

Syncopatus subito cadit, est discoloratus propter retractione spirituum, & citò reuiuiscit; stupidus autem non. & ex his apertius colligi possunt signa demonstratiua.

PROGNOSTICA. Stupor nuntiat apoplexiam, epilepsiam, spasmus, paralysem. & omnis stupor membri cum perseverat, & fit fortis; annuntiat paralysem illius membri, aut spasmus. Stupor faciei nuntiat torturam, stupor, qui durat, & non remouetur euacuatione, deinde sequitur vertigo, nuntiat apoplexiam. consuevit stupor succedere pleuresi, peripleumonix, sifsen frigido.

Stupor adueniens cerebro si continuauerit semper; iudicandum malum.

CURA. canones. primus, q̄ in cura stuporis debemus procedere cū facilioribus, quàm in cura paralyfis; & ideo dicebat Rasis nono Almanfo. de stupore. curatur autè hæc passio ex aliqua parte medicinarum paralyfis. & Auic. & cura quidam est in tremore eadem, qui tamen per curam paralyfis curatur, ut supra; fortiori enim ægritudini fortior debetur medicina. apho. commento. paralyfis. n. stupore fortior existit. propter q̄ in diætâ, & cæteris seruentur, quæ de paralyfi dicta sunt, & moderetur iuxta medici discretionem. ueruntamen, si signa ex sanguine multo ipsum præcedant; comprehendemus; ut inflatio quidem, grauitas corporis, uenarum repletio, faciei rubedo &c. tunc fiat phlebotomia vltima; nam aliquando ipsa sola in hoc casu curat stuporem. & phlebotometur uena, quæ magis deseruit illi membro. quòd, si fuerit in toto repletio magna sanguinis; prius phlebotomia basilicam, deinde cephalicam, deinde familiarem membro stupido, & tu non obliuiscaris applicare localia non solum membro stupido; sed originibus neruorum, ut supra. notandum tamen, q̄ exercitium membri stupidi, & assiduatio motus eius maximè loquendo de stupore ex causa frigida, & humida, de quo est sermo principalis, est ex melioribus curis. itè maximè confert vsus croci, siue carthami in enematibus. si autem ex aliis contigerit causas; cura fiat per contraria; nam talis cura habet, ut plurimū specialia capitula, ad quæ oportet recurrere. & super omnia attende confortationi per intus, & extrâ applicatis confortando. s. membrum, & uirtutem.

De saltu. Rubrica. 7.

SALTUS, siue iectigatio est motus lacertosus membrorum mediorum inter leue, & durum habentium concauitatem, quæ dilatari, & constringi possunt; cuius causa est uentositatis inclusa. dicitur mediorum propter cerebrum, quòd sua leuitate non saltat, aut iectigat. item & propter ossa, quæ & si habent concauitatem; tamen non sunt dilatabilia; ut stomachus, uesica, cutis, palpebre, myrach; facies & huiusmodi. & hunc saltum plures appellant iectigationem, quidam palmos.

CAUSAE. Et ex causis primitiuis sunt aer frigidus, cibi, & potus frigidi, & uentosi; quoniam à uentositate est, quod manifestat eius resolutio. item & accidentia animæ; ut gaudium, ira, tristitia, & huiusmodi, quæ possent esse causa conuertendi humorem in uentositatem, siue uaporem. causa antecedens est humor aptus in uentositatē conuerti. coniuncta ipsa uentositatis: unde communiter, & secundum plurimum fit in corporibus frigidis ex causis frigi. & potu rerum frigidarum. unde Auic. Et causæ quidē saltus sunt uirtus infrigidatiua, & humida materia.

SIGNA demonstratiua sunt nota: nam quādoq; extrâ uidentur membra moueri; ut supercilia, oculorum cutis, & quandoque totum corpus. & uidi in fratre Gabriele de Mediolano ordinis fratrum minorum de obseruantia. & aliquando est particularis in altero membro tantum; ut in brachio, uel manu, uel brachiis, uel manibus, & huiusmodi. ad intrâ sentitur motus manifestus in membro aliquo;

A ut stomacho, diaphragmate, splene. & differt ab iectigatione; quoniam in iectigatione est motus deambalatiuus per membra, & motus vermicularis, & accidit ut plurimū inter carnem, & cutem; sed in saltu mouetur membrum motu satis notabili se eleuando. item secundum aliquos cum non differant ex parte causarum, differunt secundum intensum, & remissum. item potest dici, quòd saltus est dispositio attributa membro organico; iectigatio autem simplici.

PROGNOSTICA. Saltus corporum annunciat apoplexiam, & cuzezi. & saltus quando perseverat in myrach annunciat melancholiam, & epilepsiam. saltus cum in facie perseverat; nuntiat torturam. & saltus, qui est sub cinctorio quāq; significat apoplexiam in uelaminibus; quoniam est de concomitantibus ipsum.

CURA. Canones seruandi.

B Primus ordinatio diætæ, & in hoc canone consistit magna pars curæ. & omnino uitentur frigida, & congelantia, & huiusmodi: multiplicatio cibi, & reliquorum, à quibus potest uentositatis generari, & contrariis. s. uentositatem carminantibus uti, de quibus supra secundo, & tertio tractatu.

Secundus digestio materiæ, quæ in uentum conuertitur: quæ est ut plurimum phlegmatica. cum quibus fiat, habetur supra tractatu quarto.

Tertius euacuatio eiusdem: ubi nota, q̄ à facilioribus est hic incipiendum.

Quartus resolutio eiusdem, uel illius, quæ remansit, aut malæ qualitatis impressæ remotio cū æstuariis siccis, balneis naturalibus, unguentis, uentosis, cauteriis, cōfectionibus. unde Auic. Et sedant eum calefacientia, & uaporantia. & utere oleis resolutiuis, & incipias à debiliore, & pueni ad id, quod est fortius. castoreo quoque cum sambuco inest proprietas in hoc capitulo. & hæc de his.

D V B I A,

Dubia quinq; de paralyfi.

D V B I T A T U R primò circa capitulum de paralyfi, an in omni paralyfi sit ablatio sensus, & motus; dicendum primò, quòd in omni uera, & completa paralyfi est ablatio sensus, & motus: in non completa uerò, aut non uera est aliquando motus, & non sensus: & hoc uoluit Auic. de paralyfi, cum dixit. Paralyfis uerò quædam est, quæ est crisis cholericæ, & multoties remanet cum ea sensus: quoniam materia est cum ea in neruis motus, & non sensus; aliqui uerò sit ablatio sensus, & non motus; ut in stupore, qui tamē parua paralyfis à multis dictus est. nota, q̄ paralyfis differt à spasmus; quoniam in paralyfi membrum elongatur. secundò infirmum trahit sanum: tertio materia est diffusa per totum membrum: quartò, quia plus est de materia humida. quare plongetur s̄m longum, & curatur s̄m latum. in spasmus uerò est econtrâ: nam in eo sanum trahit infirmum, & materia est magis imbibita, & coarctatur in foraminibus membrorum. item in spasmus est materia minus aquosa, & magis grossa.

C Vtrum uinum competat in paralyfi. Conciliator differentia. 194. aut materia est cruda, & in fluxu; & tunc non competit; quia eâ facit magis fluere: aut materia digesta, & factæ sunt purgationes; & tunc uinum paucum antiquum confert; quia materiam resouit, & exiccat. paucum; quia multum noceret Auic. antiquum; quia magis calefacit, & exiccat. utrum tamen dari debeat lymphatum, aut non, consideretur ætas, consuetudo, & dispositiones aliæ hoc indicantes. ualet quàm maximè in casu uinum saluiatum; quia tempore uindemiæ cum saluia bullitum.

D Vtrum sit properandum cum fortibus in principio, uideatur q̄ sic: quoniam Ras. ix. Almanf. cap. de paralyfi. item cuius curâ incipiemus cum pilulis foetidis: illæ autem sunt fortes, ut supra. item in apoplexia incipimus cum fortibus; sed quædam paralyfis potest præfocare per priuationem motus lacertorum, pectoris, & diaphragmatis. in contrarium Mes. Auic. hic. item in cura torturæ, de qua minus uidetur docet Auic. tardare vsq; ad quartum, & vsque ad septimum: ergo. dicendum. prima conclusio, q̄ regulariter in principio non est cum fortibus festinandum: patet; quia talia materiam agitat: siue sint digestiua, siue euacuantia

Vinū saluiatū quō cōficiatur

evantia uirtutem deiciunt. Secunda conclusio. coactè si paralyfis, aut spasmus minetur subitam mortem propter nocumentum neruorù anhelitus; possemus à fortibus inchoare. ad primum debet intelligi præmissis alijs leuibus; quia illud est principium curæ fortis. ad secundum patet. & si arguitur, quanto morbus est fortior, tanto magis festinamus cum medicina forti, quarta primi. i. capit. dicendum, quòd paralyfis de materia phlegmatica est morbus non acutus; & ideò in usu medicinarum fortiorem oportet expectare digestionem, & quanto magis frigidior, & grossior tanto magis. & quanto magis materia minus grossa, tanto minus; & ideò dictum est usque ad quartum usque ad septimum, & usque ad. xiiij.

V T R V M oxymel competat; quia actu maximè nocet, ut supra. in contrarium Auic. laudat in fine de cura paralyfis. dicendum, quòd oxymel conueniens in hac passione debet esse parum, & parum acetosum ita, ut ponatur acetosum gratia magis penetrandi, quàm alterius causæ: unde sic faciendo mel penetrare est maximè conueniens, & maius est iuuamentum nocumento.

Dubitatur, quis oculus minoratur. quidam respondent, quòd oculus partis non paralyticatus. hic sermo est omnino obuius Ras. xvij. continentis capitulo de mineralibus, ubi inquit. Oculus partis frigidæ est ille, qui minoratur. itè tertia tertij de profunditate oculi idem dicit Auic. Albertus, & sequentes respondent, quòd oculus partis paralyticatus minoratur. & hoc credo uerum; sed de isto infra de profundatione oculorum.

Dubium de spasmus.

V T R V M spasmus de inanitione sit curabilis, quia Auic. dicit, quòd infantes liberantur à spasmus sicco uelociter, qui est spasmus de inanitione. Ras. uix curabilis nono Alman. Mes. uix curatur. Auic. cura eius est praua. in hac materia multi reperiuntur modi dicendi: tamen pro nunc dicitur, quòd spasmus de inanitione secundum plurimum est mortalis comparatus spasmus de repletionem: tamen contingit quandoque ab eo liberari, & præcipuè infantes, in quibus fit à leui causa, & in quibus uirtutes naturales sunt fortes, & humiditate citò reponibiles. aliter, quòd spasmus de inanitione in principio sui est curabilis; quoniam tunc est leuis, & fortis uirtus adhibendo resumptiua; confirmatus uerò omnino incurabilis; medius uerò uix curabilis, & similitudo in tribus speciebus hecicæ. & tu considera.

Et sic patet quid dicendum ad authoritates authorum.

D E tortura dubitatum est, an locale remedium debeat poni super partem tortam, aut super eam, quæ uisa est sana. nam Alexander, ut allegat Conciliator differentia. 189. præcepit locale poni supra partem, quæ apparet sana. item pars sana contrahitur, ut æquet partem paralyticatam, uel spasmatam; sed in eius contractione apparebit torta, & ægra, æquata, & pulchra: ergo, in contrarium Auicem. secunda tertij de tortura, primo. quidam uerò dixerunt in respondendo ad hoc dubium, in quo uarii, & multi reperiuntur modi dicendi.

Oportet præmittere primò, quòd tortura capitur dupliciter: uno modo communiter: alio modo proprie. communiter importat omnem recessum faciei, uel partis eius à situ suo, & sic capiendum patet, quòd quantuncunque parum pars à situ naturali recedat, dicitur torta, & ægra in comparatione saltem, ut supra. proprie uerò descripta est supra. secundò præmittitur, quòd talis tortura quandoque est magna: quandoque parua. exemplum primi, quòd talis media faciens torquetur ex læsione suorum musculorum, aut per paralyfim, aut per spasmus. exemplum secundi, ut quando solus musculus oculi, uel palpebræ læditur oculus, aut palpebra torquetur sola. tertio præmittendum, quòd tortura quandoque accidit ex paralyfi, quandoque ex spasmus. & signa distinctiua posita sunt supra de tortura.

His præmissis ponuntur conclusiones; prima, quòd non super partem tortam capiendum tortum communiter semp est ponendum locale remedium: patet conclusio; quoniam non semper talis est æger, ut infra statim: ergo &c. secunda conclusio, quòd super partem tortam magna tortura ex spa-

E smo contingente ponendum est locale remedium. conclusio persuadetur; quoniam illa pars est ægra: ergo. patet antecedens; quoniam in ea est contractio musculorum: quòd de clarat extensio, durities, & cætera signa posita supra: ergo. tertia conclusio super partem, quæ est uisa sana in tortura magna ex paralyfi contingente ponendum est locale remedium: patet conclusio; quoniam illa est ægra: ergo antecedens patet; quoniam in tali casu pars ægra trahit ad se sanam, in cuius tortione accidit tortura in ipsa; quia recessus magnus à suo situ, & æger non contrahitur; sed solummodo descendit aliquantulum: ergo. unde dato, quòd etiam in descensu pars paralytica recedat parumper à situ suo, quia propter dici possit torta; tamen recessus sanè est tantus, ut in eius comparatione recessus ægrè non notetur, uel saltem non iudicetur, uel extimetur tortura. quarta conclusio, quòd super partem tortam parua tortura ex spasmus contingente non debet poni locale remedium: patet; quoniam secunda est sana; nam in tortura ex spasmus communiter accidit tortura magna: in parte uerò spasmatam, & in sana parua respectu

F illius; quoniam ad contractionem unius partis; uerbi gratia, dextræ fit contractio etiam aliquantis sinistra, ut supra. & dicitur contractio; quoniam in facie possunt cõtingere ueri modi torturæ ita, quòd existente tortura in una parte nõ necessariò sequitur in tortura in altera. & causa; quoniam musculi partium faciei sunt multi; & non necessariò se consequentes in tortura; ut patet ex anatomia: posset enim oculus, aut palpebra dextræ partis torqueri non torta aliqua parte in sinistra, ut supra. & consimiliter suo modo de tortura parua in paralyfi. Conciliator uerò allegata differentia se expediuit in paucis dicens, quòd, si tortura contingit ex paralyfi; pars uisa sana est ægra. & hanc conclusionem dicit uoluisse Gal. quarto de interioribus. ii. cap. §. illo. Lacerto sinistri lateris, in fine capit. si uerò ex spasmus torta est ægra. & hanc dicit uoluisse Gal. allegato loco. §. illo. Si spasmus fiat in aliquo labore. ex quibus apparet, quid dicendum ad dubium. in hac materia posuit Gentilis hanc conclusionem quòd contingens est, quòd pars paralyticata moueatur uersus sanam, quam etiam dominus Bartholomeus de arigna posuit; sed in reddendo causam diuersificati sunt, & dicit Gentilis se hoc uidisse. non exequor in materia tertiæ conclusionis principalis, in qua cadunt uariæ difficultates. paralyfi uerò notauit aliquem Aphor. v. Aphor. xix. frigidum uerò neruis inimicum.

A P H O R I S M I.

De spasmus, & tetano.

Ex. iiii. Sect. lvii. Aphor.

Qui à conclusionem, aut distentionem neruorum tenetur, febre superueniente liberatur.

lxvj. Aphor.

In acutis febribus conuulsiones, & circa uiscera dolores fortes, malum.

lxvij. Aphor.

In febribus ex somnis timores, uel conuulsiones, malum.

lxviii. Aphor.

In febribus spiritus offendens, malum; conuulsionem, n. significat.

Ex. v. Sect. i. Aphor.

Conuulsio ex uulnere letalis est.

ij. Aphor.

Conuulsio ex elleboro letalis est.

iiij. Aphor.

Vbi sanguis plurimus fluxerit, conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

iiii. Aphor.

Ex superflua purgatione conuulsio, aut singultus superueniens, malum.

v. Aphor.

Si ebrius quispiam repente obmutuerit; conuulsus moritur, nisi febre corripiatur: aut, ubi ad horam peruenerit qua soluuntur crapulæ, uocem recuperet.

vj. Aphor.

Quicumque à distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt.

pereunt; si uerò has effugerint; sani fiunt.

xvii. Aphor.

Frigidum autem conuulsiones, distentiones, liuores, rigores febriles.

xxi. Aphor.

Est autem ubi in distentione sine ulceratione, iuuenes bene carnosus, ætate media frigida aqua multa perfusio calorem reuocat. calor autem hæc soluit.

xxii. Aphor.

Calidum suppuratorium, non in omni ulcere magnum ad securitatem indicium, cutem mollit, extenuat, dolorem sedat, rigores, & conuulsiones, & distentiones mitigat, & cætera.

Ex. vi. Sect. xxxix. Aphor.

Conuulsio fit uel ex replectione, uel inanitione, ita uerò & singultus.

Ex. vii. Sect. ix. Aphor.

A profluuiio sanguinis desipientia, ac conuulsio malum.

x. Aphor.

Ab ileo, uomitus, singultus, desipientia, uel conuulsio, malum.

xiii. Aphor.

Ab æstibus fortibus, conuulsio, aut distentio, malum.

xviii. Aphor.

In uigilia conuulsio, uel desipientia, malum.

xxv. Aphor.

Ex medicamento potione, conuulsio, letalis est.

De tortura.

Ex. iiii. Sect. xlix. Aphor.

In febre non intermittente, si labrum, uel oculus, uel nasus, uel supercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiatur, iam debili existente corpore, quicquid horum euenerit; mors proxima.

ARGUMENTVM IN CAP. III.

DIPOSITIONES oculorum, quæ in hoc continentur cap. sunt quinq; & triginta; hoc est, ophthalmia, dolor oculorum unguis, sebel, macula, rubea, tumor coniunctiuæ, duricies coniunctiuæ, cadentes super coniunctiuam, fistula lachrymalis, lachryma, passio corneæ, exitura, & ulcus corneæ, exitus uueæ, & ruptura corneæ, albugo oculorum in cornea, sanies post corneam, dilatatio, & constrictio pupillæ, exitus oculi, profunditas oculorum, passiones palpebrarum quot sint, hoc est, pediculi superciliarum, & palpebrarum, silach, gersse, inuiscatio palpebrarum, inuersatioq; hordeolus, scabies, et pruritus, casus pilorum, pilii inuersi, & additi, dispositiones operationis oculorum, nyctilopa, non uidentes in die, corrupta uisus operatio, ablata operatio uisus, cataracta, & gutta serena. duplex igitur est ophthalmia uera, & non uera. uera est apostema in coniunctiuâ, cuius causa ut plurimum est humor sanguineus. non uera est quædam leuis conturbatio, quæ fit semper ferè à uento, puluere, & cæteris. dolor præterea oculi est tristis sensatio ducta à re contraria subitò, & materialiter, & uehementer imprimete, quæ est mordicatiua, corrosiua super rem calidam; extensiua uerò super uentosam, aut frigidam. unguis porrò est additio coniunctiuæ, aut uelaminis continentis oculum media inter dispositionem carneam, & neruosam, quæ crescit super ipsam coniunctiuam: cuius causa est secundum plurimum humor phlegmaticus crassus, & uiscosus ad oculum descendens. sebel quidem est panniculus accidens oculo ex inflammatione uenarum eius apparètiu in superficie coniunctiuæ, & corneæ: qui fit ob repletionem uenarum à repletionem capitis procedentem. macula autem rubea est punctus sanguinis recentis currentis ad coniunctiuam ex uenis, cuius causa est uel percussio, uel casus, uel uenæ apertio, uel similia. tumor uerò fit aut ex uentositate, aquositate, phlegmate aquoso, aut melancholia. sed fistula

A lachrymalis est ulcus sordidum concauum siue amplum interius cum collositate quadam: exterius uerò stricti orificij in lachrymali domestico contingens: causa cuius est materia uirulenta corrosiua. uerù lachryma est humiditas à cerebro ad lachrymalia oculorum per uenas, aut arterias intrinsecas aut extrinsecas propulsa: id fit ut plurimum ob debilitatem retentiua, aut digestiua diminutè decoquentis. uesica corneæ est pustula aquosa in ea existens clausa inter duas tunicas eius. exitura corneæ est ulcus factum in partibus eius, cuius causa ut plurimum est humor adustus acutus. albugo quidem, siue nebula est albedo apparens in oculo, & præcipuè in cornea, siue concauitate facta ab humiditate phlegmatica in cornea imbibita, quæ ut plurimum uisum obtenebrat. dilatationis pupillæ ut plurimum est humiditas phlegmatica aquosa replens, ac relaxans nucham: constrictio uerò ferè semper est siccitas. exitus oculi est eius egressio ab orbita ultra terminos, qui ex natura ei conueniunt: quod euenit ut plurimum ob oculorum repletionem. palpebrarum passiones sunt plurimæ. sed pediculi ob humiditatem putridam, quam natura expellit ad partes cutis, eueniunt. uerùm silach est crassities palpebrarum cum rubore, pruritu in angulis lachrymalium asperitate, & cū quadam inæqualitate partium carnis palpebræ: cuius materia est sanguinea, adusta, uel phlegma ipsum salsum. gersse est dispositio, qua, palpebræ difficulter clauduntur, & aperiantur: cuius causa ut plurimum est materia uiscosa ualde ad siccitatem declinans. inuersatio palpebræ est elongatio, siue separatio ab alia. fit ab ex crescentia carnis, ab ulcere, à spasmo. & hordeolum est apostema in figura grano hordei simile in palpebræ extremitatem ortum: causa cuius ferè semper est sanguis dominans. scabies gignitur ab omnibus humoribus. debilitas uisus secundum plurimum est humiditas. nyctilopa uerò est, qua homini post solis occasum accidit debilitas uisus facta ab oculi humore, aut spiritu crassitie, causa, cur multi in die non uideant. est subtilitas spirituum, & paucitas cū raritate substantiæ oculi, et tunicarum. sed corrupta uisio est, qua oculis in uidendo transcendit conuenientiam humanæ uisionis. id euenit propter uaporem, aut humiditatem in oculo, aut uestigium occultum. uisio ablata est ab humoribus oculi, tunicis, aut uis specie-rum, aut spirituum uisibilibus. uerùm cataracta est humiditas extranea phlegmatica, uel melancholica stans in foramine uueæ inter humorem albugineum, & sypbac, & corneam. denique gutta serena est dispositio, in qua oculus non uidet ex oppilatione contingente in neruo concauo magno.

De dispositionibus oculorum.

De anatomia oculi, descriptione, ac complexione eius, & de conferentibus, & nocentibus ei. Rub. 1.

ET si magna consideratione in curandis oculorum ægritudinibus physici intenti esse deberent; cum uisus maximè diligitur, pro cæmio metaphysicæ; tamen, cū curæ ipsius maxima pars in manibus restauratorum consistat; de curis ipsorum superficietenus transeunt nolentes manibus se intromittere; cum dedecus operationem manualem sibi ascribant. & præterea in alia causa; non enim ut plurimum obediunt oculorum infirmi: quare ut plurimum non succedunt curæ. cum itaque accidat hoc oculis & dispositio eius semper in publicum ducitur, sicque testis publicus malæ operationis efficitur. unde infamia, & lucri perditio expectatur, quæ omnia effugere debet, qui scientia pollet: nam truffatores inhiantes tantum lucro, famam non appreciant, qua de re statim de curis ipsorum tantum scribere uolo, ut physico satisfaciam. interponam tamen non raro quædam in proposito utilia; cum & ego oculorum sanitatem

aliis me diocri cor poris habitu prædito, nam hoc in lo-coid apud Hippocr. & uap-- nos de-notat, ut sit idem quod συμ μετρος hoc est temperatus, moderat uel quædratus cū Cor. Celso.

sanitatem præ cæteris sensibus extollam. habet etenim oculus cum cerebro colligantiam per nervos opticos concavos magnos, per quos transit spiritus visus ad oculos ortos à postremo uentriculo, ut supra in princ. tracta. vi. habet etiam per partes ipsum componetes cum cerebro, & partibus eius non parvam colligantiam; ut patebit ex anatomia oculi ponenda, quæ est. Oculus componitur ex tunicis septem, & secundum alios paucioribus, ut declarabitur, & tribus humoribus. prima itaque tunica versus exterius nominatur *coniunctiua eò, quòd totam oculi substantiam comprehendit excepta parte in directo pupillæ: & est colore alba. & hæc oritur à panniculo dicto al-mocatim, siue gigia mater immediatè cranium exterius tegente. ex quibus apparet, quòd oculus cranio est per hanc coniunctus; propter quod fortassis dicta est coniunctiua.

Secunda tunica, quæ exterius apparet, est cornea* translucens in similitudinem cornu lanternæ quatuor habens pelliculas; ut si nocumentum accidat vni; non accidat alteri, & hæc à dura matre, siue panniculo interius immediatè sub cranio posito ortum habet. tertia est vuea* sic dicta ad similitudinem grani uivæ nigræ, & est perforata in parte anteriori versus corneam, & coniunctivam: & tale foramen appellatur pupilla oculi, & hæc oritur à pia matre. quarta est aranea; * quia telæ aranæ assimilatur, & hæc tunica cooperit crystallinum humorem. quintus est retina* sic dicta; quia reti similatur, quæ cooperit vitreum humorem, in quo profundatur crystallinus secundum partem. sexta est secundina* dicta ad similitudinem secundinæ fœtum continentis. septima dicta sclerotica* à scliris, quod est durum, vel scliros, eò quòd duræ, & spissæ sit substantiæ. notandum, quòd, licet dictum sit ipsas esse septem: quod intelligi debet quantum ad denominationem; tamen ad quatuor tantum reducuntur: nam cornea, & sclerotica est vna, ut sensus ostendit. similiter vuea, & secundina idem. item aranea, & retina vna; coniunctiua verò est una per totum, quam quidam panniculum, & non tunicam appellarunt ponentes solum sex tunicas. unde & alij tantum tres posuerunt. non prosequor in his controuersis; sufficiant, quæ dicta sunt de tunicis. humor primus est albugineus* ad similitudinem subtilis, & clari albuminis oui, cuius situs est in medio inter araneam, & vueam; scilicet ante crystalloidem præterquam secundum partem, qua foramen vueæ peruenit ad corneam. quidam tamen imaginantur vueam natam in albugineo. secundus humor est* crystallinus; quia crystallo, uel grandini assimilatur, & est proprio termino terminatus. estq; figuratus figura ad rotunditatem tendente in parte anteriori planiciem habens cum latitudine. in posteriori uerò profundatur in vitreo eminentiam strictiorem ad acuitatem tendens, cuius situs in oculo benè disposito est in eius medio. tertius est vitreus,* in quo profundatur crystallinus, sicut gemma in anulo fixa, & est ab eo secundum partem detectus, & in aliquo plus, & in aliquo minus. & dictus est vitreus ad similitudinè vitri liquefacti quadam rubedine participans, cuius situs est post crystallinum versus cerebrum. iuuamenta uerò, & causas compositionis subitico semper breuitati studès. oculus est instrumentum uisus complexione aqueus cum quadam planicie anteriori rotundum in supremo partis anterioris capitis locatum ex septem tunicis, & tribus humoribus constitutum, sex musculis motu vno, uel duobus, uel tribus sustentatum. hæc Concl. differentia. 64. dicitur vno; quia de musculis sustentantibus oculum uarij inueniuntur auctores, ex quibus apparet oculi anatomia, descriptio, & complexio.

ANTE QVAM descendam ad ponendum canon. particulares in particularibus ægitudinibus; præmitto primò, quòd in applicatione medicaminum ad oculum debemus, quantum est possibile, ne ex eis accidat dolor; cauere à fortibus medicinis corrosiuis, & ex cõsequenti à mordicatiuis, ut possibile est, abstinere, & præcipuè si cum ægitudine oculi fuerit solutio continuitatis. ex quo inferitur, quòd oportet operatorem habere manus agiles, & visum bonum, & accommodata instrumenta. secundò, quòd in passionibus oculorum fiat cibi minoratio, & administratio rei gene-

rantis bonum humorem, & alienatio omnis vaporosi. tertio, si cum ægitudine oculi fuerit capitis dolor; quòd studium adhibeatur ad illius remotionem omninò; imò inquit Auicem. tertia tertij de canonibus uniuersalibus. Et scias, quòd, quando cum ægitudine oculi fuerit soda; tunc oportet, ut incipias à cura soda; & non cures, antequam ipsam remoueas. idem Gal. 13. therapeu. quartò præmittendum, quòd medicinarum oculi quædam sunt infrigidates, quædam calefacientes, quædam exiccantes, quædam lenientes, quædam maturatiuæ, quædam resolutiuæ, quædam stupefactiuæ. exemplum primi, succus solatri, virga pastoris, aqua endiuæ, ros. lactucæ, succus earum, mucillago psilij. exemplum secundi, muscus, piper, acorus, chelidonia & huiusmodi. exemplum tertij, tuthia, antimonium, clymia. exemplum quarti, sief. memite, aloë, crocus, rosa. exemplum quinti, lac, albumen oui, mucillago. exemplum sexti, aqua fœnugræci, crocus & huiusmodi. exemplum septimi, succus pomorum, mandragoræ, papaueris, opiū. non enim in his exemplis multiplicauit; quoniã statim plurima talia recitabuntur; cum scribentur conferentia oculis: unde & nocentia inscribentur statim.

CONFERENTIA autem sunt; aloë, antimonium, apium, aurum, absinthium, acorus, agresta, berbena, carnes lupi, & auium rapacium, chelidonia, collyrium indū. Auicem. alleg. loco. collyrium de succo granatorum Mes. de ægri. oculorum, corallus adustus, clymia auri, collyriū de fellibus. ix. Almanso. cap. xxvi. confectio alchab Mes. iij. dif. antidotarij, cornu cerui ustum, crocus, calamus aromaticus, cachimia argenti, cinnamomum, diaprassium Nico. dragantum, emblici, elleborus, eufragia, euphorbium, hematites, separ. capræ collyriatum, æs vstum, fel perdicis, aquilæ, piscium, & uniuscuiusque auis rapacis, fel omne, fœniculus, de quo Auic. tertia tertij, de rememoratione conseruationes oculi, & faciei, collyrium ex aqua fœniculi omni hora est mirabile. fœx vini, fumus thuris, gummi prunorum, garyophylli, galitricum, galbanum, handacocha cum melle collyrizata, agrimonia, aqua ros. aurea alexandrina Nico. basilicon, balsamus, betonica, myrrha, margarita, mellilotum, memite, nux muscata, oliuæ folia eius domesticæ, origanum, ozymum gariophylatum, succus ablata spuma, ostraca usta cum carne sua, ouum albumen eius, pilulæ sine quibus Nic. pilulæ lucis Mesuæ, prassium, pix fumus eius, pumex combusta, piper longum, pulgium, plumbum ustum, papauer, portulaca, psilium, ruta, rapa, ribes, raphanus folia eius, ros. marinus, rosa, rubus, succus teneritatum eius. Plinius. xxij. hoc addidi; quia iam inoleuit usus eius apud uulgares, & ex extremitatibus faciunt aquam ad alembicum, sarcocolla, siler montanum, sief de fellibus, ut supra, satureia, sena, camedreos, chebuli conditi Mesue, chitran, lac, lacca, lappatium, lini semè, lithargyrium, litium, limaciæ humiditas cum aloë, aut myrrha, aut olibano temporibus applicata, marrubium, marchasita, mel, trifera saracenicæ Nico. testudo, sanguis eius, & fel, thimus, thus, fumus modico copioso læduntur, uespertilio Auicem. cuius eius acuit visum, urina pueri, vsnæ, uiride æs, uitriolum, uiolæ, papauer, uolubilis, hiera Constantini Nicolai. serapinum, & est de melioribus medicinis ad aquam, & tenebrositatem oculorum Auicem. Gal. Dioscor. Serapio. smaragdus, sparagus, sief album, spongia cõbusta, & lota, sal sacerdotalis Nicolai, sanguis columbi calidus, sief rubeum nigrum. Serapio. xxxij. cap. antidotarij, sandaraca, spica nardi, sandali, sanfucus, saluia, squamma ferri, tuthia, irundinum capita combusta: nam cinis earum cum melie ualet ad claritatem oculi, lippitudines aufert. hierapigra Nicolai, zuccharum ab arundine sumptum, sicut gumma oculum abstergit. & plurima alia notari poterunt ex receptis ponendis. itaque hæc pauca, & domestica satis pro nunc sufficiant. quædam sunt etiam conuenientia ex parte operationum aliquarum sumpta, ut est tueri se à puluere, fumo, ab aere egrediente æqualitatem in caliditate, & frigiditate, uentus crudus, frigidus, uenenosus, & non assiduè intueantur rem unam, neque longè morentur in tenebris, neque aspiciat ignem, neque intueatur solem, & res multum luminosas, & altas, & abstineat à multitudi-

* επιπι-
φυκας,
Græcis ad
nata uel
cõiuncti-
ua nostris
nucupat.
* κερατο
ειδης.

* ραγοει-
δης græ-
cis vuea,
seu acino-
sa Latinis
dicitur.

* αραχνα
δης græ-
cis, aranea
nostris uo-
citur.

* αμφι-
ειδης græ-
cis, retifor-
mis, Latini-
nis, uel re-
tina barba-
ris nomi-
natur.

* χοροει-
δης.
* σκλη-
ρος græ-
cis, Latini-
nis dura
appellita-
tur, sclero-
tica autē
barbaris.

* υδατο-
ειδης græ-
cis, latinis
aqueus no-
minat (ut
alij,) alia
cõparatio-
ne, albugi-
neus.

* κρυσταλ-
λοειδης
græcis, no-
stris gla-
cialis uo-
catur.

* υαλοει-
δης græ-
cis, latinis
uitri for-
mis uel ui-
treus dici-
tur.

ne fletus. & non delectetur in legendo literas minutas, nisi interdum secundum semitam exercitij. & non prologetur somnus secundum collum, & etiam super faciem. & ex rebus nocibilioribus est multiplicatio coitus, & multiplicatio ebrietatis, repletionis cibi, somni super repletionem. & euitent omnes cibos, & potus grossos, & uaporosos ad caput. de summa quorum sunt vinum turbidum, porri, allium, cœpæ, præcipuè legumina, carnes bouinæ, oua dura, caseus durus, & exiccatiua multum; ut sal, & superflua uigilia, & superfluum somnus, superfluum exercitium, superfluum ocium: nam æqualitas in eis est maximè conueniēs. & ex eis, quæ visum acuiunt, est submergere oculū in aqua clara, & aperire ipsum in ea. & uomitus confert ei maximè; quia stomachū mundificat, & uidetur nocere in quantum materias cerebri agit, & ad oculos expellit, & fiat post cibum cum facilitate &c. de quo in dubiis. abstinatq; à multitudine phlebotomiæ, & propriè cum uentosis assiduis; maximè etenim nocent super collum positæ; obliuionem enim inducunt, quarta primi de uentosis. ex quibus apparet, quæ sunt nocentia ex parte operationum aliquarum sumpta.

Nocentia uerò simplicia sunt anethum, allium, acetum, argentum uiuum, basilicon maius, bulbus, siue scalonis, castanea, cœpæ, caules, coriandrum, crocus comestus, elleborus, uapor eius, inflatiua omnia, lac comestum Auiceni, tenebrositatem, & caliginē inducit, lactuca, præcipuè eius assidua comestio, lens, opium in collyriis positum; quare, ut possibile est, ab eo abstinendum, oliuæ maturæ, pisces omnes, portulaca, raphanus, sal, scilicet nimius usus eius. postremò notandum, quod septem sunt simplicia ab auctoribus nostris præ aliis notata, scilicet, fœniculus, chelidonia, ruta, berbena, euphrasia, rosa, filer montanum, de quibus quinque hos protulit versus Mesue de ægritudinibus oculorum, fœniculus, berbena, rosa, chelidonia, ruta, ex istis fit aqua, quæ lumina reddit acuta.

De ophthalmia.

Rubr. 2.

DE passionibus coniunctiuæ, & primò de ophthalmia. diuiditur in ueram, & non ueram, quæ ab Auiceni dicitur leuis. cap. de cura conturbationis visus. uera ab Auiceni describitur tertia tertij proprio cap. quod est apostema in coniunctiua, cuius causa secundum plurimum est materia sanguinea. & dicitur causa secundum plurimum; quoniam aliquando fit à materia cholericâ, phlegmaticâ, & melancholicâ, & quandoque à uentositate: quæ omnia per signa propria comprehenduntur. sed Dioscorid. Serapio, Halyabbas, Viaticus &c. in describendo ophthalmiam proferunt absolute ipsam esse apostema calidum. quod non esset uerum; si à phlegmaticâ, aut melancholicâ materia fieret. pro isto notandum, quod esse calidum potest dupliciter intelligi: uno modo naturaliter; alio modo accidentaliter. primo modo ex sanguine, aut ex cholera factum est apostema calidum naturaliter. secundo modo ex phlegmate, aut melancholia factum est apostema calidum accidentaliter. nam phlegma ipsum, aut melancholia cum putrefit; acquirit caliditatem præter naturam, à quo apostema ab eis proueniēs, uel ab altero ipsorum calidum accidentaliter dicitur. non uera uerò describitur, ut ex Auiceni. colligitur allegato cap. quod est quædam leuis oculi conturbatio, seu uacillatio cum ophthalmia uera similitudinem habens. cuius causa secundum plurimum est causa primitiua; ut uentus, puluis, fumus, leuis percussio, frigus, & huiusmodi. dicitur enim secundum plurimum; quoniam conturbatio talis etiã potest à causa antecedente contingere; ut patet intuenti. Serapio, & Halyabbas eam trinam faciūt; ut quæ aliqua debilis, & facilis, altera fortis, & tertia fortissima à quibusdã dicta chimof. ab Auiceni. uerò alguardengi. & est pettrantiens terminum coniunctiuæ cooperiens corneam, & pupillam. & hæc fortis medium tenet inter has. & dicitur ab ophthalmion, quod interpretatur oculus. item diuiditur in talem per essentiam, & talè per communitatem. exemplū primi patet. exemplum secundi, ut quæ à toto, uel membro particulari procedit; ut est. caput præcipuè in tali per essentiam, & præcipuè in forti.

CAUSA. Ex causis primitiuis sunt uentus, pluuia, fu-

mus; percussio, apostema, balneum ualdè calidum, aer excessiue calidus, excessiue frigidus, & huiusmodi. causa antecedens est ipse humor mordacitius lædens tunicas, aut extensius extendens, aut uapor ipse grossus, qui humor descendit ad oculum per uenas, aut arterias. coniuncta est mala complexio oculi, siue debilitas eius, aut humor, uel uapor ipse faciens actu apostema ipsum. & ut dictum est, quandoque uenit à toto ex vaporibus eleuatis, quandoque à capite, & est magis. unde Auiceni. & quandoque est eueniens à cerebro secundum semitam catarrhi per uiam uelaminis extrinseci, & oino à cerebro & partibus eius: nam, cum in cerebro aggregantur materię plurimæ, & repletio; tunc uix euadit oculus, quin ophthalmiam incurrat, nisi fuerit fortis ualdè.

SIGNA demonstratiua ipsius sunt; quoniam alba oculorum mutata sunt ad rubedinem, & lachrymæ fiunt, & in lachrymantibus est lippitudo. & quando accidentia sunt remissa, ut quia apostema paruum, quia cum paucò rubore, paucò dolore, uel quasi nullo, paucò tumore, paucis lachrymis cum pauca, & remissa caliditate percepta; tunc est prima species eius facilis. quando autem sunt intensa ualdè, ut apostema magnum cum magno tumore, dolore, rubedine multa, fluxu amplissimo lachrymarum, uehementi caliditate, & huiusmodi; est eius tertia species difficilis. eū autem medio modo se habent; est media.

Signa eius, quæ est à sanguine, sunt dolor satis intensus, rubedo intensa, pulsatio temporū, tumor notabilis, lippitudo claudens in somno palpebras, & reliqua signa sanguinis.

Signa cholerae, punctura, dolor adustius & fortis, rubedo parua declinans ad citrinitatem, lachrymæ subtiles acutæ, & quandoque ulcerantes, tumor minor, pulsatio temporum fortis, paucitas lippis, & reliqua signa cholerae.

Signa phlegmaticæ sunt tumor intensus cum paruo dolore, lippitudo multa cum grauitate, rubedo debilis ad albedinem declinans, & reliqua signa phlegmatis.

Signa melancholice uerò sunt paucitas doloris, fuscedo, paucitas lippitudinis, grauitas, paruitas conglutinationis palpebrarum, & reliqua signa melancholice.

Signa uentosa extensio absq; grauitate, paucitas rubedinis, & est absq; fluxu lachrymarum.

Signa eius, quæ à capite est, quia præcessit grauitas capitis, dolor eius. & si uia fluxus est per uelamen extrinsecum; tunc facies summè, & frons est colorata, rubea, extensa, & in temporibus inflatio. quod, si est per uelamē intrinsecum; non apparent ista, sed sternutatio, pruritus in naso, & palato. & talis fluxus est malus; quia remedia nō possunt tunc benè applicari.

Quod, si fuerit à stomacho; erit nausea, conturbatio, plenitudo stomachi, & huiusmodi. & proportionabiliter dicatur, si ab alio euenit membro.

PROGNOSTICA. quoniam ophthalmia habet tempora quatuor; hinc collige eorum signa. & est principū; cum lippitudo subtilis est, & aquosa. & cum incipit ingrossari, & dealbari; est augmentum. & cum lippitudo est multa claudens palpebras; tunc est status, cuius status uelocis euenus signum est multitudo lachrymarū cum mordicatione & signum tarditatis euenus eius contrarium. declinatio uerò est; cum incipiunt hæc minui. lippitudo, quæ frustra habet parua, est mala. ophthalmia in hyeme concurrentibus aliis particularibus infrigidantibus, tardè recedit, & est periculosa propter pororum clausonem. illa autem, quæ est in æstate, & uere citius uenit, & citius curatur. ophthalmia, quæ antiquatur, in qua non proficiunt medicamina est pessima inter omnes; quoniam significat, quod est humor corruptus inuisatus, corrumpens nutrimentum, aut quod uenæ intrinsecæ capitis materiam administrant. dolor acutissimus est multum periculosus; ne scilicet aut rodatur, aut rumpatur cornea. in regionibus meridionalibus multiplicatur ophthalmia propter multitudinem humorum, & uaporū. in regionibus uerò frigidis minomatur propter quietem humorum. quod, si in eis accidat; est praua. quando præcedit hyems septentrionalis, & sequitur uer meridiana, ætas pluuiosa, multiplicatur ophthalmia, ut in aphor. in si. cap. & tu. similiter, si hyems meridiana fuerit

Practica S.

O

ver

uer septentrionale constringens, ut in Aphor. cū ophthalmia magnificatur, & peruenit ad loca ante pupillam; tunc prohibet clausionem oculi. ophthalmia accidit infantibus propter multitudinem humorum, & debilitatem oculorū. habentes oculos eminentes sunt faciliter ophthalmiæ susceptibiles propter humiditatem ipsorum, & apertionem pororum; & quia sunt expositi extrā alterantibus.

Cum initium ophthalmiæ est ex uelaminibus; tunc cura est difficilis. Auic. non est ergo negligenda eius cura; quia cum malè curatur, malas consuevit reliquias relinquere; ut sunt macula, pānus, & huiusmodi, de quibus infra in tali per essentiam, & præcipuè in forti.

CYRA. canon hi seruentur; primus ordinatio diætæ. ex parte aeris sit locus non luminosus, non calidus &c. & moderetur; ut materia peccans exigit; quoniam in cholericā frigidus, in phlegmatica minus. & consimiliter de aliis sex rebus nō naturalibus, & ante oculos teneat pannum nigrū minore cibis, ut infra: quod debet intelligi in omni egritudine oculorum. & curtentur pili oculorum; est enim eis iuuatiuum ualdè, ut dictum est. euitet somnum. nota tamen, q̄ somnus est eis maximè cōueniens factus, ut supra: sit moderatus & non super repletionem, dormiatq; capite eleuato, & nō supra oculum infirmum, neq; super faciem. habeat uentris beneficium singulo die: naturæ uerò lenitas est res quæ est ei necessaria. Aui. euitet exercitium forte, uociferationes, & huiusmodi habentes agitare materias, & spiritus inflammare. ætetur &c.

SECUNDVS est digestio materiæ. cum quibus digeri debeat materia peccans; satis apertum supra est de dolore capitis. addantur cum his capitalibus etiam ocularia; ut uerbi gratia in phlegmatica. R̄. syru. de stœcados. ʒ. i. ʒ. aquæ fœniculi, euphragiæ, & si uis berbenæ ponendo duplum aquæ ad syrupum, ut in primo tractatu: uel si placet ex his simplicibus positis comparatione syrupi. & consimiliter de cholericā, & melancholica suo modo dicendum. sed nota, quod in cholericā, ut ubi coniungitur fluxus rheumatis; abstinendum est à digestiuis diureticis; quoniam talia præparant materias ad fluxum. in sanguinea uerò non est digestio expectanda; sed statim ad euacuationem procedendum est.

TERTIVS itaque est euacuatio in sanguinea cum phlebotomia: nam, si fuerit recens in principio, & materia sit multa, & in fluxu, fiat phlebotomia ex cephalica manus ex latere cōtrario. quod, si fuerit cum plethoria; fiat primò ex basilica partis contrariæ: deinde ex cephalica: uel primò fiat ex saphena eiusdem lateris, & non erit malum. si uerò materia fuerit pauca, & in fluxu, de quo non timebimus; potest fieri phlebotomia ex cephalica ex eodem latere. & hoc uoluit Ras. ix. Almanf. qui uidetur in superficie uerborum contradicere Aui. Serapioni. Mes. & aliis, & sibi ipsi in diuisionibus in cap. de ophthalmia. ubi uult, quod ex parte opposita fiat. & ante phlebotomia facta in ophthalmia sanguinea usque ad lipothymiam sanat. unde Auic. de cura communi eius. sanguinis nanque emissio plurimum sanat in hora. quod, si nō sufficit phlebotomia; post ipsam ponantur uetosa humeris: imò Aui. uidetur hoc præcipere de cura ophthalmiæ cholericæ, & sanguinæ inquit. quod, si materia fuerit sanguinea; adhibebis uentosas post phlebotomiam. & si ætas, aut uirtus, & cætera non consentient phlebotomiæ; adhibe uetosas, & hæmorrhoidarum prouocationes: si uerò materia fuerit fluxa; fiat ex eodem latere, ut dictum est. si uerò antiquabitur, & fiat chronica; tunc lachrymale oportet phlebotomare; deinde arterias, quæ sunt post aures. si uerò ophthalmia fuerit leuis; non est necessaria phlebotomia. & ideò dixit Ras. ix. Almanf. phlebotomationibus oculorum in principio est minuenda cephalica, nisi leuis fuerit ophthalmia. si tamen iuuaretur leuis ophthalmia à repletionē sanguinis; fiat phlebotomia. & hoc uoluit Aui. de cura conturbationis inquit. si fuerit causa iuuatiua à repletionē sanguinis. utrum in omni ophthalmia competat phlebotomia, dicitur de dubiis. facta autem phlebotomia euacuatio humoris, qui uidetur cum sanguine dominari. unde Auic. de communi &c. solutione educatur humor dominans sanguini post phlebotomiam.

In cholericā uerò, in quā est commixtio cholericæ cū sanguine fiat per omnia, ut dictum est de phlebotomia. si uerò nō fuerit mixtio; fiat euacuatio cum euacuariis positis de cura doloris capitis ex cholera admiscendo ocularia, ut dictum est de digestiuis, quæ solutiouū uirtutem ad oculos ducant: uerbi gratia. R̄. myrobalanorum citri. ʒ. i. ʒ. prunorum. x. pistentur grosso modo, & bulliant in ʒ. viii. aquæ nenupharis, uel uiolarum ad consumptionem medietatis, & coletur, & colaturæ addat thamarindorū. ʒ. i. uel R̄. rhabbari. ʒ. ii. aquæ decoctionis prunorū. ʒ. iiii. & cum aqua fuerit seruēs; ponatur rhabbarum cum petiola in infusione per. viii. horas uel. xii. deinde fiat expressio fortis, & colaturæ addat syrupi uiolati, aut rosati, aut nenupharini. ʒ. i. q̄, si dolor fuerit fortis, & uehemens; non expectetur digestio; sed fiat subito euacuatio: dubitat enim de futuro apostemate. post autem euacuationē potest fieri conuenienter phlebotomia ex eodem latere de cephalica manus, uel apponere uetosas in collo, aut spatulis: nā, ut dicit in dubiis, sicut in dolore posteriorum uena frontis incisa iuuat; ita econtrā in dolore anteriorū uena colli, aut spatularum incisa iuuat, ut & Hip. quinto aphor. utrum non existente mixtione competat phlebotomia, in dubiis dicitur.

In phlegmaticā uerò si est mixtio cum sanguine; fiat, ut supra positum est: si uerò non; euacuatio fiat cum solutiuis positis de cura soda phlegmaticæ addendo, ut in cholericā. & consimiliter suo modo dicatur de melancholica. de phlebotomia in his fienda dicitur infra.

QUARTVS est diuersio. cum quibus uerò fieri debeat, recurre ad canonem de diuersione supra de soda, ubi docetur quomodo fieri debeat diuersio in quacunq; materia. & hic adducantur gargarismata, caputpurgia, ut ibi ponitur. quæ & si sapiant naturam euacuationis; tamen hic habentur, ut diuersiua sint facilia, & post euacuationes facta & non antè. & assiduentur maximā in sanguinea frictiones extremitatum, & earum constrictiones.

QUINTVS est applicatio medicaminum particularium oculo, & partibus circumiacentibus. ubi oportet plures canones præmittere; antequam ad canonis complementum ueniamus. primus, quod non sunt dimittenda repercussiuua tempore longo; sed in omni hora, uel circa mutanda: causa patet intelligenti. & scias, quod albumen oui conuassatum uehementer est laudabilius lacte. Aui. de cura communis specierum ophthalmiæ: nam lac ex sui mora uidetur acetosari. secundus, quod medicina, quæ in oculo ponitur debet esse priuata asperitate, & acutis. propter quod oportet terenda esse subtilissimè trita. tertius, quod in principio non administrantur inspissatiua fortia, & quæ sunt uehementer styptica; quoniam inspissant tunicas, & incuneant materias, & dolorem augent, & præcipuè ubi dolor est fortis. quartus, cum debilia talia non sufficiunt; ad mediocria recurramus; cuiusmodi est sief album sine opio dissolutum in aqua ros. aut albumine oui fortiter conuassati, aut in aqua meliloti, aut euaporatio cum aqua tepida. quintus, quod in eius principio resolutiua sunt omninò uitanda; nam cura eius est, sicut cura reliquorum apostematum cum repercussiuuis primò, & resolutiuis secundo Auic. allegato capitulo. sextus, quod quæ oculis applicantur, debent esse frigida actu, sicut quæ auribus debent esse actu calida, Mesue de dolore. septimus quod lippitudo omni die pluries mundificetur: est enim doloris alleuiatio, & fiat leuiter cum tenta, uel radio in aqua infuso ita, ut non sequatur dolor. octauus, quod euitare debemus narcotica. quod, si necessitas eis uti nos urgeat; fiat illud cum cautela. & si transire possimus cum albumine oui cōuassato; cum aqua, in qua sit papauer decoctum fiat. securat tamen Auic. se uti opio, ubi materia fuerit subtilis, & corrosiua, & est sanans eam, ut dicit. & Mesue & plures. alii eo in collyriis oculorum utuntur. nonus, quod nullum uaporatiuum debet oculis applicari, nisi postquam corpus fuerit sufficienter purgatum. decimus oportet, ut ex toto elongetur oleum à capite patietis ophthalmiam; quoniam ipsum est uehementis nocuenti Auic. imò & distillatum in aurem nocet. undecimus, & ultimus, quod oportet, ut quantum possibile retardetur in ophthalmia

Ophthalmia collyriorum administratio usque ad tres dies: A sufficit enim regimen ex euacuantibus, & attractione materię ad extrema. plerunque sanatur ophthalmia cum his rebus absque cura alia, Auic. de cura eorum.

In principio itaque expeditis phlebotomia, & euacuatione, ac diuersionibus factis leuibus applicentur repercussiva attentis canonibus decem positis. unde in principio sanguinę competit lac mulieris, & præcipue puellam lactantis; si haberi potest ab ubere in oculum recenter mulsam, item lac asinę, caprę, item albumen oui uehementer cõquassatum, & despumatum, item & petię infusę in aqua ros. & sæpe reiteratę, uel in succo foliorum salicis propter rusticos, uel plantaginis. ex compositis albumen oui despumatum, ut supra cum aqua ros. aut lacte mixtum: item collyrium albumen. descriptione Mesue sublato opio. quod, si uehementia doloris uos urget, ut supra; ponatur opium. simile huic est collyrium album laudatum à Rasi nono Alman. de ophthalmia. item fiat mucillago ex psillio in aqua ros. ex seminibus citoniorum aut ex drag. & albumine oui despumati, & lacte mulieris misceatur. & applicetur. quod si dolor fuerit fortis; cum decoctione papaueris albi fiat mucillago ex prædictis, & est mirabile in sedando dolorem prouocando somnum. item & maximè ualet sief album positum à Mesue descriptione Alexandri, & tu illum considera. quod, si per uenas, & arterias extrinsecas materiam descendere comprehendemus, quod ex earum pulsatione forti, & apparente tumefactione cognoscitur; tunc supra frontem, & circa partes oculorum ponatur repercussiuum stypticum; uerbi gratia. R. acacię, sanguinis draconis. ana. drach. i. boli armeni drach. ii. incorporētur cum albumine oui benè despumati. & quia post principium sequitur augmentum, in quo tempore oportet alia medicamina peruenire; idèò notentur signa, quibus tempora diuersa morbi comprehenduntur, de quibus in de signis prognosticis. possunt distingui ex parte accidentium, & sunt accidentia fortia, ut patet, consideranti. in augmento itaque competunt repercussiuu cum resolutiuis uincensibus repercussiuis. & secundum quod itur uersus statum, debent repercussiuu minui; ut, cum ad statum peruenerimus; resolutiuu ipsa sint in æquali proportione cum repercussiuis. in augmento uerò uti possumus lacte, cõfert in omni tempore; est enim repercussiuum, resolutiuum, confortatiuum, & doloris sedatiuum. confert super omnia mucillago fœnugręci, aut eius aqua. unde Auic. de cura cholericę. & est maturatiuorum dignior, ut ab ea incipiat, & nõ est in ipsa attractio. item. R. sarcocollę prius nutritę in lacte mulieris, uel asinę drach. i. & ponatur in petiõla, & fiat compressio fortis, de qua ponatur in oculo. uel sic. R. decoctionis meliloti. 3. ii. sarcocollę nutritę in lacte drach. ii. dissoluatur sarcocolla in dicta decoctione, & administretur. uel. R. mucillaginis fœnugręci, draganti. ana drach. ii. sarcocollę. drach. 5. lactis mulieris quantum sufficit, fiat collyrium. item. R. aloes loti. 3. i. thucię præparatę. 3. i. 5. ponatur i petiõla, & infundatur in aqua ros. deinde fiat expressio, & ex illa ponatur in oculo pluries in die. confert sief album Mes. cuius litera, sief aliud album conferens in augmento. item puluis albus Ras. ix. Alman. in statu uerò fiat, ut supra, augmentum resolutiuorum supra repercussiuorum. in declinatione uerò utamur resolutiuis sol. unde puluis citrinus Ras. est hoc in casu conueniens. item confert infusio spongię in aqua calida decoctionis chamęmillę, aut meliloti, cimini &c. & expressę, & super oculos positę. item & euaporatio earum rerum, & balneatio oculi quomodolibet in eis. unde Auic. de cura communi specierum ophthalmię. & balneum quidem post euacuationem est melius medicamen in ophthalmia, & propriè si fuerit euaporatiuum sedans dolorem, & in cap. de cura cholerico: nam balneum cum aqua calida, & uaporatio si fiat; erit illud iuuamentum. tu itaque hæc considera, & modera cum calidis admiscendo frigida, ut uidebitur expedire. nam credo, quod semper, cum querimus resolutionē; debemus prius facere euaporationem: hæc enim maximè præparat, & deponit materiam; ut faciliè resoluatur, & hoc præcedentibus euacuationibus, ut supra. & istud præcipue seruandum est in

phlegmatica, & melancholica. & pro cholerica notandum quod, licet ea, quę dicta sunt de sanguinea, sint etiam in cholerica ualentia; tamen in principio oportet uti infrigidationibus, & magis stypticis, uel illis frigidis admixtis stypticioribus. unde Auic. de cura cholericę. & oportet ut in cholerica sit maior audacia administrationis stypticorum in principio sine superfluitate etiam, & administratione stypticorum cholericorum dissolutorum in succis. unde confert quandoque effusio aquę frigidę super caput, & oculum, & lotio faciei cum aqua frigida cum admiscetur parum aceti. & nota, quod oportet repercussiuu continuare in hac. & tu exemplifica pro te ex datis. laudatur tamen collyrium album dictum descriptione Mes. addito opio, item succus solatri, ut ponatur petiõla in eo, deinde super oculum. item aliud domesticum. R. poma tria: decoquantur in prunis, deinde mundentur, & misceantur cū albumine trium ouorum addito uno uitello propter dolorem. aut, si dolor fuerit fortis; cum duobus uitellis, & in augmento cum uitellis solis tribus. potest etiam addi parum camphorę; confert etenim in medicinis ophthalmię calidę, Aui. ca. de camphora.

In phlegmatica uerò incipiamus cum repercussiuis non ita frigidis, ut supra in calida: imò oportet, ut in eis sit uirtus subtiliatiua. unde sarcocolla, & myrrha commensurata cum frigidis conuenientibus sunt in principio conuenientia; ut si in aqua ros. multum nutriatur modicum sarcocollę & administretur. item confert, & maximà sief de spica, Mesue auctoritate Sabor regis, & est expertum. aliud. poma, ut supra decocta cum paucis zucchari, & modico pulueris fœn. in augmento uerò sint resolutiuu cum repercussiuis mixta, & maiorem super illam proportionem obtineant, quàm in calida. R. meliloti, florum chamęmillę. ana. 3. 5. pistentur, & incorporentur cum mucillagine fœnugręci. & dragaganti, & albumine ouorum addito uitello oui, & calidum super oculum ponatur. item confert succus fœniculi cum aqua ros. aut cum albumine oui conquassato. & despumato, ut supra. in declinatione uerò succus solus, ipse enim uehementer iuuat. unde fœniculus ipse secundum omnem modum administrationis eius confert. confert & succus rutę cum prædictis. usus sui, & contulit. de statu patet, quid dicendum.

In melancholica uerò procedendum est, ut in phlegmatica; sed utamur minus exiccatiuis. item & cum eis ea, quę melancholiam resoluunt maximè in augmento, & cæteris temporibus sequentibus. unde in principio succus uiolarum cum albumine oui, & sarcocolla; in augmento uerò addemus epithimum. in statu uerò rutam cum epithimo regulariter. in fine ruta multa, & paucis epithimo; facta tamè prius aliquali euaporatione ex aqua, in qua decocta sint melilotum, & uiolę. in leui, siue facili quiescat, & elongetur à renocente, & oculi humectentur. unde aliquando ablutio cum aqua frigida, & paucis zucchari, & eius distillatio tollit eam, quandoque aqua ros. solum. item decoctio uiolarum, aut nenupharis in aqua, cum qua lauentur oculi, & ex ea distillentur guttę aliquę. item infundantur psilliu, modicum camphorę in aqua ros. & oculi continuè humectentur cum petiõ. item instillatio lactis, & albuminis oui; item poma cocta cum zuccharo, ut supra de cholerica. si uerò non recedit; sed augmentabitur; tunc cura, ut dictum est de forti.

CURA factę propter percussione instilletur sanguis columbę calidis. quod, si non sufficit; instilletur collyrium album sine opio.

CURA uerò fortissimę oportet sis sollicitus in euacuationibus, & diuersionibus magis, quàm in aliis ita, ut quicquid non sufficiant uentosa cum aliis positę super collo; imo oportet peruenire ad positionem setonis. in reliquis procedere ut supra secundum exigentiam materię peccantis.

CURA factę per communitatem ab aliquo membro. fiat rectificatio illius membri cum euacuationibus, & diuersio cum phlebotomia uentosis prius, deinde ad ipsam curandum procedere.

CURA, si fuerit à uentositate, & fuerit illic dolor, & mordicatio; ponatur sief album sine opio. item ad hoc est

iuuatiuum valdè trochiscus ros. Auic. in. 5. ad hoc in principio; in aliis uerò temporibus age, vt supra. postremò ad uertendus est canon Auic. xij. Therapeu. & est positus etiam supra in principio, & si cum ophthalmia coniungitur dolor capitis; prius debemus capitis dolorem remouere, uel sedare, est enim eam continuè fouens, vt patet: nã similiter, si est catarrhus; retineatur; nam eius perseverantia est propter perseverantiam catarrhi Auic. de cura communi. & hæc de isto.

De doloribus oculorum. Rubr. 3.

ET, licet quidam ponant pro canone correctionem accidentium; ut est dolor in ophthalmia; tamen pluribus placuit, ut Aui. Mes. & modernis de eorum doloribus capitulum ponere speciale, quos in præsentiarum sequar. Dolor oculi est tristis sensatio eius facta à re contraria subito, & materialiter, & uehementer imprimente, quæ est mordicatio, corrosiua super rem calidam; extensiua uerò super uentotam, aut frigidam significat.

SIGNA ex his habeantur, q̄ de ophthalmia dicta sunt.

CURA si fuerit à re extrinseca, ut est frigus, uentus, calor; remoueatur, & cooperiatur, & utatur frigidis, aut calidis secundum exigentiam rei. Mes. auctoritate Hip, quatuor ponit in cura doloris oculorum. primum est potatio uini: secundum est balneatio: tertium phlebotomia: quartum est euacuatio per pharmaciam. phlebotomia fiat peccante sanguine, aut aliis humoribus; si cum sanguine fuerint mixti, aut etiam si non fuerint mixti saltem in principio ad prohibendum futurum apostema, ut in dubiis de ophthalmia dicetur. & tu ibi. euacuatio fiat in forti dolore non expectata digestionem, ut supra cum euacuatius appropriatis, ut supra de ophthalmia, quæ solùm humoribus alijs à sanguine competit. uini potatio fiat post iteratam euacuationem, & sit in pauca quantitate, sitque uinum subtile, album, aromaticum, & quando non timetur agitatio, & inflammatio ex eo, & hoc specialiter in phlegmatico. unde Aui. de cura ophthalmiæ frigidæ hoc subintelligebat, cum dixit. & confert omnibus istis regimen subtile, & administratio balnei, & uini puri albi. balneum quoque indifferenter omnibus doloribus oculorum confert. fiat nãq; calidum, aut frigidum s̄m materiam peccantem. quod intelligendum est, ut supra de ophthalmia post euacuationes debitas: resoluit enim, & habilitat residuū materiæ, & propriè adhærentis, & difficilis. aliàs autem dilatat materiam, & conuertit ex partibus alijs ad locū doloris, & multiplicat fluxum. hæc Mes. factis nãq; euacuationibus uniuersalibus, & diuersionibus, & cæteris, ut supra de ophthalmia occurramus in principio cum mitigantibus dolorem, quæ diuersificari debent s̄m diuersitatem causæ. in calida nãq; quia mollificatiua cum infrigidantibus domesticè dictis de ophthalmia; ut est lac, albumen oui, succi herbarū, vt solatri &c. ex compositis, vt supra albumen oui cōquassati cum mucillagine psilij, papauere albo, cum succo pomorum, mandragoræ, aut lactucæ. q̄, si necessitas aderit; pone opium. nota tamen, q̄ narcotica nocent uisui, & tardant maturationem. in hoc casu laudat magnificè Guido hanc fermentationem. & papaueris, plantaginis, an. par. ij. croci, memitæ, aloes, gummi arab. acaciæ. ana. par. i. coquantur cum aqua, & administrantur. in frigida uerò cum aqua decoctionis chamæmillæ, meliloti, fœnugræ. ros. memitæ, acaciæ. ex quibus fiat emplastrum, aut fiat infusio petiæ in eis, & glomeretur petia in modū globi, & sit frigida. aut si tepus fuerit frigidus minus, quàm tepida oculo superponat, & assiduetur, Mesue auctoritate Amaran. sief, quo uti possumus in omni dolore oculorum. & tuthiæ præparatæ, licij. ana. aur. iij. mirobalano. citri. aur. i. 5. 3. 3. piperis longi & albi. an. aur. i. sarcocollæ, sedenegi, hæmatitis, & abluat. an. aur. ij. terantur, & licium soluatur in aqua pluuiali, & fiat sief. cum uti uolueris super cote cum aqua pluuiali, uel albumine oui, aut succo rubi dissolue. aliud & est sief. & antimonij. 3. vi. marchasitæ. 3. v. tuthiæ. 3. iij. emblicorum mundatorum. 3. iij. amidi. 3. ij. piperis albi. 3. i. tere & cribella, & utere vt oportet.

De ungula. Rubrica. 4.

VNGULA est additio coniunctiuæ, aut uelaminis con-

Etinentis oculum media inter dispositionem carneam, & neruosam crescens super ipsam coniunctiuam incipiens secundum plurimum à lachrymali, & currens semper super cōiunctiuam. causa cuius est humor phlegmaticus grossus, & uiscosus ad oculum descendens. & dicitur secundū plurimum; quia aliquando oritur non solū à lachrymali; sed à parte superiori, aut inferiori. propter quòd Anchanosalus posuit eius quatuor species; duas à duabus lachrymalibus, cæteras duas à duabus partibus; scilicet superiori, & inferiori. cum hac aut eius materia quandoque associatur sanguis, cholera, aut melancholia: & ideò contingit eam in colore iuxta colorem humoris coniuncti uariari. item aliquando est leuis, & recens non impediens visum, aliquando difficilis eradicationis, chronica, & extensa super corneam visum impediens.

CURA. cano. & licet Aui. dicat, q̄ melior cura eius, & propriè leuis sit cum ferro; tamen existimo alia prius esse tentanda. & huic sententiæ alludit in uerbis suis Mes. cap. de ungula. propter q̄ sint canones tales; ordinatio dietæ ex parte aeris, patet supra. sitque subtiliatio regiminis ex parte cibi, dimissio uini omninò præterquam in declinatione, ut supra in præcedentibus capitulis ciborum uaporosorum. secundus est digestio materiæ: tertius digestio, & euacuatio. & fiat id phlebotomia, vt pharmaciam, vt cōuenit. quartus præparatio oculi; ut materia peccans facilius, uel facilius remoueatur cum rebus substantiâ oculi reddentibus teneram. quintus administratio rerum resoluentium, & remouentium materiam. & sis memor, ut possibile est, euitare dolorem.

Primi, secundi, & tertij complementum patet ex dictis in præcedentibus capitulis.

Quartus cōpletur cum uaporatione aquæ calidæ, decoctionis maluæ, bisnaluæ, aut uiolarum. unde Aui. de cura eius in fine. & oportet quidem, vt inclinetur ante medicinarum administrationem super uaporem aquæ calidæ tandiu, donec calefiat oculus, & rubificetur facies.

Quintus perficitur cum collyrio uiridi Ras. ix. Almanf. de uingula, & collyrio eius de calcantho. ista tamen fortia sunt. unde leuius istis est. Recipe æris uisti, & calcathis, & fellis hirci. ana. fiat collyrium cum melle. aliud Iesus, Halij sedenegi loti, æris uisti, catachimiæ, argenti, salis indi, baurach, piperis longi. ana. 3. ii. piperis albi, & nigri, spumæ maris. ana. 3. ij. 5. bellirici, zinziber. ana. 3. i. terantur, & fiat sief cum uino, & aqua fœniculi. aliud leuius Gordonij. R. uitreoli uiridis, æris uisti, armoniaci, salis, zinzib. trium generum piperis, fragmentorum scutellæ uiridis. ana. 3. i. puluerizentur, ut decet, & cum succo fœniculi, maioranæ, & mellis, ana. fiat collyrium.

CURA chronica, & difficilis eradicationis, cui ex parte medicaminis modo non est cura, procedatur cum operatione manuali. & modus Iesus est, ut aperiatur palpebra cautè, & non inuerfetur: deinde subtiliter cum vnco uno, aut pluribus, vt videbit expedire. capiatur ungula, & pilo, uel laceta ingeniosè incidatur ita, vt oculi substantia nō ledatur, perueniaturq; usq; dum prope erit lachrymali, & tunc cū torpicibus incidatur. & caueatur profundatio omninò in lachrymali; quia aliter contingeret cōtinua lachrymarū effusio. quòd, si cum vnco fieri non poterit; tunc cum acu curuo cū filo serico pforata eleuetur, aut cum pilo caudæ equi capiatur, & eleuet, deinde excorietur, vt dictū est. & ad intra oculū immittatur ciminum masticatum cum sale: ad extrà uerò super oculū ponatur, ne accidat ei apostema album oui cū aqua ros. conquassatum. q̄, si dolor, adde vitellum oui, & bis in die mutetur usq; ad tres, uel quatuor dies. & sollicitetur infirmus, ut quasi continuè moueat. stetq; capite eleuato, ut supra de ophthalmia. & si remanserit aliquid eius; remoueatur illud cum medicaminibus dictis in leui seruatis canonibus positis.

De Sebel. Rubrica. 5.

SEBEL est panniculus accidens oculo ex inflammatione venarum eius apparentium in superficie cōiunctiuæ, & carne. & textitur in eo quoddam, quod est, sicut fumus, siue nebula fumosa, & est cum pruritu, lachrymis, ulceribus, palpebrarum grossitudine, & scabiositate, ac lucis offensione.

παροτι-
κα Græ-
cis, Lati-
nis stupe-
facientia
nūcupan-
tur.

παροτι-
κα Græ-
cis, ūguis
Corn. cel-
so uel La-
tinis mala-
mus, uoci-
tatur, bar-
baris uero
inepte ad-
modū uan-
gula.

fensione. ex quibus apparet, quòd inflatio uenarum est eius causa, quæ à repletionem capitis procedit per uiam pânicali exterioris, aut interioris. ubi notandum, quòd sebel est duplex; debile, & forte. in debili autem seruentur canones de ungula. ubi notandus est canon Auic. hic, quòd medicinæ, quæ in sebel administrantur, debent esse recetes: aliter parum profunt. secundò sciendum, quòd hæc passio, quãdo est chronica; uix est curabilis. Rasis. ix. Almanf. & ut plurimum chronicatur; & specialiter in bibulis. obseruet itaq; diætã. fiat in principio phlebotomia ex brachio, uel uentofatiò in collo, uel spatulis; deinde euacuatiò cum pharmacìa, deinde perueniatur ad euaporationes collyria; ut in ungula dictum fuit. ualet sief rubeum Rasis, & uiride positum cap. de ungula. item magnificè commendatur alchol Auic. & de expertis. Recipe corticem oui recentis, sicut cadit à gallina, & ferueat in aceto quatuor diebus. alii tenent ipsum in aceto decem diebus, deinde coletur, & exicetur in umbra, & teratur, & fiat alcohol. item ad idem cinis oui cum marchasita. ualent etiam omnia collyria de cura unguis posita. si uerò fuerit fortis; perueniatur ad operationem manualementem cum uncinis, filis &c. ut supra per omnia de ungula.

De macula rubea. Rubrica. 6.

TARFATI, id est macula rubea, quam uaticus frustum sanguinis uocat, est punctus sanguinis recentis rubei, aut antiqui mortui, aut subrubei, aut nigri currentis ex uenis ad coniunctiuam.

CAUSA cuius primitiua est aut percussio; aut casus, apertio uenæ, aut sanguinis subtilitas, motus laboriosus & hmoi. & causa antecedens est cõplexio calida, & humida oculorũ, abundantia sanguinis, calor, & subtilitas extremitatũ uenarum. coniunctiua ipse sanguis à uenis effusus.

CVRA. ordinatio diætæ, euacuatiò, repercussio, & materia fluxæ resolutio.

Ordinetur diætã, ut in ophthalmia calida. euacuatiò fiat in principio diuersiua cum phlebotomia ex cephalica partibus contrariæ. tu tamen hunc canon moderare iuxta ea, quæ dicta sunt de phlebotomia, & de ophthalmia, uel cum uentofis in collo, uel spatulis. fiat euacuatiò lenitiua cum cassia, manna, rhabbaro, & cæteris, ut supra, materiam cholericam, sanguinem subtiliantem euacuantibus. item fiat, & frequenter impositio clysteriorum; hoc nanque casu maximè commendans Mes. inquit. Et clysteria sunt meliorum curarum in hac parte.

Repercussio uerò fiat cum bolo armeno, luto sigillato, chimolea cum albumine ouorum, lacte mulieris. item albumen cum aqua ros. uel succus rosarum cum aqua solatri cũ aqua ros. uel albumine, ut supra cũ petiis infusus in eis.

In resoluendo materiam, & pro quarti can. complemento oportet aduertere ad tẽpus ægritudinis. q. si fuerit in augmento; fiat resolutio cum repercussione, ut supra de ungula, & ophthalmia; ut uerbi gratia. Rec. foenugræci, rosarum. ana. 3. ii. & cum modico farinae hordei, & uino fiat emplastrum. itẽ ualet immisio sanguinis turturis, aut columbi calidi in oculum. & debet accipi de uena sub ala dextra; quia est calidior, & propter motum est subtilior.

In statu uerò, & declinatione ualet aqua raphani in oculo distillata; item aqua foeniculi, & succus eius. item. R. thuris, myrrhæ, croci. ana. drach. ii. & fiat sief cum aqua foeniculi. item ualet sief Raf. ix. Almanf. de rubedine oculorum, & est forte. item ab extra ponatur emplastrum ex foliis raphani, & passulis absque arillis cum modico stercoris columbi. ualent in hoc maximè suffumigationes factæ ex chamæmilla, foenugræco, ut supra de ophthalmia, & de ungula. in fine confert collyrium Gabrielis positum à Mes. capitulo de tarfati.

De tumore coniunctiue. Rubrica. 7.

UT AD ulteriora citius perueniam; de quibusdam passio nibus coniunctiue facilliter curabilibus sic superficietenus pertransibo; ut & breuitati satisfaciam. tumor fit aut ex uentofitate, aquositate, phlegmate aquoso, aut ex melancholia. diætã ordinetur, ut opus est, & fiat purgatiò, diuersio, materiæ resolutio cum balneis, & collyriis, ut sæpe supra positum est. præcedant semper uniuersalia.

A De duritie coniunctiue. Rubrica. 8.

ACCIDIT coniunctiue quæque durities tanta, ut oculus claudi, aut benè aperiri non possit. cuius curatio præmissis uniuersalibus ex parte diætæ, euacuationibus, diuersionibus; aut mollificationi cum uaporationibus factis ex rebus mollificantibus studendum; ut est malua, bismalua, maluauiscus, mucillagines dictæ supra, emplastra ex eisdem rebus, item uitellus oui cum mucillagine foenugræci.

De cadentibus super coniunctiuam. Rub. 9.

CADUNT enim aliquãdo festuca, pulueres, & huiusmodi. cura est absterfio. fiat cum aqua simplici, aut pluuiali, aut lacte, aliquando cum radio madefacto in aqua, uel lacte, aut cũ radio intincto in gũma pini, aut terebentina, & maximè ubi est festuca, pilus, & similia fortiter adhærentia.

De fistula lachrymali. Rubrica. 10.

FISTULA lachrymalis dicta garab, & ulcus fordium concauum, siue amplum interius cum callositate quadam; exterius uerò stricti orificii in lachrymali domestico contingens. causa cuius est materia uirulenta, corrosiua; nam cum digito premitur locus; sanies egreditur, & maximè post eius eruptionem. & fit successione bothor, aut exituræ apparatus in loco illo, quæ quidem nominatur achalus ante eius eruptionem; ut Auic. tertia terti cap. de garab. & fistularũ quædam est recens, & parui temporis: quædam chronica, & multi temporis; & quædam penetrans, & quædam non penetrans. & una est difficilioris curæ altera; & quandoq; est ita mala, q. corrumpit mucillagines, & os.

CVRA. in recenti canones sunt octo, ordinatio diætæ, digestio, euacuatiò, diuersio, resolutio, mundificatiò, desiccatio, & incarnatiò, & consolidatiò. ubi notandum, quòd ante eius eruptionem sufficiunt quinque; primi can. post uerò eius eruptionem septem tantum. ita quòd quintus in ordine non est necessarius.

Primus completur cũ abstinentia, & cum mensuratione sex rerum non naturalium secundum exigentiam humorũ peccantium. pro quo recurra ad ea, quæ dicta sunt de soda.

Pro secundo, & tertio etiam ibidem, quibus ocularia cõmiscimus, ut supra in principio capituli huius. ubi aduertendum, quòd magnum studium debemus habere in iterando purgationes, ut superabundantiæ fiat abscisio; & consimiliter pro quarto.

In complendo uerò quintum debemus procedere à debilioribus ad fortiora: unde in principio ponemus armonia cum dissolutum cum oleo nucum, aut cum succo foen. item nux rancida, & contrita, & superponatur, maximè commendatur. ita ut Mesue dicat esse ultimam in hoc cap. deinde administratur armoniacum, & bdellium cum modico atramenti. ad idem folia rutæ contrita, & mixta cum aqua cineris, & superposita achalus.

Facta uerò eruptione præcedentibus euacuationibus, ut dictum est, fiat mundificatiò cum eis, quæ sunt moderatæ absterfionis; sicut aqua mellis, aut mellicrarum cum modico aquæ rutæ. ista autem distillentur hora post horã. unde Auic. de cura eius. & melior quidem distillatiò est, ut fiat distillatiò post distillationem interueniente hora inter omnes duas distillationes; deinde exprimatur uirus, & exicetur locus, & mundificetur cum tenta inuoluta melle aut cum lanugine cannæ cum pauco melle, & quandoq; sufficit ipsa sola. & sic complebitur sextus.

Deinde administrantur exiccantia, & incarnantia mediocris exiccationis, sicut administratio aloes, myrrhæ, sarcocollæ, sanguinis draconis, camedreos, aristolochiæ, thuris, & similium, & propriè post expressiõnem, & mundificationem & ablutionem eius cum uino styptico hora post horam, ut dictum est. ad hoc mirabiliter ualet emplastrum factum ex ruta, & expressiõne granatorum. aliud R. aloes, sarcocollæ, sanguinis drac. myrrhæ, thuris, balaustrarum. ana. 3. i. aristolochiæ ro. S. climiæ argenti. 3. ii. puluerizentur subtilissimè, & superponantur.

CONSOLIDATIO uerò fiat cum his, quæ statim narabo in chronica: nam & quæ dicta sunt, consolidant; sed dicenda erunt fortiora. uide etiã pro his infra. 18. capitulo de fistulis ani.

CVRA in antiqua præter dictos canones etiam seruan-

dos in hac est. primus est remotio carnis corruptæ, & filtro sæ cum medicinis acutis; ut sunt colcotar, arsenicum, sal armoniacum, atramentum, alumen, calx uiua. ista terantur, & misceantur cum urina pueri in uase æneo, & dimittantur exiccari. sumantur omnia simul, uel aliqua ex eis, & post exiccationem utere.

Secundus, qui memoratur, est conuersio materiæ cum diuersionibus, de quibus in de ophthalmia, & infra de lachrymis, & de catarrho.

Tertius memoratus est absterfio cum his, quæ diximus confortatis cum aliquo acutorum leuium; ut est unguentum ægyptiacum cum modico aloes aut olibani.

Quartus, & memoratus etiam est administratio incarnatiuorum non expoliatorum ab eo, quod est sicut ziniar, & atramentum, de quibus dicam, & consolidatiuorum, ut promissi. incarnatiua, & consolidatiua. Recip. olei ueteris, uini ueteris boni. ana. lib. ii. s. litargirii puluerizati, & cribellati lib. coquantur ista simul in cazola per diem integrum, donec nigrum, & relucens fiat; deinde ex eo fiant tentæ, quæ ponuntur in fistula: est quidem singularis. ad idem præcipue, quâdo uulnus non est in extrinseco. Rec. ziniar. 3. iii. uitrioli, de quo fit encaustum, adusti. 3. vi. arsenici, baurach, spumæ maris. ana. 3. i. salis armoniaci. 3. ii. armoniacum dissoluatur in succo rutæ, & incorporentur species cum illo, & fiant trochisci. exiccantur, & cum uti uolueris puluerizentur, & fiat alcohol, & imponatur. aliud. Recip. thuris, aloes. ana. 3. i. sarcocollæ, balaustiar, sanguinis draco, antimonii, aluminis, ana. 3. s. floris æris quartam. 3. i. fiant collyria: idem ad idem confectio Gabrielis posita à Mes. c. a pitulo de algarab. hic enim est processus rationalis, quo quæritur cura fistulæ absque cauterio, quam multi paleati uam, & non ueram dicunt. sed salua eorum reuerentia multi, & plurimi curati sunt; non enim credendum est tot, & tantos uiros, ut fuit Gal. Aui. Mes. & plures modernorum curam hanc sicut rationalem posuisse; nisi effectus ipsius consequeretur. credo etenim, quod in fistula habemus considerare tria; principium, medium, & finem, siue ultimum sui esse in malitia: nam in principio, & medio sui credo ipsam curabilem cum his, quæ dicta sunt, ut nostri auctores uoluerunt: ipsa enim pro tunc est in carne sola. cum uerò ad ultimam sui malitiam peruenit, quam pessimitatē morbi Mes. uocauit, quando os corruptum est; tunc ad operationem manualementem est pertranseundum, & de ista locutus est Auic. de cura eius, dum dixit. Chronica uerò cura uera est cauterium, quam sic succincte prosequar. canon primus est ulceris ampliatio; nam dictum est supra, quod est stricti orificii. secundus est corrupti remotio. tertius est fistulæ mortificatio, siue callositatis remotio; nam ea durante nunquam consolidabitur: quartus est mundificatio, absterfio &c. & ultimus est consolidatio. pro primo dicendum, quod melius est, & citius fit, ut scissio facta sit in longum cum lanceta, quàm quod ampliatur cum canna, aut cum spongia: aut radice gentianæ, uel sambuco: nam eo casu fit ulcus rotundum, & remanet cicatrix turpis, & deformans oculum. unde hoc fortè considerans Auic. dixit. necesse est ipsam scindere, & detegere. & Mes. scindantur in longum, usque quod perueniatur ad os, & tunc consequenter perficiatur. secundus, quod si os in superficie fuerit alteratum; radatur totum læsum, & corruptum, deinde procedatur cum consolidatiuis, mundificatiuis &c. ut habitum est. quod, si fuerit os multum, & profundè corruptum; tunc cauterizetur ad sufficientiam secundum considerationem corrupti. ubi aduertendum, quod cū peruenierimus ad cauterium saltem actuale; nos debemus comprimere oculum uersus lachrymale syluestre compressione facta cum spongia infusa in aqua frigida; aut succo solatri, uel portulacæ, & sæpe innouare. quod, si fiet cum potenciali; erit utile, & canonicum; & etiam hoc semper obseruare debemus; cum in angulo oculorum ponimus medicinas acutas. cauterium quidem actuale Lanfranco, & Guidoni plus placuit, & dicunt ipsum posse melius mensurari, quàm potenziale, quod non accedat ad destruendum lachrymale, & fiat cum lamina rotunda per cannulam. Iesus autem circumponit pastam, deinde ponitur terta in albumine oui infusa, & mutetur in crastinum; deinde

ut uidebitur, procedatur ad ulteriora. Guil. laudat actuale usque ad perforationem ossis, & sic uidetur consentire Aui. sed Mes. inquit. & sunt ex hominibus, qui perforant, uerum istud est, quod rarò recipit curam, nisi sit à fortuna. remouentia autem callositatem, & sunt cauteria potentialia. R. arthanitæ, atramenti rubei, cantaridarum abscissis capitibus, & alis, calcis uiuæ, salis armoniaci puluerizatorum. ana. 3. i. incorporentur cum urina pueri, & in umbra deficientur; deinde administretur, & ponatur mane, & sero modicum de eo in fistula, mundificetur locus semper prius. aliud. R. foliorum rutæ, agrimonie, chelidonie. ana. M. s. contendantur, & bulliantur in lib. s. aquæ ardentis, usque quo redeat ad quartam, & coletur. & ex colatura duæ, uel tres guttæ ponantur in fistula quolibet die, usque quo fuerit mortificata. item aliud. Recipe zucchari albi. 3. iii. uiridis æris. 3. i. puluerizetur subtilissimè, & bulliant in aceto. s. usque ad spissitudinem unguenti, & in eo tenta inuoluitur, & ponatur in fistula. Gordonius curat omnem fistulam. R. agrimonie, foliorum oliuæ, rutæ. ana. M. i. contendantur, & bulliant in lib. iii. uini albi, & coletur. & de hac colatura bibatur cyathus, uel medius cyathus quolibet mane. oportet enim & in his uenire ad alia arma, aliter, ut existimo, cum morbo non fit, quicquid dicat Gordonius. aliqui dicunt, ponatur in fistula, & quod ita debet stare textus eius. & hoc uidetur rationabilius.

De lachrymis, & fluxu earum inordinato. Rub. 11.

LACHRYMA est humiditas à cerebro ad lachrymalia oculorum per uenas, aut arterias intrinsecas, aut extrinsecas propulsa. causa cuius exuberationis secundum plurimum est debilitas retentiue, aut digestiue diminutè decoquentis, ut oculi semper humidi sint humiditate aquosa. Auic. dicitur secundum plurimum; quia à lachrymali naturaliter diminuto, aut accidentaliter ui medicinarum acutarum, uel humorum acutorum; ut in uariolis: aut incisione facta; ut in ungula, non conuenienti, aut ex intensione febrium, uel frigoris magni, aut ex casu, percussione accidentibus animæ contingere potest.

CAUSAE. Cum enim cerebrum constringitur; humiditates subtiles egrediuntur uenientes ad oculos, & ad nares quandoque. similiter, cum dilatatur cerebrum; aperientur meatus: unde humiditates fluunt. unde dolore, & gaudio lachrymatur diuersimodè. in dolore ratione constrictio nis cerebri, nam constrictio notabiliter cordis, quæ contingit in dolore communicatur cerebro per neruos, & uillos, quibus continuantur illa duo membra: unde & cerebrum constringitur. in gaudio uerò ratione dilatationis cordis, quæ cerebro communicatur, ut dictum est. & ex eis quædam natiuæ, & quædam accidentales, quarum accidentalium, quædam sunt inseparabiles in sanitate etiam, ut quæ contingunt in scissione unguis, & huiusmodi: quædam separabiles, ut sequentes febres acutas, aut non acutas, humorales, aut ephemeræ quandoque. nam remota ægritudine remouentur. item earum quædam ueniunt per uenas subter cranium: quædam per uenas extra cranium. ex quibus apparet distinctio earum ex parte causæ, temporis, & loci. & scito, quod præter causas dictas adhuc aliæ sunt; ut odor rei acutæ, & mordicatiue, ut uapor eleuatus à tali re, ut ex comestione sinapis patet. item superfluous potus, superfluous somnus, ite superfluum exercitium oculi circa aliquam rem, quo oculus debilitatur: unde scriptoribus magnis longi temporis oculi lachrymantur. & accidit, ut in lachrymis oculi dextri magis appareant lachrymæ, quàm in sinistro propter latitudinem uiarum; ut in paralyti supra. in senibus uerò oculi lachrymantur propter debilitatem contentiue cerebri, & propter humiditatem causæ nitrosam, & multam in cerebro multiplicatam propter ipsius cerebri debilitatem. item quædam ueniunt communitate stomachi, uel totius: quarum curatio est membri, uel totius rectificatio, obseruatis his, quæ dicentur.

SIGNA demonstratiua. si ex debilitate contentiue fiant, signa; quia uirtus in aliis partibus est debilis, & maximè in neruis, & cerebro. quod, si ex debilitate digestiue; signum abundantia superfluitatum ex naribus sputi, & huiusmodi.

Si ex multitudine humorum in toto, uel in cerebro; sentitur per grauitatem in eis. quòd, si fluxus est per uenas interiores; signum multiplicatio sternutationis: si per exteriores; tunc adest dolor cutis, capitis, & frontis.

PROGNOSTICA. natiuæ, & quæ accidunt diminutione lachrymali, uel incisione profunda; ut in ungula, uel humorum acutorum, corrosione, ut in uariolis accidit, curam non recipiunt. lachrymæ inuoluntariæ in acuta feb. significant debilitatem contentiuæ, & apostema cerebri, & incurabiles sunt. lachrymæ uenientes per uenas intrinsecas difficile curantur. unde Ras. si fuerit effusio intra cranium; sanatur parum, & non est ei curatio. quæ autem per uenas exteriores facilius curantur. de prognosticis earum etiam habes in sine ca. in apho. & tu ibi. & multiplicatur cursus lachrymarum hyeme. s. in frigore. Auic. utrum autem natiuæ sint curabiles, dicetur in dubiis.

CYRA, canones. primus ordinatio diætæ, digestio materiæ, euacuatio eius, confortatio capitis, & remotio eius malæ complexionis, diuersio, & administratio medicinarum commensurata stypticitatibus.

Primus perficitur declinando ad contrarium causæ; ut si est calida cum frigidis, de quibus supra in.iiii. tractatu de ophthalmia.

Similiter compleantur secundus, tertius, quartus, ut opus erit cum his, quæ dicta sunt in ophthalmia, & fiat phlebotomia, si uidebitur expedire.

Pro quinto etiam recurras ibi. & quidam, ut Galen. 13. therapeu. maximè in lachrymis, quæ per uenas interiores, & arterias ueniunt; laudat incisionem uenæ, uel arteriæ, per quam comprehendimus materiam fluere, & deriuari. pro qua incisione recurras ad Mesuem de ophthalmia; est enim cura non mihi placens; plus autem placet cauterium, ut dicitur.

Complentia autem sextum in causa calida sunt. R. boli armeni. ʒ. s. mastice, dragaganti. ana. ʒ. ii. puluerizentur, & misceantur cum albumine oui, super frontem ponatur, & tempora. aliud ad idem. R. lanam non ablutam, & combure, & cinerem eius diligenter tere, & sic cum albumine oui super frontem, & tempora pone. dolorem tollit, & fluxum amputat. fortiora constrictiua potest quis componere, ut uoluerit ex simplicibus positis supra in principio, ut patet consideranti. quæ autem immediatè complent sextum canonem, in causa hac sunt. R. sief albi sine opio descriptio ne Mesue. item puluis thuciæ præparatæ cum aqua rosata. item puluis myrobalanorum kebulorum adustorum cum aqua ro. in lachrymali positus. item. R. lapidis hematitis loti, thuciæ præparatæ, ana. ʒ. i. margaritarum. ʒ. s. sief memite, aloes. an. ʒ. i. & fiat alcohol, & est Iesus, & amplissimè commendatur. ad idem. R. succi granatorum acetosorum, decoctorum usque ad medietatis consumptionem, & colati lib. s. deinde pone super ipsum sief memite, aloes, litii, croci. ana. ʒ. ii. musci, dauich. ii. siue grana. xvi. reponantur in uase uitreo, utere manè, & serò.

Quòd, si fuerit phlegma falsum; abluantur sæpe oculi cù aqua calida decoctionis fumiterræ ros. & sandalorum rubeorum, & uidebis mirabile. in causa uerò frigida factis, purgationibus, & cæteris, ut supra. R. thuciæ præparatæ, sarcocollæ nutritæ, myrrhæ, olibani, mastice, storacis, calamitæ, ambræ. ana. ʒ. i. ro. sumach, sanguinis dracon. an. ʒ. vi. conficiantur cum mucillagine dragaganti, & gummi arab. & fiat collyrium. item. R. thuciæ, myrrhæ, thuris, ana partes æquales: sief memite, croci. ana. partes. i. tertias. ii. & est bonum. quòd, si materia fuerit composita; compone: nam ex datis simplicibus his, & compositis potest curiosus medicus per se multa componere; sed semper consulo, ut experta sectemur. postremò notandum, quòd in hac cura, ut dictum est, procedunt quidam cum incisione arteriarum, & uenarum, sed magis laudo, ut fiat cauterium super bregma, & est locus, ad quem uenit digitus medius, cum ponitur extremitas manus super extremitatem nisi usque ad os, & dimittatur apertum usque ad quadraginta dies: & bis in die mundificetur sanies. item etiam laudo sectionem, & applicationem uentosarum retrò. sed hic aduerte, quòd licet in hoc sint iuuatiuæ; nocent tamen uehementer memoriæ

A quarta primi. cap. de uentosis. unde princeps. Ventosa, quæ nuchæ superponuntur, obliuionem hæreditare faciunt ueraciter, sicut quidam dixerunt.

De passionibus corneæ, & primò de uesica corneæ. Rub. 12.

VESICA corneæ est pustula aquosa in ea existens, cuius aquositas clauditur inter duas tunicas eius ex quatuor superius nominatis constituentibus ipsam, & profundior est deterior, & quæ est acuta corrosiua, & mala, & quæ opponitur foramini nocet uisui Auice. & propriè quando est corrosiua, ulceratiua.

CYRA. canones saltem uniuersales ex parte diætæ euacuationum, & diuersionum sumantur, ut dictum est sæpe. secundum quod conuenit ex parte humoris peccantis. ex parte autem localium applicandorum curentur; si sint paruæ cum medicinis exiccatiuis. R. thuciæ præparatæ, ut infra, climiæ lotæ, antimonii abluti, scorix ablutæ. ana. ʒ. i. opii gra. v. conficiantur cum mucillagine fœnugræci, & ad ministrentur. ad idem. R. trochiscorum de stella torrefactorum. ʒ. s. thuciæ. ʒ. i. climiæ, antimonii lauatorum. ana. ʒ. iii. scorix æris ablutæ. ʒ. iiii. opii. ʒ. i. terantur. cum aqua pluuiali fiant collyria. thucia sic præparatur. igniatur decies, & quinquies extinguitur in urina pueri, & quinquies in aqua ro. postea puluerizetur, & deinde fiat expressio succi & exiccetur thucia. si autem ad magnitudinem perueniit; tunc oportet, ut ferro curentur.

De exituris, & ulceribus corneæ. Rub. 13.

EXITURA corneæ est ulcus factum in partibus eius, cuius causa secundum plurimum est humor adustus acutus. & dicitur secundum plurimum; quia à percussione, casu, & apostemate etiam contingere potest. sicut successione ophthalmiæ, & successione bothor, ut plurimum. cuius septem ponuntur species, quatuor in superficie, & tres profundæ. prima est ulcus simile fumo existens super nigrum oculi, & expansa occupans magnum locum, & nominatur catenica. secunda est profundior, albior, minoris quantitatis, & dicitur nubes. tertia est super coronam nigredinis, quæ aliquando occupat de albo coniunctiuæ aliquid, & quod est, super pupillam uidetur album, & quod est super coniunctiuam, rubeum, & nuncupatur coronalis. quarta est super pupillam apparens, ac si pauca lana esset ibi, & dicitur adustiua, & etiam lanosa. quinta est profundior his, & nominatur amilum, est stricta. sexta, & est minus profunda, & latior quinta, & uocatur lulum. septima est ulcus sordidum habens crustas, & nominatur afficmie: & frequenter corrumpitur cum ea oculus. ubi notandum, quòd ulcera coniunctiuæ sunt rubea, & corneæ alba propter ipsorum corpora. item multi credunt uidentes albedinem in cornea, quòd ibi sit macula, & ibi certè est cicatrix, & tunc laborant cum cõsumptiuis maculæ, & oculum consumunt. item aduertendum, quòd magna cura est adhibenda in istis exituris, & sollicitudo: nam, cum malignantur; faciunt disrupcionem magnam & exitum à uulnere, & in fine perditur oculus. & ideò dicebat Rasis nono Almanfo. de uulneribus oculorum. ad hanc uerò passionem curandam necessarius est medicus in curis oculorum ualdè instructus: & subiungit. Ulcera in coniunctiuam non adeò sunt timenda; ut quæ in cornea: & præcipuè quæ sunt sub pupilla. hæc enim sunt deteriora. diligenterque considerandum, quòd albedo, quæ est ex cicatriciæ, corneæ est indebilis.

D IN cura seruentur canones hi. primus, quòd, si cum ulceribus oculorū fuerit ophthalmia, aut rheuma notabile, aut dolor capitis; prius ista sedentur; nam ea fouent, ut supra de ophthalmia. unde Aui. de cura exiturarum oculi. & si fuerit hic ophthalmia; curetur prius cum euacuatio ne prædicta in cap. suo.

Secundus, quòd discurratur hoc capitulum de ophthalmia, nam curatio ulcerum conuenit cum intensioribus curationibus ophthalmiæ, ut patet: & ideò omnia seruentur ex parte regiminis diætæ digestionis, & euacuacionis humoris cum pharmacia, & phlebotomia de diuersionibus, ut ibi. notandum, quòd medicus super omnia debet attendere ad euacuaciones humorum; ne multiplicentur superfluitates, & ut superflue educantur. & ideò dicebat Auice.

ΘΛΥΚΤΑ
ου græ-
cis, pustula
nostris
barbaris
autem ue-
sicæ nomi-
natur.

Thucia ut
preparan-
da.

Experta
semper in
sectanda.
Bregma
quid.

In hoc cap. Confert assiduatio solutionis uentris omnibus quatuor diebus cum eo, quod educit superfluitatem acutam, subtilem ex decoctionibus, & infusionibus.

C V R A. in facta casu, percussione &c. fiat phlebotomia, aut uentofatio, superponatur albumen oui conuassati cum aqua rosa. super frontem, & oculos. constrictiuum prohibens fluxum humorum, ut. **R.** uini granatorum. $\bar{3}$. ii. aquæ ros. lib. s. boli armeni. $\bar{3}$. i. & si uis fortius; adde acaciam, & huiusmodi, de quibus supra in principio capituli. puluerizentur, & bulliant; deinde infundantur petiæ, & infusæ superponantur; donec securi erimus de prohibitione ampliationis ulceris oculi. postea uerò procedamus cum exiccatiuis, non multæ mordicationis; ne fiat saniei generatio. est enim sanies in oculo semper mala, & suspecta, Mesue in hoc capitulo. & cum generantibus carnem, siue consolidantibus, ut est sief album supra de ophthalmia, & quæ infra dicentur.

C V R A in factis ab humoribus acutis, aduistiuis canones, ordinatio diætæ, digestio humorum, euacuatio cum pharmacis, & phlebotomia, diuersio cum uentosis, administratio medicaminum circa uulnus: delere uestigium, quod ex uulnere remansit: corrigere accidentia, si qua remanent.

Primi complementum patet ex dictis. quibus addo, quod infirmus supinus, & altus cum capite iacere debet, & super partem contrariam læsæ se uoluere, non clamare, & forti motu, & ab omni tali re abstinere, qua oculus lædi possit agitatione spirituum, & humorum.

Secundi perfectio patet. tertius adimpleatur cum iteratis euacuationibus leuibus, ut supra: item cum phlebotomia, & præcipuè in principio ex cephalica: modera tamen canonem, ut supra de ophthalmia. & ex isto pro parte fiet euacuatio, & diuersio, de qua habetur ad plenum supra, & præcipuè, de soda: & tu ibi. & sic completur quartus.

Quintus cum medicina completur; si pustula non est aperta cum his, quæ aperiunt; ut sunt aquæ fœnugræci, aut meliloti. festinante autem, ut supra, Iesus aperiatur. deinde procedatur cum mundificatiuis, & absterfuiuis, & in hoc præ ceteris laudatur distillatio syrupi ros. à Rabi moye. 22. parte libri sui. post uerò mundificationem utantur sief albo cum opio, cum lacte mulieris, & albumine oui administratur secundum plurimum medicina exiccatiua non multæ mordicationis. quòd, si dolor non sedetur; fœnugrecum coctum cum ro. in uino styptico, aut aqua ro. super oculum ponatur siue cataplasmetur. ubi est notandum, quòd, si dolor, & pulsatio oculi sedabitur ex appositis dictis; sperandum est saniem non debere generari: si uerò non; expectanda est sanies. cum uerò sedabitur dolor; procedatur cum sief albo, ut dictum est: deinde perueniamus ad sief de thure usque ad sief de plumbo Rasis nono Almanf. & eo casu utitur Mesue, sief tantum de plumbo, & sief Auic. ab eo uocatum luberus. & aliud hoc fortius: ista enim consolidant. si uerò non sedabitur dolor, immò augmentabitur; tunc existimandum est saniem fieri iuxta illud. 2. aphor. circa generationem: & est signum perditionis, uel incurabilitatis; tunc ligandus est oculus, & superponendus est plumaceolus, qui leuiter oculum comprimat, ut sanies egrediatur. & mundificandus est cum hydromelle, & radio in eo intincto, aut syrupo ro. ut supra: aut hydromelle facto ex melle rosato colato, & aqua; deinde procedendum est cum consolidantibus. ut est sief de thure ro. aut plumbo. quòd, si pustula est ita magna, ut dubitaretur de exitu uueæ, aut de eius corrosione; tunc utantur sief elisir Ras. aut sief lubenis Auic. & alterius quod sequitur eiusdem. & plurima talia, uel consimilia habentur in Mesue.

Sextus perficitur cum his, quæ dicentur de albugine oculorum.

Accidentia uerò corrigi habent; huic tamen ex diuersis causis secundum, quòd diuersa consurgunt.

De exitu uueæ, & rupturis corneæ. Rub. 14.

V N D E curentur, ut dictum est de ulceribus, ex parte diætæ, euacuationum, diuersionum, & cæterorum, ut cum absterfuiuis & exiccatiuis. quòd, si uuea egreditur, aut apparet, & timetur eius exitus; fiat impositio sief de hematites

E cum albumine oui super cote fricatio, & est mirabile. quod est. **R.** lapidis hematites. 3. iiii. cerussæ, climiæ. ana. 3. ii. æris usti, amidi, gummi arabici, dragaganthi, opii, an. 3. i. fiat sief cum succo foliorum oliuæ. ad hoc etiam ualet sief elisir Rasis memoratum in præcedenti rubrica. fiat ligatio cum stricture comprimente aliquali. quòd, si uena egressa fuerit cum ligatura comprimente, & sief dictus; curetur, & maximè si fuerit recens. quòd, si fuerit ex longo tēpore, ut anni unius uel plurium; non recipit curam. item, si fuerit indurata, & alba; curam non recipit: & sic non approximes ei. quidam tamen student eminentiam eius cum filo serico remouere ligando, & se uergendo, & postea procedunt cum his, quæ uestigia oculorum, aut cicatrices remouent: de quibus infra de albugine oculorum.

De albugine oculorum in cornea, siue nebula, & cicatrice. Rub. 15.

V N D E albugo, siue nebula est albedo apprens in oculo, & præcipuè in cornea, siue concuuatione, aut eius notabili eleuatione. causa cuius est humiditas phlegmatica in cornea imbibita uisum ut plurimum obtenebrans. & dicitur sine concuuatione ad differentiam ulcerum in cornea existentium: quæ, ut dictum est, apparet alba, uel cum quadam albedine. dicitur autem eius ad differentiam bothor alborum. dicitur autem eius ad differentiam albedinis, quæ est in cicatrice, ut dicitur: nam post consolidationem ulcerum corneæ remanet cicatrix alba, & causa dicitur. dicitur ut plurimum uisum; quia aliquando est in circuitu corneæ; & tunc parum nocet; sed ut plurimum accidit ante pupillam, & tunc prohibet transitum aeris ad crystallinū, cum quo deferuntur species uisibiles. ubi notandum, quòd Rasis eam uocat maculam, quam Iesus uocat bothor. & est genus ad uestigium, cicatricem, punctum album, albulam, albuginē, nebulā, pannum, telam, petiam. Auic. uerò nebulam, siue albuginem scripsit. notandum, quòd earum quædam sunt subtiles in superficie corneæ existentes, & tales uocantur nebula, quædam grossæ penetrantes usque primum, ac secundum corticem corneæ, & tunc dicitur albugo. & hanc distinctionem intellexit Auic. in principio capituli. itē addatur, quòd earum quædam est recens, quædam multitemporis: quædam in puero, quædam in sene, quædam in iuene.

Iuxta quæ ponuntur conclusiones prognosticæ; prima, superficialis recens in puero faciliter curatur. secunda grossa uerò recens in puero difficilius, quàm recens superficialis in eo, sed absolute talis faciliter est curabilis. patent hæ conclusiones; quoniam in pueris uirtus est fortis, humores sunt subtiles resolutioni satis parati, & membrum passibile; quia oculus rarus est, quo ad tunicas, & humores. tertia conclusio. superficialis recens in senibus satis difficulter curatur. patet conclusio propter causas contrarias his, quæ de pueris dictæ sunt. quarta conclusio. grossa, & recens in senibus ualdè difficulter curatur. patet conclusio propter causas contrarias eis, quæ dictæ sunt de pueris. quinta, quòd superficialis, & grossa multi temporis in senibus nunquam uel rarissime curatur, & maximè cum difficultate una, uel tantum altera difficilius est curæ. patet conclusio intelligenti, quo ad ambas eius partes. sexta conclusio. in iuuenibus hæ dispositiones quantum ad earum curam medio modo se habent inter dispositiones senum, & puerorum: nam qualis est habitudo ætatis ad ætates; sic ad dispositiones dispositionum suarum.

C A U S A E. Ex causis primitiuis sunt aer calidus, & humidus caput replens, uentus austrinus, aer frigidus cōstringens, & humores ad oculos emittens, casus, percussio, collyria frigida, quia usus eorum, cibi, & potus phlegmatici. exercitium post repletionem, post quietem repletio ciborum, & maximè uaporosorum; ut cœpæ, alliorom, & huiusmodi. superfluous coitus, & immoderatus, animi accidentia mala, ira, tristitia, & huiusmodi. antecedens complexionalis, mala cōplexio fri. & hu. cerebri, uel totius debilitas uirtutem. quare superflua non consumit; sed ad oculos mittit. compositionalis magnitudo oculorum, & uiarum amplitudo, quibus humores facile descendunt. humoralis uerò phlegma in toto, uel cerebro existens ad oculos descendens,

dens. coniuncta phlegma viscosum in substãtia corneæ imbibitum, ut supra, vel debilitas nutritiua non potentis uiuificare nutrimentum, aut superfluum resolueret.

SIGNA demonstratiua pro parte nota sunt ex descriptione posita: attamen, si fuerit ex phlegmate ipso; ualde alba erit. quòd, si fuerit ex phlegmate coniuncto alteri humoris; albedo declinabit ad latus ipsius humoris commixti quòd ad colorem.

PROGNOSTICA. oculorum magnitudo, ipsorum rara compositio, diaphaneitas, frequens scotomia, uertigo post crapulam, dolor capitis, & eius grauitas, hæc futuram albuginem pronuntiant. & iuxta hæc ponuntur conclusiones prognosticæ sex præcedentes.

CYRA. canones, ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, diuersio, medicaminum particularium applicatio, & propter rubricam cicatricum palliatio.

Seruentur itaque ex parte diætæ, & cæterorum trium canonum, quæ dicta sunt supra de soda phlegmatica, cum syrupis, phlebotomia, pharmacia, gargarismatibus, & aliis diuersionibus, ut ibi. Iesus autem non multum curauit de diuersionibus in maculis oculorum; immò dixit, quòd in ea purgatione non est necessitas, nisi oculus calefieret, ut contingit in maculis venarum, quarum materia à cerebro descendit. securius, & magis canonicè dico facere præcedere uniuersalia.

In ea, quæ est recens, & subtilis, ut ætate tenera, primus est euaporatio assidua eius: secundus absterfio, & consumptio leuis. primus completur cum euaporatione aquæ calidæ decoctionis meliloti vsq; ad faciei ruborem: debet. n. hoc semper præponi ante immisionem absterfui, & assiduari, sicut & ipsum absterfuum. secundus perficitur cum lingua ut faciunt mulieres. quòd, si fortius cupis; fac mulierem, ac virum hoc facientes masticare fœniculum; aut rutam, & ualebit in grossa, in pueris, & iuuenibus. aliud iniiciatur lac mulieris sæpe, deinde ponatur puluis ovis sepiæ. & nota, quòd iste puluis, neque alius debet diu stare in oculo, ut dictum est supra. aliud, & expertum. Recipe succi papaueris rubei, succi centaureæ minoris, & facta residentia miscantur cum melle. aliud & fortius. Recipe ovis sepiæ. 3. i. s. salis armonia. cerussæ. an. 3. i. ammoniaci. 3. ij. expertum.

& est Alexandri. aliud & est quibusdam secretum. impleatur vas vitreum floribus roris marini, & tempore magni æstus ponatur ad solem, in quo dimittatur. xl. diebus & liquor, qui tunc inuenietur est res mirabilis. & iam de hoc habitum est experimentum. aliud, & stercus lacertæ, sarcocollæ, zuchari crudi ana. puluerizentur, & fiat alcohol. Ex his potest intelligens eligere cõuenientia in grossa & multi temporis, in ætate tenera. & tu considera. In grossa, & superficiali recenti, aut multi temporis, in ætate senij feruentur consimiles, sed adhibendo fortiora. unde semper habeatur menti, & continuetur euaporatio, ut patet, & mollificatio oculi cum lacte mulieris, vel mucillagine fœnugræci, aut decoctione aquæ maluæ. sic enim oculus maximè bene disponitur. deinde ponantur alcohol, collyria. non ergo ponatur aliquid in oculo nisi præcedente mollificatio. & ut seruiam simul pluribus canonibus; procedam de antidoto forti continuè ad fortius. & stercoris hyrundinum puluerizati. 3. i. incorporetur cum fauo mellis quatum sufficit,

& deinde distemperentur cum aqua euphragæ & instilletur. & inquit Auic. secundo canone, stercus hyrundinũ mirabile est in hoc & iam expertus sum ipsum. & nota Auic. practicasse quòd à multis non creditur, aliud. Rec. ovis sepiæ. 3. i. zinz. 3. s. piperis. 3. i. fiat puluis fm artem, & ponatur in oculum, deinde clauso oculo cum digito super palpebram ægri posito fricetur leuiter oculus, aliud & est Rasis cui ut dicit nullum aliud in bonitate comparatur in remouendo albuginem, & idem magnificè commendat Mes. dicens, confectio medicaminibus sublimis ad albuginem remouendam cito. & massacumia, & est aqua vitri, stercoris magni lacerti, spumæ maris, baurach, zuchari tabarzet. an. par. æquales, deinde. & radicum chelidoniæ, acori, fœn. an. vnc. i. coquantur in lib. i. aquæ ad consumptionem duarum partium, deinde puluis earum rerum in hac aqua submergatur ita, ut ex ea imbibant. deinde exiccetur, & fiat alcohol

aliud. R. floris æris. 3. i. thuciæ. 3. ij. vitreoli romani. 3. s. spu mæ maris, chelidoniæ, ruta, rosarum ru. acori. ana. 3. xij. illa quatuor chelidoniæ, ruta, rosæ rubæ, acori, pistetur & bulliant in lib. i. vini albi agrestis tam diu quòd medietas sit consumpta. & colentur. & cù illa colatura nutriatur puluis aliarum rerum, & exiccetur in umbra. & post exiccationem teratur, & cribretur cum petia, & ponatur super albumen. remouet sine angustia, & labore. quid autem agendum sit in his quæ medio modo se habet patet. & sic cõpletur quintus canon quantum ad ea quæ physico pertinent, nam quidam operantur cum rasorio, & alio simili instrumento radendo suauiter, deinde applicando remedia dicta, sed expertissimis in arte hoc relinquo.

Cicatrices uerò possunt palliari, sed non remoueri & similiter maculæ antiquæ, & in prouectis, & quæ iam corruerunt substantiam corneæ non curantur. causa est, nam corneæ est membrum spermaticum, & corruptum tale non generatur homogeneæ, sed etherogeneæ. vidi pluries & pluries cicatrices in membris aliis non dico tantum remoueri sed palliari non posse, in quibus etiam peritissimi viri suam diligentiam posuere. quare de ipsarum palliatione in oculis tanquam de re nõ multum possibili aut facili supersedeo, si prius inscripsero medicamen in hoc casu conuenientissimum, & fuit ex secretis Gentilis. Reci. aquæ mellis factæ ad alembicum, & ista aqua utatur æger continuè pluries & pluries de ea in die distillando in oculo, faciendõ prius euaporizationem ut supra. postea aqua ros. utatur fœniculi. ana drach. i. antimonij puluerizati. 3. i. & distilletur totum per filtrum, in oculo ponatur, & ualet in hoc casu alchitram, aloes, fel capræ cum vino, chelidonia, fimus columbi cum aceto, collyrium indum, col. citrinum. Auic. in hoc tractatu secundo, sexto capitulo. fel ericij, fœx vini cum thuciæ, limaciæ combustæ cum carnibus suis tritæ ut alcohol, pumex usta & lota, aqua raphani, cinis sepiæ cum melle. causam autem quare cicatrices corneæ albæ apparent reddit Conciliator in problematibus per ipsum translatis Alexandri problemate. 120. quærit Alexander propter quid ulcera facta in pupilla oculi & destructa apparent alba, quæ uerò extra pupillam in nigredine non. ad hoc respondet Conciliator aio. quia per pupillam solũ egreditur spiritus uisibilis præclarissimus existens, & luminosus, in dealbationibus ergo cicatricis cum densitate pororum carniformis tunicæ non amplius spiritus uisibilis digeritur. & ideò coadunatur multitudine illustrans cicatricem albam hanc demonstrat, propter autem non exire densitatis spiritum uisus non uidetur.

De sanie post corneam.

Rub. 16.

Cum sanies collecta fuerit post corneam quoquo modo habita semper aduertentia ad uniuersalia medicetur cù medicamine posito à Iesu cap. de dubelati. Recip. cerussæ. 3. viij. opij. sarcocollæ nutritæ, ana. 3. i. dragaganthi, gũmi arabi. ana. 3. iij. thuris. 3. i. & fm Haben Mesue armoniaci, croci. ana. 3. i. fiat sief cum mucillagine fœnugræci. & si cù isto non curaretur recurratur ad consumptiua diaphoretica supra de ophthalmia frigida. & similiter conferunt quæ valent in consumptione aquæ de quibus infra, ut oppoponacum, euphorbium, balsamus tñ in hoc casu est mirabilis. Tu tamen sis sollicitus in stuffis, & euaporationibus, nam maxime in hoc casu conferunt. quòd si per hunc modum curari non poterit, consulit Iesus, & alcoatim quòd scindatur locus cum spatamine paruo super corneam inter pupillam & album & extrahatur uirus. relinquo artificibus.

De passionibus uux, dilatatione pupillæ, vel constrictione eius.

Rub. 17.

Quid sit uuea dictum est prius in principio capituli, & consimiliter quid de pupilla, accidit enim ut uuea egrediatur facta apertura in cornea de qua dictum est de exituris, rupturis corneæ. Pupillæ autem contingunt duæ dispositiones de quibus auctores specialiter loquuntur, & est eius prima dilatatio uux quæ ab auctoribus nominatur aluicifar, quæ sic describatur ab Auic. proprio capitulo. est ut fiat foramen uueæ latius quàm est in natura causa cuius secundũ plurimum est humiditas phlegmatica, aquosa repleta, ac relaxas uueam, & hic loquor de facta à causa primitiua,

μυδρίασις græcis, latinis pupillæ dilatatio & effusio. Auice. uero aluicifar dicitur.

Puluis in oculis haud diu cõcedetur.

quædam alia sunt in oculis haud diu cõcedentia.

nitia, ut eſt illa quæ fit caſu, aut percuffione quam pluri-
es uidi. dicitur cuius cauſa; quoniam aliquando accidit ab
apſtemate extendente eam ex humectatione humoris al-
buginei: nam cum humectatur albugineus multipliciter cõ-
primens uueam mouet ad dilatationem Auicen. quando-
que fit à ſiccitate albuginei, ut eleuatione uaporum calido-
rum exiccantium, aut aliter quomodolibet à ſiccitate ipſa,
& tunc corrugatur uuea, & mouetur uerſus circumferen-
tiam, ſicque dilatatur oculus. & reperitur dilatatio pupillæ
naturalis, & tunc oculus aut non uidet, aut uidet, & iudi-
cat minores, & tali non eſt cura adhibenda. conſimiliter
non ſe intromittat oculiſta de ea quæ facta eſt à caſu uel p-
cuſſione, & præcipuè ſi fuerit magna. unde Auicen. & quæ
eſt ex percuffione, aut caſu non habet curam. idem dicen-
dum eſt de ea quæ fit ſucceſſione uehementis doloris capi-
tis ubi ex uaporibus acutis exiccata ſit uuea. & hoc uoluit
Rafis in nono Almanſoris, capitulo proprio dum dixit.
fiuntque poſt uehementem cephalæ dolorem, parua ha-
benda eſt fiducia in cura eius. item confirmata non habet
curam Meſue.

SIGNA demonſtratiua eius quæ eſt ex humiditate, quo-
niam pupilla uidetur dilatata, & fluunt humiditates per na-
res oculum, & palatum. & ſimiliter apparent ſigna humidi-
tatis in capite, oculis, fronte, & huiusmodi, & quòd ſubito
quaſi accidit, & non paulatim. & nota, quòd in ea quæ ſic fit
ab humiditate ſtatim dubitandum eſt de pupilla alterius
oculi ne etiam ab eadem humiditate dilatetur, aut altere-
tur, & poteſt eſſe ſignum hoc ne dum demonſtratum, ut
uidi, ſed & ſapere naturam prognosti. propter quòd A-
uicen. & fiat alcohol alteri cum thucia, ut non dilatetur ſi-
cut primus.

Eius uerò, quæ eſt à ſiccitate ſunt arefactio oculorum, &
frontis, & quòd humiditates non apparent, neque fluunt
ab oculis, neque à naribus, neque à palato. & quòd paula-
tim fit non ſubito, aut quòd ægritudo præceſſit, quæ fuit
cauſa eius.

Quòd ſi fuerit ex percuffione, caſu, & huiusmodi ſcitur
narratione infirmi, aut aſtantium.

DE SIGNIS prognosticis nihil aliud in præſenti quã
dictum eſt ante, & quòd in aphor. habebitur in fine capitu.

Utrum quæ eſt ex percuffione ſit curabilis dicitur in du-
biis. & quòd dictum eſt de dilatatione aptetur etiam con-
ſtrictioni, quòd facile intelligatur, & ita de ſignis ipſorum
aliquid dicitur in rubrica de dilatatione uifus.

CURA in facta ab humiditate. canones. ordinatio dia-
tæ, digeſtio materiæ, euacuatio eiſdem, diuerſio, reſolutio
& conſumptio materiæ humidæ pupillam dilatantis.

Primus completur cum tolerantia famis, & regimine
exiccatiuo, ut ſuprà de ſoda phlegmatica.

Secundus cum digeſtiuis ut ibi.

Tertius cum euacuatione iterata cum interpolatione
non frequenti, immo quandoque ſufficit euacuatio omni-
bus decem diebus. Auice. & tu pro ea recurras ad dicta de
ſoda phlegmatica. quòd ſi opus fuerit phlebotomare fac
ex cephalica cum obſeruatione cæterorum, ut ſuprà de ſo-
da & ſi exigit diſpoſitio fac phlebotomiam ex uenis lachry-
malis & uenis temporis.

Quartus adimpletur cum diuerſionibus, appoſitione uē
toſarum ſuper collum & ſpatulas, apertione hæmorrhoida-
rum, ſcarificatione aurium.

Ultimus uerò cum his. R. fellis hirci, aut hœdi, aut teſtu-
dinis, exiccantur, & fiat alcohol, deinde. R. parum ſalis ar-
moniaci, & cum ſucco fœni. fiat collyrium. aliud. R. pulue-
ris capiti hyrundinis aduſtorum, & cum melle & ſucco
chelidonæ fiat collyrium. expertum eſt.

Ad idem ualeat ſief de fellibus Rafis nono Alman. de ca-
taracta, & quæ ualent in ea paſſione, ualent & in iſta.

Ad idem. R. thuciæ, croci, myrrhæ. ana. ʒ. i. cum ſucco fœ-
ni. uel maioranæ uel rutæ fac collyrium, & hæc eadem in
multiplicatione, ſiue augmentatione accidentalium humoris
albuginei adminiſtrari debent.

IN CURA facta ex ſiccitate intentio principalis, &
omnimoda ſit humectatio. & pro regimine ex parte ſex
rerum non naturalium recurras ad ea quæ dicta ſunt capi-

E tulo de melancholia. ſcito tamen quòd hæc difficulter cu-
ratur. Meſue.

Ad intra oculum ponatur & frequentetur impoſitio re-
rum humectantium; ut lactis mulieris, aſinæ, uel capræ, &
frequenter fomententur oculi ex decoctione & aqua uio-
larum. item ſuccus ſolatri, ſemperuiuæ cum albumine oui
conquaffati ſupra oculum ponatur, & plura utilia infrà de
debilitate uifus dicentur.

IN cura facta ex dolore dicendum, quòd cum ſit acci-
dens remoto dolore remouebitur.

CURA ſi fuerit ex apoſtemate curetur apoſtema cum
phlebotomia in principio uentofis, deinde apponantur re-
percuffiua in principio fronti, & ſuper oculum defenden-
tia ex bolo ar. ſanguine draco. albumine ouorum, & ad in-
trà lac muliebre, deinde procedatur cum diſtillatione ſan-
guinis columbæ, & aliis confortantibus, & reſoluentibus
materiæ quæ fluxit factis purgationibus, ut ſuprà.

CURA facta à caſu & percuffione de qua in dubiis præ-
miſſo regimine ex parte diætæ in qua ſe debet à uino in to-
F to abſtinere, & euacuatione per phlebotomiam, diuerſio-
ne cum uentofis, ut ſuprà. canones hi duo ſeruentur. pri-
mus adminiſtratio reſpercuffiuorum inſigidatium, & pro-
hibentium effuſionem materiæ, & hoc poſt phlebotomiam
factam ex cephalica partis contrariæ. ſecundus eſt admini-
ſtratio, primò medicaminum reſolutiuorum mediocrium,
ſecundò fortiorum.

Primus completur. R. ſuccum ſolatri, aut ſemperuiuæ,
miſceantur cum albumine oui, & aqua roſarum, & ſi uis ad
de modicum boli ar. & ſuper oculum ponatur. aliud. R. ſari-
nam hordei, fabæ excorticatæ, & lentis excorticatæ, teran-
tur terenda, & cum aqua endiuæ, ſucco ſolatri, & albumi-
ne oui, fiat emplaſtrum. item ad intra oculum ponatur ſief
album in de ophthalmia.

Secundus completur lana inuſa in uitello oui, & oleo
ro. ſuperponatur, deinde tranſeundum ad ſanguinem turtu-
ris, aut columbi. item fiat emplaſtrum ex ruta cum expreſ-
ſione granatorum. item. R. aloë. ʒ. i. thuciæ. ʒ. i. s. ponantur
in petiola. deinde dicta petiola inſundatur in aqua rutæ,
& dimittatur horis. vi. deinde fiat expreſſio, & ex illa aqua
ponatur. ʒ. i. s. uel quatuor gutte in oculo in die pluries.

Postremò ueniendū eſt ad collyria fortia de fellibus, & ad
alia memorata. quidam in hoc capitu. recordati ſunt de cau-
terio ſiendo in zuëdegi diminuendo apertum, ut ſuprà. xl.
diebus ut cum operationibus currant.

Secunda diſpoſitio pupillæ eſt conſtrictio. & eſt, ut ſit fo-
ramen uueæ ſtrictius, quã conſuetum ſit. cuius cauſa ſecū-
dum plurimum eſt ſiccitas: nam ex ſiccitate corrugatur, &
ſtringitur foramen. dicitur cuius cauſa; quia etiam ab hu-
miditate extendendo uueam à lateribus ad medium con-
ſtringitur foramen Auic. item ſiccitas albuginei eſt huius
cauſa; quoniam, cum exiccatur, uel minoratur albugineus;
tunica ſequitur ipſum, & minoratur. item credo, quòd hume-
ctationem recipit uuea ab albugineo, ad cuius humiditatis
conſumptionem ſequitur minoratio uueæ, & ex conſequē-
ti foraminis eius. ſed, quomodo ſiccitas faciat dilatationē,
& conſtrictionem ſimul, dicitur in dubiis. & ex ipſa quæ-
dam eſt naturalis, quædam accidentalis. quæ autem natura-
lis eſt, non habet curam, & facit uidere reſ maiores eſſe,
quã ſint. accidentalis uerò, quæ eſt ex ſiccitate, qua oculo
eſt minoratus fortaffe non recipit curam, & ſi ſit cura
eius maximo cum labore, & ſtudio longo Raf. Meſue, &
moderni plures cum poſuerint curam, & capitulum de di-
latatione, nihil inde de conſtrictione mentionem fecerunt
quòd arbitror ab eis ſic actum; quoniam ex cura dilatatio-
nis habetur faciliter conſtrictionis cura. ego tamen ſequēs
Auicen. quẽ mihi ducem conſtanti animo feci, ponam
eius curam exemplarem, & eos addendo canones in eius
cura, quos utiles noui.

CURA canones. pro diætæ ordinatione recuratur ad
ea, quæ dicta ſunt ſuprà in capitulo de melancholia, aut de
ſoda ſecundum, quòd exigit diſpoſitio. quòd conſideranti
pro nunc relinquo. conſimiliter ex parte digeſtionis, ſi ne-
ceſſaria fuerit; euacuationis, diuerſionis. aliis canon eſt hu-
mectatio capitis cum embrochis, ut ſuprà de ſoda ex me-
lancholia.

obſer-
græcis, la-
tinis dimi-
nuto, &
rabes, uel
cū recetio-
ribus pu-
pillæ nna-
cupatur.

lancholia . item caput purgia humectantia fiant ex succis herbarum, ut ibi alius, quod in administratione medicaminum ad oculos abstinemus à calidis; ne fiat attractio humiditatum ad oculum. alius, quod etiam pura humectantia nocent. cum eis ergo ponantur, quæ oculum confortat, & habent hæc omnia locum in facta ex siccitate; nam aliter agendum est in ea, quæ est ex humiditate, ut dicitur. & ex iuuantibus est infusio spongiæ in aqua calida decoctionis meliloti, & oculo sæpe reiteratur. item, si ponuntur uioleæ; etiam conferunt. & hæc, quæ dicta sunt de dilatatione ex causa sicca, hic ualent.

CURA. si fuerit constrictio ex humiditate; fiant euacuationes, seruentur diætæ, fiant diuersiones, ut in de soda ex phlegmate. deinde administrantur, quæ posita sunt ex collyriis positis infra de debilitate uisus, & de cataracta, ut supra in hoc capitulo memorata, ut est sief de fellibus. item ualeat. Recipe ammoniaci aure. ii. floris æris aure. iiii. stercoris. aure. iiii. croci, gummi arabici. ana. aure. i. conficiantur cum melle. item aliud. Recipe piperis, ammoniaci. ana. partes. ii. olibani partes. i. croci partes. i. resoluatur ammoniacum in aqua foeniculi, & proiciatur super ipsum oleum balsami, & conficiatur cum melle, & est ualde bonum. constrictio pupillæ plus uituperatur, quam dilatatio; & tamen oculus paruus plus commendatur, quam magnus. considera.

De dispositione oculi quò ad totum eius, & primò de exitu. Rub. 18.

EXITVS oculi est eius egressio ab orbita ultra terminos, qui ex natura ei conueniunt. causa cuius secundum plurimum est oculi repletio, quæ est in eo ex se, aut ex cerebro sibi per neruos communicata, uel ab alio membro, ut retentione menstruorum. dicitur secundum plurimum; quia à uentositate, uomitu, coarctatione gulæ, uel partium eius, ut in suffocatione, clamore magno, translatione, emissionis foetus difficili, item à materia declinante ad oculum, quando partus non est mundus, aut quando foetus est corruptus, aut mortuus, aut lacertorum substantantium oculum relaxatione, capitis dolore contingere potest. notandum, quòd exitus oculi quandoque est facilis, quandoque magnus, & fortis.

SIGNA demonstratiua, quando est ex clamore, uomitu, coarctatione, & huiusmodi sunt manifesta. quòd, si fuerit ex materia aggregata in pupilla; est illic oculorum magnitudo. quòd, si ex alio membro, ut humiditate cerebri comunicata; aderunt signa manifestantia illam humiditatem ex signis habitis de cerebro supra. item consimiliter, si dolore capitis. tu itaque membrorum communicantium dispositiones benè considera.

CURA canones, in facili ordinatio diætæ, quò ad cibi minorationem. & ut tendat ad siccum, quiescat, dormiat supinus. secundus clausio assidua oculi. tertius ligatio cum instita, cum pila; seu plumaceolo, & in hac ligatione oportet, ut sit processus de debili ad fortem, quousque reductus fuerit oculus. quòd, si uidebitur purgationem esse necessariam, illam ex dictis collige.

CURA in forti canones. ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, applicatio resoluentium, & exiccantium. pro primo, secundo, & tertio recurratur ad ea, quæ de cura soda dicta sunt. sed nota Auiceni. 3. tertij. proprio capitulo, dum inquit. & penitus quidem solutio uentris ex rebus est magis iuuantibus species eius. laudatur autem in facta ex clamore percussione, ubi comprehenditur fluxus actualis materis, & hoc in principio applicatio repercussiuorum, & stypticorum propriè phlebotomia ex cephalica. uentositatio super collum, & super ambo tempora. Recipe aquam decoctionis corticum granatorum, endiuicæ siccæ, uirgæ pastoris, & pro doloris mitigatione, corticum papaueris albi, & infundantur petia madefacta oculis sæpe applicetur. aliud. Recipe masticis, boli armeni, albuminis oui. item collyrium album, ut supra de ophthalmia. ultimus perficitur cum his. Recipe aloes, licii, acaciæ, ana, unc. semis, incorporentur cum succo solatri, uel acetosæ, & superponantur cum instita, & pila, siue rotula ligetur; nam ligatio oculorum maximè confert in ea, quæ ex uomitu, & clamore, & uomi-

tu ipso. aliud. Recipe fabarum, rosarum, thuris, ex his cum albumine oui fiat, ut emplastrum. item ualeat nucleus dactylorum adustus cum spica. ego quidem puero habenti exitum magnum oculi dextri, ætatis annorum duorum applicaui emplastrum ex nucleis dactylorum adustus cum spica, & modico rosa. & conualuit in tribus diebus, uel circa. tu autem confice ipsum cum farina hordei, aut aqua foeniculi. item. Recipe farinæ fabarum, thuris, nucleorum adustorum, & cum albumine oui fac, & tu considera.

De profunditate oculorum. Rub. 19.

QVONIAM hoc accidens fit successione febrium. & aliarum rerum habentium corpus, & oculum ab humiditate priuare, ut sunt fortes euacuationes, uigiliæ excessiuæ, tristitia, & huiusmodi animi accidentia; hinc est, quòd in cura eius oportet, quòd intentio sit ad restaurationem, & humectationem. euaporetur itaque oculus frequenter cum aqua tepida; aut cum lacte tepido. item super oculum ponatur hoc emplastrum. R. farinæ amidi, florum uiolarum, medullæ uituli. incorporentur cum lacte addito modico croci. item hic adducantur conuenientia dicta in dilatatione, & constrictione pupillæ.

De passionibus palpebrarum quot sint. Rub. 20.

ET, LICET palpebrarum passiones à multis numerentur. xxiiii. à quibusdam. xxvi. ab Auiceni. uerò tantum xij. ponuntur; quæ etiam ad pauciores reduci possunt; cum earum plurimæ coincidunt; ut sunt pruritus, ardor, rubor, grauitas, inflatio, silach, gerse, formica, ulceratio, & huiusmodi; ut infra patebit in dicendis: omnia etenim ista, ut plurimum sunt cum scabie, asperitate, grauitate, in trinfeca palpebrarum cum quadam ophthalmiatione, ut Galafazaram dixit, à quo tantum quatuor ponuntur species. sed, quia, ut dictum est in principio, nimis huc sensum diligimus; hinc disposui particularius, & quam potero breuius de ipsarum passionibus loqui ducem, quem elegi, semper secuturus.

De pediculis palpebrarum, & superciliorum.

Rub. 21.

REPERIUNTUR pediculi in superciliis, & palpebris. aliquando reperiuntur platonis dicti piattole, in uulgari nostro multum adherentes, quæ consueuerunt uenire circa pudibunda, & sunt de specie pediculorum; materia enim eorum est humiditas putrida, quam natura expellit ad partes cutis, & uirtus preparatiua generationis eorum est caliditas naturalis.

SIGNA sunt pruritus, ardor in locis, & rubedo cum eminentiis postulosis, & quòd patiens à frictione loci, & scapellatione abstinere non potest, & ægritudo transiens de uno in alium per conuersionem cum habente.

CURA. canones. & quia consueuerunt uenire inordinatis uiris præcipuè ex parte cibi, & in inquietis parui, scilicet exercitii, in immundis; hinc primò ordinetur diætæ, & regimen bonum: quòd fiat exercitium, & teneatur mundi. Secundò fiat euacuatio humorum corruptorum, qui sunt causa generationis pediculorum cum pilulis cochis, hiera, & huiusmodi.

Tertio fiat euaporatio ex aqua sulphurea, aut ex ea aqua decoctionis salis, fumiterræ, staphisagriæ, & sulphuris. item decoquantur staphisagria, & absinthium, & ex ea aqua abluatur oculus, & consimiliter lauetur cum aqua sulphurea.

Deinde, & quartò fiat inunctio cum hoc unguento ex parte ubicunq; nascantur. R. staphisagriæ, argenti uiui, ana. ʒ. s. mortificetur argentum uiuum cum salua prius. deinde puluerizata staphisagria omnia cum butyro incorporètur, & inungatur, & est singulare. item argentum uiuum extinctum cum salua, & pomo benè cocto mixtum, & incorporatum idem operatur. item. R. staphisagriæ puluerizata. ʒ. i. olei de absinthio. ʒ. cera modicum, fiat unguentum. ad idè R. aluminis zuccharini, aloes, pulueris staphisagriæ, absinthii, sulphuris modicum, omnia cum aceto scillitico incorporentur. nota tamen, quòd ista secure possunt applicari ad extra in peciola super oculum, aut super supercilium. ad intra autem aduertendum est.

Artopia
græ. Cor.
Gelfo im-
minutus
oculus. A-
uice. pro-
funditas
oculi ue-
citur.

Ophepia
græ.
cis, latinis
pedicula-
tio appel-
latur.

De

στύλας
eis gra-
cis nostris
erassities
palpebra-
rū callosa,
rubicunda.
Auic. autē
silach no-
minatur.

De silach. Rubrica. 22.
SILACH est grossities palpebrarum cum rubore, pruritu in angulis lachrymalium asperitate, & cum parua, aut mensurata partium carnis palpebræ inæqualitate. causa est materia sanguinea, adusta, vel phlegma ipsum falsum. & dicitur pruritus in angulis, & similiter partium carnis palpebræ inæqualitate; vt cognoscatur differentia inter ipsum & scabiem; nam in scabie est pruritus per totum oculum, & modicum in angulis, & cum inuerfantur palpebræ uidentur æqualitas manifesta carnis eius: apparent nãque palpebræ ulceratæ, cum casu pilorum, & sequitur eum corruptio oculi. & fit plerunq; successione ophthalmiæ.

SIGNA ex dictis manifesta sunt. & ex eo aliud est recens, aliud antiquum malum.

CURA in recenti. canones ordinatio diætæ, quæ cõstit in regimine frigidò, & humectatio, vt patet ex causa sua, digestio materiæ acutæ falsæ: tertius euacuatio eiusdẽ: quartus applicatio humectantium: quintus applicatio medicinarum pilos nasci facientiũ. ex quibus perficiatur primus, patet expositis in tertio tract. ex quibus uerò secundus, & tertius patet ex scriptis in quarto tractatu. quartus completur cum euaporatione facta ex aqua calida decoctionis ros. foliorum solatri, chamemillæ, vel aqua decoctionis ros. lentium, & cum aqua eadem abluere palpebras. deinde applicentur palpebris emplastra, vel consimilia, vt & succi portulacæ. 3. ij. lactis. 3. iij. misce & cum petiis oculo applica. aliud. Recip. succi portulacæ, mucilaginis psyllij, olei ros. lactis &c. misce. item aliud. & foliorum solatri, portulacæ ana. M. i. pistentur, & incorporentur cum vitellis ouorum, & cum albumine ouorum cum pauco olei ros. & applica. & ad intra oculum pone collyrium album supra de ophthalmia. & nota, quod istæ balneationes, & applicationes debent assiduari.

CURA in chronica uerò canones ex parte digestionis seruentur, quæ dicta sunt in recenti. ex parte autem euacuationis fiat, ut dictum est, addendo phlebotomiam ex cephalica: item ex uenis frontis, item ventosatio præcipue crurium, vt Auic. ex parte quarti canonis. ultra euacuationem oportet applicare ea, quæ subtiliant. item, & completis uniuersalibus, & factis euaporationibus, & applicatis rebus ad intra, & extra, vt in non chronica applicentur ad intra oculum, vel supra quæ subtiliant; vt uerbi gratia, & aris ysti. 3. s. dragaganthi. 3. iij. croci, piperis, ana. 3. i. terantur cum uino pontico, donec fiant, sicut mel subtile, & administretur ad extra. ad intra uerò. & crytalli. 3. iij. mimitæ. 3. ij. masticis, vernicis, ana. 3. s. terantur, & cribellentur. fiat alcohol, & imbibatur cum aqua ros. & exiccetur ad solem in uase uitreato, deinde teratur super marmore, & imbibatur, ut patet. & sic fiat quater, deinde cum filo argenteo ponatur super carnositatem intrinsecam oculorum serò, cum uadit dormitum. quintus canõ, & principalis in utraque perficitur cum his, quæ faciunt ad pilorũ generationem, & ex melioribus rebus est lapis lazuli subtiliter puluerizatus. unde Auic. est ultimum in hac proprietate, qui est in eo. & Mesue lapidi lazuli inest proprietas mirabilis, allegato capitulo infra. ad idem lapis armenus cum spica. aliud. & muscas, & abscindantur alæ, & capita, & auellanas assas, deinde omnia cum adipẽ caprino incorporentur; est enim efficax, ad idem ualet confectio alcohol mahemet. Mesue de casu palpebrarum, ad idem sief nigrum. Serap. 33. cap. antidotarij, & Gal. lapis hæmatites cum melle mixtus. & tu hæc singula considera.

De gese, id est difficultate claudendi palpebras. Rubrica. 23.

GESE est dispositio, qua palpebræ, cum sunt apertæ; difficulter clauduntur, & cū clausæ sunt; difficulter aperiuntur cum dolore, & rubedine. causa cuius secundũ plurimum est materia viscosa ualde ad siccitatem declinans. dicitur secundũ plurimum; quia à sola frictione sine fluxu materiæ contingere potest. hæc quidem passio est semper per communitatem à cerebro, & principaliter à stomacho eleuatis uaporibus ex cibo non rectificato in eo.

CURA. Canones uniuersales seruentur ex parte rectificationis membri manantis, diætæ scilicet, digestionem, euacu-

Gese ara
bibus idē
qđ σκλη
ροφθαλ-
μία gr
cis.

Euacuatione, membri ipsius confortatione. pro quibus recurrendum est ad locum, ubi de illo tractatur: præter hos adduntur canones duo: primus oculorum humectatio; namgerse reperitur quasi semper cū frustis lippitudinis duræ. Auic. secundus est rei humefactæ resolutio. primus completur cum vaporatione aquæ calidæ facta cum spongia, & cum cæteris humectantibus dictis in de constrictione, & dilatatione pupillæ. secundus completur cum mucilagine foenugræci, feminis lini, cum laccæ. item aliud Rec. adipis gallinæ. 3. vi. mucilaginis feminis lini. 3. i. olei ros. 3. s. ceræ modicum fiat unguentum expertum.

De inuiscatione palpebrarum. Rub. 24.

INVISCATIO, de qua est sermo, est, ut adhæreat palpebra oculo per incisionem unguæ, aut ratione alicuius talis rei, vt dictum est in ipsa cura unguæ.

De inuersione palpebrarum, seu separatione ab inuicem. Rubri. 25.

INVERSATIO palpebræ est eius elongatio, siue separatio ab alia, ita ut vna aliam perfectè non contingat. causa cuius est excrementa carnis prohibens eius extensionem, aut vlcus male curatum, aut spasmus de inanitione, aut de repletionem adueniens musculis eius. ex ea est naturalis, & ista curam non recipit. alia accidentalis, & huius sunt tres species. prima, ut palpebra non cooperiat album. secunda, ut non cooperiat partem. tertia, ut non cooperiat superiorem, & inferiorem palpebram. & prima potest uocari leporina, quãdo oculus ille stat, ut oculi leporum, quãdo dormiunt. & secunda nominatur abbreviatio palpebræ, & est maior illa Auic.

CURA habeatur secundum causam; nam de omni tali dictum est supra capitulis suis; si nanq; fuerit ex spasmus; recurre ad capitulum de spasmus, & ita in aliis.

De Hordeolo. Rubri. 26.

HODEOLVM est apostema in figura grano hordei simile super extremitatem palpebræ ortum. causa cuius secundum plurimum est sanguis dominans. est nanque tale apostema aliquando facile, ut ex natura ipsa curetur, & quasi sic vt plurimum accidit. quandoq; efficitur magnum & tediosum.

CURA canonica est ordinatio diætæ. absteineat à uino, rebus calidis, & huiusmodi. fiat phlebotomia ex cephalica, aut ventosatio in spatulis, & si cholera fouet; euacuetur cum thamarindis. deinde fiat euaporatio cum aqua decoctionis hordei. post quam superponatur licium cū aloe, vel succus solatri cum aloe, aut dissoluatur oppopanacum in aqua, & superponatur: bonum est ualdè. aliud. & laudanum, & ceram nouam, & misce, superpone. quod, si induraretur; tunc mollificatiuis utendum est; ut est amoniacum, oppopanacum, serapinum in aceto dissolutum, vt ponit Iesus, diaquilon. cum autem ad maturationem peruenit; aperiatur, & cum penna inuersetur modicum palpebra, & apparebit locus manifestè.

CURA in leui scito, q̄ aliquando inunctio butyri sufficit sola, & maximè post principium: aliquando sufficit mica panis in aqua tam diu retenta, vt fiat in modũ massæ, & super hordeolum ponatur, & maximè in principio, & augmento: nam procedere possumus in isto apostemate, vt in alijs. sed est ita paruũ, & cõiter non tediosum, q̄ statim ad localia curritur. & cum ista non conferunt; oportet transire ad manus chirurgicorum; quia oportet ipsum cum ferro remouere. & tu considera.

De scabie, & pruritu palpebrarum. Rubrica. 27.

SCABIES palpebrarum est quedam defœdatio partis intrinsecæ earum cum granulositate, asperitate, pruritu, & lachrymarum multitudine. causa est materia nitrosa, sanguinea, aut alia talis materia ex humore alio aucto ortum habens. hanc siquidẽ antecedit pruritus; nam causæ facientes scabiem sunt & facientes pruritum; sed sunt fortiores, ut septima quarti de scabie. & fit plurimum successione ophthalmiæ, aut ulcerum oculi. pruritus quidẽ est sine granulositate. eius quoq; quatuor assignantur species à Garofo. Azaradij. & ab Auic. de scabie, & pruritu, tertia tertij: quæ non uidentur differre, nisi secundum magis,

* quæ d
αγκυλο-
βλεφα-
ρος atq;
αγκυλω-
σις græ-
cis, latine
agglutina-
tio appel-
latur.

& minus. prima species est cum pruritu paruo, & asperitate parua. secunda est cum asperitate, pruritu, & rubificatione. tertia est cum ulceratione, & scissura aliqua apparente granulosa in modum fici scissi. quarta est cum vehementia scissionis, pruritu, & apparitione, & granis iam factis duris. ex quibus colliguntur signa.

CURA. canon. Primus & est generalis, q̄, cum fuerit successione ophthalmiæ; prius curetur ophthalmia. vnde Aui. de cura eius, cum scabies associatur ophthalmiæ; cura primò ophthalmiam; deinde procede ad scabiem, quod est intelligendum de omni alia ægritudine, cui ipsa succedit.

Secundus, q̄, si cum scabie fuerit apostema, & vlcera; cauendum ab administratione medicinarum acutarum, & præcipue in prima specie. in qua specie, quæ dicitur recēs, siue nō multi temporis, est procedendū cum ordinatione diætæ declinando ad contrarium, ut supra dictum est sæpe.

Et, si indigemus digestionē; fiat de qua supra quarto tractatu. euacuatio autem fiat cum euacuatiuis appropriatis, & assiduetur, ut est possibile: & fiat phlebotomia ex cephalica: uentofatio in spatulis, nucha, & fiat phlebotomia laethrymalium. quod, si ex sanguine fuerit; phlebotomabis in mense: hæc tamen moderentur, ut supra de phlebotomia in soda sanguinea. & oportet medicum esse sollicitum circa has euacuationes; quia in eis magna pars curæ consistit; nam ægritudo ipsa difficilis est curæ: nam, cum antiquatur; vix curam recipit. Ras. ix. Almanf. de scabie palpebrarum. item ex parte diuersionis confortationis capitis fiat, ut dictum est de ophthalmia, & de ulceribus oculorum.

Præter hos canones sunt duo alij. primus applicatio rerum substantiam oculi teneram facientium; ut sunt euaporationes factæ ex aqua decoctionis cichoreæ, & ceterorum supra de ungula, vt decoctio aquæ ex rosis, & lente, fiantq; sæpe istæ euaporationes, vt de ungula dictum est. secundus est applicatio rerū, de quarum proprietate est curare scabiem, & sunt sief rubeum, sief uiride. Ras. nono Almanfo. de cura eius, & consimilia, scilicet rubeum, & uiride Mes. & sunt leuia. ad idem collyrium Basilij. & climiq. 3. x. aloes. 3. viij. piperis, macropiperis. ana. 3. s. musci. 3. i. terantur, & fiant sief cum lacte mulieris. aliud & est Isaac, de quo dicit, quod venditur ad pondus auri propter eius excellentiam. & tuthiæ, emblicorū. ana. 3. i. camphoræ aur. s. galliæ musc. dauc. salis armo. 3. i. terantur contritione vltima, ponantur deinde in uase uitreo, in quo ponatur aqua pluuialis, in qua infusi fuerint per dies duos ex myrobalanis nigris. xx. qui prius ante eorum infusionem terantur. coletur aqua prius, deinde, vt dictum est, effundatur super res dictas, & dimittatur ex aqua exiccari, & sic fiat paulisper triturando, & infundendo usque ad totius aquæ consumptionem. deinde fiat collyrium ex aqua ros. & uino albo. ad idem ualet collyrium de corticibus oui supra de sebel. vnde Ras. vnum facit capitulum de scabie, & sebel; quoniam eadem cura vtrūq; perficitur. Brunus, & est usuale, aloes hepaticū cum aqua ros. in oculo stilletur. aliud & tuthiæ preparatæ; fici. ana. 3. iij. ros. ru. puluerizatarum. drach. iij. coquantur ad lectum ignem cum 3. viij. uini boni usque ad consumptionem medietatis coletur, & usui referuetur. quod, si fortius uolueris; addas de ære usto, aut de antimonio.

CURA in chronica, siue multi temporis. seruentur canones prædicti per omnia usque ad applicationem rerum substantiam oculorum teneram facientium. unde oportet in hac multum assiduare euaporationes, deinde fiat frictio palpebrarum cum foliis parietariæ, aut fici, aut cum spuma maris, aut cum pumice, aut alio instrumento usque ad sanguinis emanationem. deinde lauetur oculus cum aqua rosarum, aut uino albo, deinde ministrentur collyria leuia dicta, & fortia posita supra de ungula. ad hoc ualet collyrium Gordonij. Recip. æris vsti, cachacumiæ lotæ, cerussæ lotæ. ana. 3. i. aloes, myrrhæ. ana. 3. s. salis armoniaci. florum æris. ana. 3. s. puluerizentur, & conficiantur cum melle. ultimò, cum alia non contulerint; oportet deuenire ad chirurgicam, cum qua oportet facere remotiōnem eminentiæ carnis, & est ultima cura, quam relinquo exercitato circa oculos cum operatione tali manuali. hæc rarò recipit curam.

A - ibi. De casu pilorum palpebrarum. Rubr. 28.

D De casu pilorū recurre ad dicta superius de filach prædictis; nam ibi pulchra dicta sunt de casu pilorum palpebrarum. & tu ibi.

De pilis inuersis & additis. Rub. 29.

ALIQUANDO nascuntur pili in margine interiori palpebrarum cōuertentes se ad oculum, quem lædunt ex multitudine humiditatis putrefactæ causati, ex quo apparet quid sit pilus inuersus, de quo sermo.

CURA. ex parte diætæ, euacuationis, & aliorum tenentium se cum regimine vniuersali procedendam est, ut sæpe supra monstratum est.

Veniens ad regimen particulare dico, q̄ sex modis contingit tales pilos remouere. primus est, ut digitis euellantur, aut cum instrumento, aut aliter quomodolibet; deinde superponantur habentia prohibere ortum pilorum; ut, est sanguis ranarum, oua formicarum, rubigo ferri cum salina, fel eritij, fel mergi auis, sanguis nycticoracis, ostraca adusta, cinis pullorum hyrundinum cum lacte tithimali. item fel eritij, & sanguis eius cum castoreo, & æruginē ferri incorporato, deinde cum salua oris ieiuni diutemporata maximè prohibet generationem pilorum ipsis prius euulsis. secundus, pilis euulsis fricetur locus, deinde ponatur super locum sief tale. Recip. gummi arab. dragaganti, viridis æris, arsenici, colcotar, uiridis æris vsti, trium piperum, hæmatitis, amili, rubæ tinctorum, batituræ æris cōbusti. ana. 3. ij. sanguinis draconis, acaciæ. ana. 3. i. s. thuris, spicæ, licij, gallæ combustæ. ana. 3. i. sarcocollæ, armoniaci. ana. 3. iij. dissoluatur aromaticum cum aqua rutæ, succo pomi citri, & alia benè puluerizata misceantur, & fiat sief. tertius, & est melior modus, Auicē. quod euulsis pilis sicut successiuè euellantur ita cum cauterio subtili, vt est acus, cauterizentur, deinde superponatur albumen oui cum oleo rosato, & modico boli armeni. quartus, quod pili conuersi cum aliquo inuiscatiuo: ut est mastix, gumma pini, & bdellium, & huiusmodi dissolutis cum albumine oui inuiscentur cum naturalibus, & cum eis vniantur. quintus est, ut fiat abrasio palpebræ. dimitto chirurgicis. sextus modus, & est chirurgicus, & grauis. perforetur ad intrā palpebra cum acu, & per foramen factum ab acu extrahatur pilus conuersus ad exteriora, & procedatur sic, quousque omnes erunt reducti, & tunc fiat consolidatio, & nascetur tunc pili ad exteriora prouenientes. sed iste modus est per optimè in arte experto.

CURA pilorum additorum, in qua dicendum, q̄, cum ex multitudine humiditatis putridæ in palpebris aggregatæ generentur; cura principaliter consistit in mundificatione corporis, & capitis, & oculi cum his, quæ sæpe memorata fuerūt, & administrationem collyriorum fortium. vt patet de vngula, de pruritu, etiam scabiæ. quod, si istæ non suffecerint; procedatur cum euulsione eorum, & reliquis prohibentibus generationem pilorum; ut dictum est in primo modo. ad idem ualet inunctio cum felle hirci, fel uulturum, & caprinum. item ualet fel eritij, fel vulturis, & castoreum secundum æqualitarem aggregentur cum sanguine columbæ, & fiant inde trochisci. item expertum est tinea cum sale armoniaco, & propriè cum ungula asini adusta cum aceto forti, & similiter spuma maris cum aqua psillij. postremò ponantur opiata; quoniam, cum stupefit locus; in eo pili non nascuntur. unde Auic. cum enim stupefit, & inrigidatur locus, eo non nascuntur ibi pili. & tu benè hæc considera.

De dispositionibus operationibus oculorum, & primò de debilitate uisus. Rub. 30.

QUONIAM uidere est operatio propria uisus: quod contingit tripliciter lædi, ut quælibet alia operatio, diminutè, corruptè, & ablatè, vt. ii. techni. hinc primò determinabitur de diminuta operatione, siue debilitate uisus: secundò de eius corrupta: ultimò de ablata.

Vnde debilitas uisus est eius operatio ultra, vel circa mēsuram sibi naturaliter debitam aucta, uel diminuta.

Practica S. P. Causa

CAUSA cuius parum est secundum plurimum humiditas ad oculos ueniens uisum perturbans. dicitur aucta; quia etiam per augmentum uisus debilitatur operatio eius, quae admodum per diminutionem. quidam tamen, ut Marfilus Patauus, tale augmentum sub operatione diminuta uirtutis uisus comprehendit; quia, & licet gradualiter augmentata sit; eius tamen naturalitas, & perfectio est diuinita; quoniam per intensiorem uisus laeditur. quod speculatoribus relinquo. dicitur cuius causa; nam contingit uisum debilitari primo ex parte male complexionis cum materia, & absq; secundo ex parte partium eius laesarum; ut sunt tunicae, humores. tertio ex parte instrumentorum; ut sunt spiritus, nerui optici. mala namq; complexio frigida ledens mortificando, aut condensando nimis tunicas, & humores laedit, & similiter caliditas rarefaciens nimis, & resoluens substantiam spirituum, & tunicarum quemadmodum accidit decrepitis, & senibus: nam spiritus in eis & instrumenta oculi sunt mutata a sua complexione, & compositione propter continuam actionem caloris naturalis in ea. sic accidit ex caliditate accidentali, & sic suo modo dicatur de humiditate, & siccitate. secundo ex parte partium; nam ex parte nocentorum tunicarum; ut sunt ophthalmia, ungula, nubes, siue nebula, ulcus, dilatatio, constrictio pupillae, & huiusmodi debilitatur uisus, de quibus supra. similiter ex parte humorum; contingit etenim humorem albugineum quandoq; nimium ingrossari propter admixtionem humiditatis; uel uaporum cum eo; qui commixti eum obtenebrant, & eius paruitatem diminuunt: quare & uisum diminuunt. item aliquando nimis subtiliatur, & rarefit. item aliquando coloratur, quae omnia faciunt ad uisus debilitatem. consimiliter glacialis a suo temperamento remouetur. ingrossat autem magis, quam oportet, aut subtiliatur ita, ut non fiat retentio rei luminosae supra se; sed immediate penetrat. de uitreo autem existimatur nocentum accidere in uisu ex eo, quia per ipsum nocetur crystallinus in eo profundatus, ut supra. nocetur autem ab eo; quia non mittit sibi conueniens; sed magis inconueniens nutrimentum. tertio ex parte instrumentorum. ex parte quidem nerui optici; quia aliquando cadit in eo oppilatio, propter quam prohibetur transitus spiritus uisibilis ad oculum. & de isto dicitur, cum tractatur de gutta serena. aliquando apostematur, aliquando rumpitur ex uulnere facto. ex parte spiritus; quia aliquando est nimis grossus; quod contingit secundum plurimum ex humiditate. quandoq; nimis subtilis; quod contingit secundum plurimum ex siccitate. quandoq; ex paucitate eius, ut contingit apud eius fortem resolutionem, sicut in superflua uigilia, in febribus diuturnis, & etiam in debilibus factis ex agitudinibus. quandoq; ex aggregatione eius forti ut in morando in tenebris, & tunc primum inspissatur, deinde in secundo subtiliatur. quandoq; ex eius rarefactione nimia, ut in aspectu solis, & rerum albarum, & resplendentium, quauis hoc ad paucitatem reduci possit. quandoq; ex paucitate, & grossitudine simul, & tales neq; longae uident, neq; de prope bene discernunt. quandoq; ex multitudine, & grossitie, & tunc tales de prope male uident, & melius de longae. quandoq; subtilitate, & paucitate, & tunc melius de prope quam de longae uident. quandoq; accidit debilitas in uisu propter uapores obfuscantes spiritus, qui eleuantur a stomacho, uel quomodolibet aliter sibi communicatos, ut contingit post ebrietatem, crapulam, comestionem, & potationem rerum uisui nocentium, de quibus in principio capituli. ex quibus apparet, quod aliquando uisus debilitas est per communitatem, quandoq; per essentiam.

SIGNA demonstratiua debilitatis sunt manifesta etiam recitatione infirmi.

Signum, quod a stomacho uenit nullo existente nocentimento in cerebro; quia infirmitas cessat aliquando, & fit fortis; cum adest nauseatiua fatietas, & destruitur, cum fames adest, & ieiunium, & etiam hora exiccationis oris stomachi, & cito sentit alleviationem ex medicinis mundificatiuis.

Signum, quod est ab humiditate a cerebro ad oculos; quia multipliciter post comestionem, & somnum, & nauseatiua fatietatem, quae ante oculos uidentur quaedam in modum aquae descendentes, uel in modum nebulae, & quod oculi humidi apparent, & emittunt lippitudinem indigestam, & spe-

Ecialiter post somnum. & consimiliter, si fuerit ab alio membro nocentimento, in eo existens demonstrabit, & similiter dispositio totius, si a toto fuerit.

Signum, quod est a siccitate, quod alleviatur post comestionem, & horam somni, & oculi quasi semper sicci uidentur, & sentit ut pruritus hora ieiunii, & hora famis, & in meridie fit fortis.

Signa eius, quae est ex grossitie, aut subtilitate, iam aperta sunt.

Signum uero, si est propter tunicas, uel humores profundos, & est res praua. scitur etiam per calorem tunicarum, & propter extensionem, & corrugationem earum, & propter prauitatem anguli.

Signa, si est a mala compositione, uel solutione continuitatis, uel tinctura aliqua, siue colore, scitur per uisum, & sic de aliis causis primitiuis.

Signum, si fuerit propter humiditatem ad concavitatem nerui in principio morbi ipsius dicit homo se uidere muscas, cimices, pilos, splendores, & alia huiusmodi: & oculus uidebitur clarus, & mundus, ut infra de gutta serena.

F Signa, si continget ab aliqua mala complexione materiali, aut immateriali signa; habebuntur ex signis ipsius malae complexionis, de quibus saepe: & quoniam uisus nimium diligendus est, ut supra; hinc arbitratus sum de eius conseruatione ultra et de curatione dispositionum eius quicquam dicere.

CYRA. can. amplexetur itaq; primo dictam ordinatam cauendo a nocentiuis, de quibus supra in prin. cap. adherendo contrariis eorum. & tu per ipsa contraria facile discurre; si notabis, quae dicta sunt in. iii. tract. & adhaereat consilio Aris. de Alex. dum inquit, frequentationes pectinis super caput uapores uisum impediens trahunt ad cutem, ne uisui obsint. aspectus rerum uiridum in loco multae temperie uisum corroborat. aspicere speculum tersum directum, & diu intueri super ipsum, uisum corroborat, & oculi defatigationem remouet. item iniunxit post oculi defatigationem ingredi domum obscuram non multae tenebrositatis. & pro hoc aliqui scriptores continuè ante se tenent unam tabulam nigram in qua uisum figunt postquam certo tempore scripserunt. item iniunxit intueri per fenestras in quibus sit aliquod paruum uiride uel intueri aquam uiridem, & submergere oculos in ipsa. & legere literas mediocres uisum corroborat, & oculorum sanitatem custodit. & idem operatur comestio carniū auium quae de rapina uiuunt, & sorbitiones iurium ipsarum. Dios. item utatur medicinis absterfuiis superficiem oculi in suo naturali tenore conseruantibus, cuius est succus foen. aut collyrium ex eo factum, ut. & succi eius depurati post eius residentiam, & facilem decoctionem ipsius in uase aeneo, & eius sufficientem decoctionem par. i. mellis puri & clari par. i. tertia. bulliant iterum bullitione una, & coletur, & ponatur in ampulla uitrea, & suspendatur in sole & permutetur de uase in uas abiiciendo semper apostesium eius. deinde fiat collyrium & cum radio in oculum distilletur: abstergit. n. & uisum clarificat. quidam depurant ipsum ad solem, & non ad ignem permutando, ut dictum est, & est bonum, & expertum. & quidam addunt modicum fellis galli. ad eorum conseruationem faciunt medicamina conseruantia oculum in sua temperie, sua caliditate, & frigiditate de quibus infra. item ad idem operantur quae organizatione in sua coequalitate retinet, & talia sunt remouentia leuitatem, asperitatem, &c. ut infra. amplius eandem rem operantur medicinae conseruantes compositionem naturalem, & continuitatem partium eorum; cuiusmodi sunt prohibentes etiam solutionem fieri in partibus eius ut infra.

H Postremo notandae sunt medicinae conseruantes spiritum uisibilem in sua propria illustratione, & sunt quae ipsum illustrant, & irradiant, de quibus infra. & de his omnibus exempla posita sunt in prin. capi. item ocularibus uitreis uti, nam uisum in suo esse conseruant, & non permittunt oculum in uidendo res minutas fatigari, & sic spiritus non resoluuntur. & hoc bene nouerunt experientia aurifices cum aliquid subtile & ingeniosum facere concipiunt & maxime ab his qui lapides anulorum configurant, quoniam sic eis continuè utuntur. & est causa quare non fatigatur oculus, quia res transiens de medio clariore ad densius grossior apparet. unde quae sic ocularibus uidentur grossiora

comprehenduntur.

Accedens ad curam can. hos seruandos dico in causa hu- mida à qua secundum plurimum uenit. primus ordinatio diætæ. secundus digestio materiæ. tertius euacuatio eius. quartus diuersio. ex quibus perficiantur hi dictum est sæpe. placet autem hic memorare unum maximè commendatum ualens in passionibus oculorum, & præcipuè in casu. R. be- tonicæ, rutæ, chelidonæ, euphragiæ, gallitrici. an. M. j. pu- legii, camedryos, rosmarini, saluiæ, sansuci. ana. M. j. semi- nis anisi, foeni. sileris mon. ana. 3. s. florum bora. buglo. ana. M. j. foliorum ros. rub. M. ii. bulliant in sufficienti quantita- te aquæ. syrupizentur cum melle, & aceto scillitico, & ut existimo fuit Nico. de sancta Sophia Pataui. ex pauciori- bus autem miscendo frigida cum calidis ut expedire uide- bitur poterit curiosus medicus & cum melle aut zucharo conficere dignum. item aliter, ut supra de ophthalmia. con- similiter pro tertio cano. electariu alchar Mes. dist. iii. item pilulæ sine quibus esse nolo Nic. item pilulæ auræ eius. ite pilulæ lucis Mes. item ad idem ualet confectio solutiua Gê- ti. R. myrobal. citrinorum, kebulorum, indorum. ana. 3. ii. emblicorum, belliricorum, ana. 3. i. s. zuchari. 3. s. terantur in uase lapideo, & tribus diebus omni die bis, uel ter asper- gantur cum aqua fontis, & dimittantur siccari, deinde ter- ratur, & accipiatur de hoc puluere 3. i. turbith electi. 3. iii. zing. 3. i. s. cinnamo. semi. anisi, sandalorum rub. ana. 3. i. dia- gridii correcti. 3. i. s. zuchari quantum sufficit, fiat confe- ctio, de qua sumat à. 3. iii. s. usque ad. vi. mane cum pauco a- quæ calidæ, & super ipsius assumptionem parum dormiat. abstinendum tamen est ab eius assumptione tempore ma- gni æstus, & frigoris.

Tragea ad idem. R. myrobal. Kebulorum, emblicorum, & citrinorum. ana. 3. ii. turbith. 3. i. zinzibe. 3. ii. s. cinnamo- mi. 3. i. nucis musc. ana. 3. ii. foen. ana. 3. iii. zuchari ad pon- dus omnium. dosis. 3. i. s. continuetur aliquibus diebus in mane Gentilis.

Quintus est administratio medicaminum resoluentium & abstergentium illam humiditatem uisum debilitantem, & perturbantem. cuiusmodi est collyrium de succo foeni. dictum. item. R. fellis perdicis. 3. i. mellis. ii. succi foeni. de- purati. 3. iii. pone in uase uitreo & suspende in sole per. vii. dies & utere tunc. est Alex. & efficax. ad idem ualet siel de fellibus supra. unde fella omnia maximè conferunt in acue- do uisum, & clarificando præcipuè ex aquila & animalibus rapacibus, & hirci, galli, leporis, hœdi, uulpis, & cætero- rum. item aqua facta ex herbis positis supra in carminibus, in principio capitu. iuxta rubricam de ophthalmia. item ad idem confectio alcohol Ras. ix. Almanso. capitu. de debi- litate uisus.

Ad idem ualet omne genus fellium præcipuè auium ra- pacium cum quibus comisceatur succus foen. rutæ, thucia, aloë, sarcocolla, & soli exponantur ut supra. aliud. R. pipe- ris albi, ambræ, balsami, fellis uulturis, aut tauri. an. 3. ii. mel- lis electi. 3. ii. uini albi ueteris cyathum. i. camphoræ, croci. ana. 3. i. terantur terenda, & addatur modicum succi foen. & omnia simul misceantur, & ponantur ad solem quinque uel sex diebus, deinde inungatur oculus. potenter iuuat, ita ut nihil isto uerius inueniatur ut anglicus noster Gilb. plura consimilia experta ponam in fine. hæc autem sufficiat pro complemento can.

C V R A. Si fuerit ex siccitate præmissis uniuersalibus utendum humectantibus ex parte diætæ, & ex parte parti- cularium medicaminum applicandorum, ut supra de con- strictione & dilatatione pupillæ ex siccitate. pro quo etiã recurras ad ea quæ dicta sunt supra de soda ex melancho- lia. nam & caput ipsum humectandum est ut ibi. item uapo- retur sæpe ex aqua calida electionis uiolarum, maluauisci, foenugræci. item ex aqua ipsa sola, & balneentur sæpe ex aqua frigida specialiter in æstate. proiciatur in oculis lac muliebre, asinæ &c. ut supra.

C V R A. Si autem fuerit à mala complexionem recurras ad ea quæ dicta sunt de ophthalmia & etiam caliditate, uel lumine solis, stet in obscuro, & utatur frigidis & humidis. similiter si fuerit à complexionem frigida.

C V R A. Si fuerit uel contigerit debilitas ex parte læ-

A sionis contingentis in tunicis dicta est in cap. suis, ut si fue- rit ex parte ophthalmiæ, unguæ, nebulæ, & huiusmodi.

C V R A. Si fuerit ex parte oppilationis contingentis & in uia spirituum uisibilium dicetur in cataracta, ubi tracta- bitur de gutta.

C V R A. Si contigerit ex uulnere facto in neruis relin- quo chirurgicis.

C V R A. Si fuerit uitio humorum oculi, tunc necessa- ria est ordinatio diætæ ex parte sex rerum non naturalium, ut supra. item digestio, item euacuatio usque ad phleboto- miam necessaria uidebitur. diuersio, & applicatio medica- minum, de quibus dictum est in reliquis. ut si fuerint ma- gnificati ex additione humiditatum, tunc applicanda sunt resolutiua, & exiccatiua, ut supra faciendo euaporationes, & consimiliter si fuerit ex siccitate cum regimine hume- ctatiuo per omnia.

C V R A. Si fuerit ex parte spiritus, tunc præmissa subti- litate diætæ si fuerit debilitas ex multitudine spirituum, aut ingrossatione. si fuerit ex eorum paucitate, & resolutione, & præcipuè utêdo assiduè carnibus. unde Aui. hic. & scias, qd assumere carnè assiduè, siue sit assa, siue elixa est eis que confortant uisum ualde, ita quod remouet debilitatem an- tecedentem. & si quis potest assumere carnem uiperarum decoctam secundum modum quo in theriaca, & secundum quod distinguitur de lepra conseruat sanitatem oculi ulti- me, aut utendo subtiliantibus, in condimentis etiam si fue- rit debilitas ex grossitie spirituum, aut ingrossantibus si fuerit ex subtilitate ipsorum.

Item præmissis digestiuis, euacuatuis, diuersiuis, &c. ut supra, tunc deueniendum est ad ea quæ oculos confor- tant, spiritus grossos subtiliando, subtiles ingrossando, pau- cos multiplicando, & multiplicatos diminuendo, de qui- bus omnibus exempla ponentur.

Subtiliantia grossos, & oculum confortantia sunt colly- rium de succo foen. dictum, & indurat omne tale calidum resolutiuum, & exiccatiuū, ut est aqua sublimationis aquæ factæ ex herbis ocularibus, de quibus supra in prin. capi. & multa alia memorabo post, & efficacia ut collyrium de fel- libus & huiusmodi.

C Ingrossantia subtiles, & maximè qui sunt tales à calidi- tate rarefaciente, siue sit etiam ex uaporibus calidis acutis sunt frigida & sicca ocularia de quibus in principio, ut est rosa, thucia, antimonium & huiusmodi. uel sic. R. myrobal. kebulorum, citrinorum indorum. an. 3. ii. s. bellicorum, em- blicorum. ana. 3. ii. zuchari. 3. v. tere in uase lapideo & fun- de super ipsa aquam fontis, spargendo eam parum post pa- rû. & hoc facias per tres dies. deinde dimitte exiccari, de- inde post hoc sparge ea super ea distillando ex oleo ros. san- dalis, cubebis, cardamomi, ana. 3. ii. spodii, macis. ana. 3. i. galliæ mus. 3. i. deinde. R. zuchari tabarseth lib. i. thama- rindorum. 3. iii. pruna numero. 50. fac ex eis formas simi- les auellanis, & quolibet mane à. 3. ii. usque ad. iii. cū aqua calida, facit oculos iuuenescere.

Ad idem ad intra oculum. R. thuciæ lotæ in aqua pluuia- li. deinde in aqua ros. pluribus uicibus. 3. v. frictionis my- robal. citrinorum cum aqua rosa. 3. iii. licii. 3. ii. s. zinziber. piperis longi. ana. 3. i. aspergantur cum agresta, deinde ter- rantur, & fiat alcohol. & sic ex datis multa confici possunt per intelligentem.

Multiplicatio spirituum maximè consistit in regimine sex rerum non naturalium præcipuè in cibo & potu. unde debet uti cibus temperatis, aut quasi temperatis generanti- bus bonū sanguinè, & clarū, & debet satis copiose nutriri, ut multiplicetur sanguis qui est fundamentum spiritus. sep- timo. n. de iuamentis mēbrorum spiritus est uapor sangui- nis temperatus. uti exercitio temperato, & cæteris facien- tibus ad bonā digestionē & restaurationem sicut fit in con- ualescentibus. ista tñ moderari oportet ad discretionē me- dici. & sic procedatur in omnibus sex rebus nō naturalibus ut in accidentibus animæ gaudento, & de his omnibus di- ctum est supra, & habetur sæpe. ii. & iii. tract. ex parte autē extrinsecorū oportet ut oculus in sua conseruetur sanitate cōplexionali, & cōpositionali. unde aer sit tēperatus ut pos- sibile est, quaque die submergatur in aqua frigida maximè

Sanguis fundamē- tum spiri- tuum.

in æstate, & tepida in hyeme, item intueri aquam uiridem, claram, & nitidem, item vaporare oculum aqua decoctionis foeniculi, rutæ, ros. & similibus coniunctim ac separatim ut videbitur expedire, abstinere se à nociuis, & breuiter uti iuuatiuis de quibus in principio capituli.

Diminutio multiplicatorum maximè cõsistit in phlebotomia, & euacuatiõne sanguinis quomodolibet aliter facta, nam ut dictum est sanguis est spirituũ materia. quòd si fuerit cõitate totius fiat primò ex basilica, deinde ex cephalica, & quãdoq; est tãta plenitudo ut primo incipiamus à saphena, à prouocatione hæmorrhoidarũ. quòd si fuerit cum cõitate alicuius mēbri, ut ex splene facimus phlebotomiã ex cephalica sinistra, & sic de aliis membris. quòd si fuerit sine cõitate plenitudo sanguinis in capite facta, phlebotomia ex cephalica facimus prouocationẽ sanguinis nariũ, & venarum frontis, aut applicamus eis sanguifugas. item ad hoc confert euacuatio iterata cum medicinis solutiuis.

Ad extra autem applicari debent calida resoluētia ipsos spiritus de quibus dictũ est, & dicetur amplius ex eis recitando multa. Auic. Ex medicinis quæ senibus bonæ sunt, & ei cuius visus debilitatus est ex coitu & reliquis est. & thucia non abluta part. vi. balsami vel olei eius par. iij. vini quantum sufficit. misceantur, Gordonius, ad omnem visus debilitatem & præcipuè ex phlegmatis, aut melancholiæ abundantia. & pulueris pinearum desiccatarũ in olla obturata vitreata in furno, ita q̄ non comburantur, & fiat alcohol. ad idem Gentilis. & succorũ euphragiæ, foeniculi, chelidoniæ depuratorũ. an. ʒ. vi. seminis foen. & euphragiæ. an. ʒ. iij. semen euphragiæ & foen. stent in infusione per diem & noctem in dictis succis, postea fricētur manibus, deinde. & mellis despumati. ʒ. vi. & omnia ponantur ad ignem, & aromatizentur cũ macis, cubebe, cinnamomi, piperis longi, gariofilorum tritorum & cribellatorum. ana. ʒ. s. deinde. & antimonij, tuchia præparata. ana. ʒ. s. ponantur ad solem per tres dies, deinde distillantur per filtrũ & collyrizetur oculus, & si oportet adde de aqua foen. item. & thucia ignita, & extincta quinquies in urina pueri, & quinquies in aqua ros. ʒ. iij. balsami optimi. ʒ. iij. vini albi purissimi. ʒ. i. misceantur. dixit Gordonius experimentum vltimum quo nullum melius ad hæc tempora Deus voluit reuelare. & sileris montani, maioranæ, euphragiæ, rutæ, chelidoniæ, foen. ana. ʒ. iij. zinzib. spicæ nardi, piperis longi, gariofilorum, thucia extincta, & nutrita, sarcocollæ nutrita in lacte asina, ligni aloes, an. ʒ. i. fellis aquilæ, accipitris, hirci, vnũ pro quolibet, balsami. ʒ. s. mellis ros. ʒ. i. puluerizanda puluerizentur, conquassanda in ultimo conquassentur, sicut docet ars, & inde fiant collyria. & si fuerit æstas dimittantur in sole per .xl. dies quotidie semper agitando, & si fuerit hyems conficiantur cũ cineribus in quibus calor sit sicut gallinæ cubatis, & agitentur, seruentur in uase uitreo & oculis instilletur. & est tãtę virtutis q̄ decrepitum facit legere literas minutas sine ocularibus. ad idem & fuit Ruffi. & licium & tere cõtritione multa cum succo foeniculi depurato vsq; dum fit sicut mel, & reconde in uase uitreo & vtere, quidã addunt ex felle galli vel perdicis. ad idem electarium. & euphragiæ. ʒ. i. seminis foeniculi. ʒ. ij. s. macis, cubebe, cinnamomi, piperis longi, gariofil. ana. ʒ. s. puluerizentur & cribrentur, deinde accipe mellis despumati lib. i. succi foeniculi, succi chelidoniæ coctorum & depuratorum. an. ʒ. ij. coquantur succi cum melle donec habeant spissitudinem, addantur species & fiat electariũ de quo accipiatur sero cũ vadit dormitũ & mane ieiuno stomacho circa coclear vnũ & non bibat, & si tãdem bibere voluerit patiens sit uinum subtile modicum lymphatum. aliud electarium. & seminis foenic. lib. i. sileris montani. lib. s. camedreos, radice chelidoniæ sicca. ana. ʒ. iij. seminum apij, petros. ana. ʒ. i. s. piperis, cinnamomi, zinzib. ana. ʒ. i. pulegij, anethi, hyssopi, florum abrotani, granorum inniperi, radice saxifragiæ, euphragiæ, ana. ʒ. i. s. omnibus contritis confice cum melle despumato, de quo electario sumatur sero, & mane ut supra. lumen deperditum restaurat, stomachum confortat, lapidem frangit, probatum est. aliud ad idem & fuit Gent. & euphragiæ. ʒ. ij. seminis foenic. ʒ. ii. s. macis, cubebe, cinnamomi, piperis longi, gariofil. ana. ʒ. s. puluerizentur, &

E accipe libr. s. mellis despumati, succi foeniculi cocti & depurati. ʒ. i. s. rutæ similiter, cocti. ʒ. ij. & coquantur prius succi cũ melle. deinde vltimo proiciantur species, & cum his speciebus & aliis addita zucchari quantitate sufficienti pro. ʒ. vi. ponendo libr. iij. zucchari, potest fieri confectio quæ ad idem ualebit, & sic multas potest curiosus ex datis ordinare, aromata quibus uti possunt patientes super foerula. & seminis foeniculi. ʒ. ij. euphragiæ, sileris montani, maioranæ, serpilli. ana. ʒ. i. cinnamomi electi. ʒ. s. nucis musca. ʒ. s. spicæ. ʒ. s. macis. ʒ. i. s. zucchari. ʒ. ij. piperis. ʒ. i. s. carthami. ʒ. i. modicum croci, fiant aromata, & ex alijs dictis alia confici possunt.

Postremò uolo duo magnæ utilitatis in hoc casu memorare, vnum quidem in hoc casu potentissimum & expertũ, ut ex eius vsu quis restaurabit visum semideperditum, sed saltem ex eius usu quis antiquus non potes legere sine ocularibus; deinde legit literas minutissimas sine eis. Rec. euphragiam, & ponatur ad bulliendũ in musto, vel saltẽ ponatur in uino et non nouo, & appellatur vinum euphragiãtũ. **F** item uidetur operari; si cũ ouo sorbili quis accipiet de puluere huius herbæ quotidie. item ad idem vinum, in quo steterit enula cãpana per triduũ; mirabiliter oculos cõfortat, & clarificat. Em est cauterium in zendenegi, etiã est locus capistri. unde Mes. de ægritudinibus oculorum in fine, eius iuamenta sunt multa, & sublimia, & propter ægritudines capitis frigidas, & humidas; sicut soda, ouum, scotomia, vertigo, paralytis, tortura, catarrhi, & cortice, & lapsus ad oculos, & cætera talia multa ponit, & modus dandi dictus est supra de soda, & debet teneri locus apertus ultra. xl. dies, & hoc Mes. clarè ponit. & hæc de debilitate visus quantum uidetur attinere, ut est talis per essentiam.

C V R A. si fuerit vitio stomachi; purgetur stomachus, & confortetur, & prohibeatur, ne madet. & cõsimiliter dicendum de unoquoq; alio, à quo debilitas visus perueniret.

De nyctilopa seu de his qui post solis occasum nihil, aut parum uident, aut de his qui de nocte nihil uident. Rub. 31.

N Y C T I L O P A est dispositio, qua homini post solis occasum accidit debilitas visus manifesta, causa cuius est humor oculi, aut spirituum grossities. uel noctilupa est, ut euanescat visus in nocte, ut uideat in die, & debilitetur in fine eius, ita q̄ post solis occasum nihil, aut parum uident. fit enim quandoque per essentiam, quandoque per cõitatem à stomacho, cerebro, & aliis membris, & modum inuestigandi habuisti supra primo. & nota, quòd hæc passio accidit eis, quibus multiplicantur colores ante oculos, ut Auicem. & cui multiplicantur colores, quod apposui; quia vidi in magistro Nicolao Veneto insigni medico post apparentias colorum incidere nyctilopam, & medici iudicauerunt tunc eum pati imaginationes, & incurrere cataractam. & idem considera. causã, ex causis primitiuis est omne generans humorem grossum, turbidũ, omne inspissans tunicam oculorũ; ut aer grossus, cibus melancholicus, ut caseus salitus, caro vaccina, caprina, & huiusmodi.

Antecedens est grossities humorũ, uel spiritus in toto, vel capite. coniecta verò ipse humor grossus, aut spiritus in oculo ipso existens. & est quædam ex nyctilopis debilis, quædam fortis, quædam recens, quædam antiqua.

S I G N A eius, quæ est à capite, vel stomacho, vel toto, manifesta sunt ex nocumentis accidentibus ipsis partibus. Antiqua cũ difficultate curatur maximè, q̄ est per essentia. & si quæ est p cõitatem, & pseuerat; eius cura difficilis.

C V R A cano. primus ordinatio dietæ, secundus digestio materiæ, tertius euacuatio eius, quartus est subtractio materiæ, quæ ad oculum fluxit, siue eius resolutio, quintus est subtiliatio spũm, & eorũ multiplicatio, & clarificatio.

P R I M U S completur ex aere tendente ad calidum nõ multum, cibi minoratio, abstinentia à vaporatiuis, & breuiter sit diætã tẽperata. s. ex cibis laudabilibus, bonæ, & facilis digestionis. & proportionabiliter dicatur de cæteris, scilicet rebus naturalibus. de uino specialiter dicendum, q̄ simul cũ cibis debet assumi parũ, aut mediocriter lymphatum. sed hic nota uerbum Auic. inquit. & potu datur ante cibũ uini paucũ uetus, & datur in potu post digestionẽ integram.

Vinum euphragiãtũ

nyctilopia. græcis, latinis nocturna cæcitas, eaq; correpti nesciunt appellatur.

tegram. & Mes. & detur in potu ante cibum, & post descensum eius uinum antiquum bonum purum; postquam propinaueris ante illud fufus rasienege, quod dicemus post. multi autem eius usum hoc modo Mes. commendant post assumptionem alicuius confectionis exhibitæ ad hoc. de potu autem uini in hoc casu dicitur in dubiis. credo tamē pro nunc tenendum, quod in declinatione ægritudinis factis euacuationibus conferat. quod fortē intellexerunt auctores.

Secundus perficitur, ut exigit materia, de quo supra in quarto tractatu.

Tertius completur cum phlebotomia cephalicæ, uenarum lachrymalium nasi, appositione sanguifugarum, ut supra in præcedenti rubrica. si sanguinis multitudo affuerit; & modera can. ut sæpe dictum est, iuxta illa, quæ posita sunt de soda sanguinea in principio; tamen dicitur aliquid in uno dubiunculo infra, quia Auic. dicit de basilica. quod, si fuerit uitio alterius humoris; euacua cum pilulis cochii, hiera, & huiusmodi. ut supra. iiii. tract. item ad hunc can. adducantur gargarismata, masticationes, &c. ut supra de soda phlegmatica.

In complendo quartum oportet uti clarificantibus uisum resoluentibus, & attenuantibus humores, aut spiritus grossos, de quibus, & si dictum sit satis in præcedenti rubrica. tamē aliqua maximē hoc casu commendanda memorabuntur. unde, prius si uidebitur expedire; fiant euaporationes, ut supra cum aqua decoctionis meliloti, rutæ, & huiusmodi. itē ex aqua decoctionis hepatis hircini, aut caprini: item affertur hepar hirci, & colligatur aqua eius, ponatur piper album tritum incribellatum, & apertis oculis uapor eius recipiatur, deinde comedat hepar, uel de hepate illo; est enim optimum. aliud, & expertum. ℞. fellis hoedi par. i. piperis par. ii. armoniaci par. iii. conficiatur cum melle. item ad hoc ualeat collyrium de fellibus Ras. item expertum. ℞. succi foenicoti, & depurati par. i. mellis, & fellis hircini. ana. part. s. stercoris stellionis par. i. quartā, misce, & instilletur. sanat in paucis diebus; si Deus uoluerit.

Uterius completur cum cibis bonis bonum sanguinem generantibus, ut supra in præcedenti rubrica. & cum confectionibus appropriatis; ut diamargariton, diathos, &c. uinum aromaticum moderatum, & datum, ut supra. item usus cubeborum, foen. Kebulorum conditorum, nuci smuscatae conditæ recentes ad hoc ualentes, ut supra in principio capituli. & tu ibi.

De alihar uel algiehar, id est de non uidentibus in die. Rub. 32.

ALIHAR, seu algiehar in uulgari nostro dicta solana est passio, qua homini accidit; ut de die uidere non possit, & lumen solis fugiat.

CAUSA cuius est subtilitas spirituum, paucitas eorum cum raritate substantiæ oculi, & tunicarum eius: nam spiritus eorum resoluitur cum lumine solis. Auic. & propter hanc causam catti, bubo, noctuæ &c. melius uident de nocte. & de die non possunt uidere, & à quibusdam nominatur egilopa contraria noctilopa.

CVRA ergo in hac est contraria dictæ. sit itaq; impinguatiua, humectatiua cerebri, & etiam totius, & specialiter oculorum: pro quo recurras ad dicta in. iiii. tractu. & bibat uinum rubeum non dulce: nam in summa Auice. dicit. Cura est addere in humectatione, & in ingrossatione sanguinis. & pro regimine ex parte aeris nota, quod manē surgere in aurora ad loca fontium, uel aquarum, & in quadriuiis est quid singulare in casu: nam aer in aurora maximē humectat specialiter in locis dictis. in oculis ponat aquam ros. cum succo solatri mixtam, & gummi arabicum, dragantum, psillium; ista enim omnia inspissant spiritum, & tunicas raras. item sæpe aperiatur oculi in aqua frigida, & est inuatiuum ualde, ut supra de debilitate uisus.

De corrupta operatione uisus, & primò de imaginationibus. Rub. 33.

CORRUPTA uisio est uisio, qua oculus in uidendo transcendit proportionabilitatem conuenientem humanæ uisioni; aut quia ex nocumento in oculo existente tollitur eius forma.

CAUSA cuius est uapor, aut humiditas in oculo existēs

A aut uestigium occultum in cornea successione ophthalmiæ, uariolarum, aut alterius ulceris factum. tunc transcendit uisio proportionaliter, quando quæ oculus humanus non debet uidere, uidet. exempli gratia, ut oculus aquilæ, non enim homini conuenit uisus ita fortis, ut uideat corpora atomalia in aere; nam ex eorum uisu multum nocentur in uidendo. nec similiter debet uidere uapores in oculo eius existentes, ut propinquus imaginationibus, & fortitudine uisus. & dicitur tolli forma uisionis, quando oculus iudicat se uidere quod non est; ut muscas uolare extrâ, & res extrâ in gyrum uerti ex uaporibus existentibus in uis spirituum ut dicitur de uertigine. & similiter iudicat aliquid intus, quod est extra, uel econtrâ. & obiecta iudicat perforata ex uapore opaco fixo, uel humiditate non peruia cadente ex opposito centri pupillæ ad intra latera pyramidis radiosæ. & modum corruptionis expressit Auic. secunda primi. doc. tertia. iiii. cap. s. illo. operationum uerò nocumenta sunt secundum tres modos. quidam subtranscendere proportionaliter intellexerunt istum modum; sed sic posui, ut clarius, &

B forte uerius res aperiatur. tales autem iudicant se uidere colores in aere celestinos, nigros, aut alterius coloris; cuius causa, ut dictum est, aut est statio rei non peruiæ inter glaciem, & inter ea, quæ uidentur. & talem rem non comprehendit, nisi qui est fortis uisus egredientis consuetudinem. nam fortis uisus comprehendit debile, & occultum ex rebus, quæ uolant in aere prope uisum, quæ sunt ex formis, à quibus aer non euacuatur. item est alia causa, quæ sumitur ex parte tunicarum; ut quia super corneam est uestigium occultum, quod ex uariolis remansit, aut successione ophthalmiæ, aut bothor. unde locus, in quo est, non est peruius, & sic iudicatur esse extrâ, quod intus est. item & tertia ex parte humorum; quia accidit malitia humori, aut ex parte complexionis frigidæ, aut calidæ, aut siccæ, propter quod humor ipse reddatur imperuius, & mutetur in colore, & sic iudicet oculus esse extrâ, quod est intrâ. & diuersificantur istæ imaginationes in quantitate; quia quædam paruæ, quædam magnæ. item in essentia quædam grossæ, quædam subtiles, & occultæ, quædam raræ, quædam spissæ nebulosæ, quædam in figuris granulosa, quædam tunicales, quædam muscolosæ, quædam filosa, capillares cum longitudine.

C SIGNA, si ex fortitudine uisus; tunc imaginationes sunt leues, & non secundum unum modum, & figuram unam; imo aliquando uisus est sanus; licet imaginatio aliquo modo sequatur ipsum.

Signa, si fuerit uitio corneæ; tunc figitur imaginatio, & non fit in ea additio & non accidit nocumentum in oculo præter illud.

Signa, si sit uitio albuginis; tunc imaginatio durat tempore longo, & non facit in uisu nocumentum magnum, & fit successione ophthalmiæ acutæ, aut successione frigiditatis, aut caliditatis, & non inuenitur tunc nocumentum in corneæ; imo est tersa, clara.

Signa factæ propter uapores stomatichos commouentur cum uaporosis, & apud repletionem, & digestionem, & apud motus, uertiginem, scotomiam, & non moratur secundum dispositionem unam; imò augmentatur, & diminuitur, & non appropriatur uni oculo tantum; imo fiunt in ambobus. & si cum his est nausea; uerificatur significatio, quod est à stomacho.

De siccitate albuginei dictum est supra de debilitate uisus.

PROGNOSICA. quando continuatur sanitas oculi eius, qui habet imaginationes sex mensibus, est secundum plurimum in securitate. item imaginationes, quæ sunt ante cedentes aquam, non cessant gradari etiam conturbatione uisus, usquequo descendit cum eis aqua subito, & raro pertranseunt sex menses. cum autem uides imaginationes remoueri, & redire, & addi, & minui; scias, quod non sunt aquosæ: cum aquosarum tempus prolongatur, & non continuatur in debilitate uisus, quod ipsæ fiunt non aquosæ.

CVRA huius dispositionis magis ex parte sui depedit ex dictis de debilitate uisus, & dicendis de cataracta. hinc sic satis breuiter pertransibo de ipsa.

CVRA factæ ex humiditate, qua timetur euentus cataractæ. ordinetur primò dicta; nam oportet uitare pisces,

eibos euaporatiuos, & humores ingrossantes, plurimum potus aquæ, & uini, sit enim uinum lymphatum, & regimine ad siccum tendente utatur.

Secundò digeratur materia, ut supra de soda phlegmatica. quòd, si cum communitate stomachi; digeratur cum eisdem addendo, quæ stomachum confortant, de quibus infra suo capitulo.

Tertiò euacuetur materia cū appropriatis. &, quia stomachus semper fouet hanc dispõnem; ideò primò habeatur respectus ad mundandum stomachum; & ideò dicebat Auic. oportet, ut incipias, & mundifices corpus, & propriè stomachum. & hierapigra mirabiliter operatur, & pilulæ aureæ, & medicamēta, in quibus ponitur centaurea. & hic notetur cano. supra positus de soda, & hic memoratur etiã ab Auice. & est. & oportet, ut sit mundificatus per hieram pigram, & pilulas aureas secundum semitam mundificationum frequentium ualdè. de euacuatione autem per phlebotomiam dicendum, quòd postponenda est, quantum est possibile, & maximè frequentia eius. & uentosatiõ neque fiat, nisi apud uehementem necessitatem, ut cum sanguis sit plurimum calidus, & huiusmodi. laudatur tamen phlebotomia arteriarum post aurem, præsertim cum per arterias, & uenas materia fluxerit ad oculos, ut supra de ophthalmia, & hoc in principio. unde Auic. & confert in principio aliqua phlebotomia arteriarum post aurem. & similiter confert appositio sanguifugarum super tempora: confert in initio sui.

Quartò fiat diuersio, quæ est etiam euacuatio cum gargarimatibus, masticatoriis, sternutatoriis, ut supra de soda phlegmatica facta mundificatione prius, & reiterata, ubi aduertendum, quòd sternutatoria sunt suspecta. unde Auic. ex sternutatoriis uerò in quantum purgant, speratur iuuamentum, & ex parte laboriosi motus earum timetur ex eis motus aquæ, & propriè si est cadens sub neruo, aut prope ipsum: quare securius est dimittere.

Quintò fiat applicatio primò medicaminum leuium, & non fortiter resoluentium; ne resoluatur subtile. item oculus melius habilitatur; ut est collyrium factum ex melle, & fœniculi succo depurato, ut de debilitate uisus. itē potest fieri resolutio per odorantia, ut est odor maioranæ, rutæ, & huiusmodi.

Sextò procedatur cum fortioribus resolutiuis oculum confortantibus. unde Auic. deinde gradatim perueniatur ad medicinas compositas. & ad hoc maximè ualent collyria dicta de debilitate uisus resoluentia, & inter illa fortia nominatur hic ab Auic. collyrium de fellibus. quòd, si plura cupis; perquire; nam in de cataracta multa ponentur. ne que ista debent applicari nisi post euacuationem. unde Auic. & neq; utaris abstersiuis faciendo alcohol, nisi post mundificationem.

CURA. si cum imaginationibus fuerit siccitas ingrossans, & condensans humiditatem aliquam, uel uaporē, pp quod lædetur oculus in eius operatione; tunc utendum est regimine humectatiuo applicando oculo, quæ humectant, ut de ophthalmia, de debilitate, & constrictione pupillæ, & alibi per rubricas multas dictum est. & ibi recurras.

CURA. Si fuerint per communitatem à stomacho, à toto, uel ab alio membro; tunc seruentur canones ex parte diætæ, euacuationis, & digestionis, ut dictum est; sed stomachus semper habeatur suspectus, ut dictum est. & tu benè considera.

De ablata operatione uisus. Rub. 34.

ABLATA uisio est, quod oculus uidere non potest ex causa contingente in humoribus eius, tunicis, aut uis speciecerum, aut spirituum uisibilium. & dicitur in rubricis; quia aliquando à uehementi siccitate exiccantur, & corrugantur ita, ut uisus omninò destruat. & appellatur hæc ægritudo glauconica, & non est ei medicamen. aliquando tunica uuea nimium dilaturatur, aut constringitur, ut amittatur uisus, de quibus supra. similiter cornæ accidit apostema impediens transitum speciecerum, aut panniculus super eam crescit cooperiens eam; unde & uisus perditur. aliquando humores eius alterantur ita uehementer à mala complexionem, ut uisus perdat. perditur autem uisus à casu, per-

E cussione, uulnere facto, pro quibus ad chirurgiam currendum. postremò duabus de causis uisus amittitur, quarum curam sic specialiter intendo. prima est oppilatio aquosa cadens inter albugineum, & corneam ante pupillam, uel in ipsa pupilla, & dicitur cataracta. secunda est oppilatio cadens in neruo concauo magno optico, & dicitur gutta serena. de cura autem dispersionis eius ex aliis causis dictum est supra in capitulis suis.

De cataracta. Rub. 35.

VNDE cataracta est humiditas extranea phlegmatica, uel melancholica stans in foramine uueæ inter humorem albugineum, & syphac, & corneam; quare prohibet penetrare formas ad uisum. unde, cum operator aspicit in oculo patientis; comprehendit ante pupillam humiditatem non peruiam diuersorum colorum, de quibus infra.

CAUSAE. Hanc autem dicunt quidam generari ex uaporibus eleuatis à stomacho, uel alibi pulsatis ad locum dictum & ibi à frigiditate oculi humiditatem conuersis. alii ex ipsa humiditate à cerebro ad locum pulsa, ibi retenta non resoluta, uel non alibi pulsa. & ex descriptione Auic. locus eius, de quo est dubitatio nota parua, quæ perscrutabitur in dubiis; nam communiter dicitur ipsam generari ante pupillam inter ipsam. s. & corneam.

Diuersitatem quidem multiplicem accipit, primò ex parte nominum, ut in principio sui dicitur imaginatio; quia facit imaginari res, quæ non sunt; ut colores in aere, & huiusmodi. & ideò dictum est, quòd imaginatio est principium ad cataractam. quandoque dicitur suffus, & aqua, seu gutta; quia apparet, ut aquæ gutta. quandoque dicitur cataracta ad similitudinem cataractarum coeli; nam, sicut cataracta coeli lumen solis prohibent, ita & hæc lumen oculi.

Secundò diuersificatur ex parte quantitatis eius; quia aliquando est tantæ quantitatis, ut faciat oppilationem completam pupillæ, & tunc est ex toto uisus ablatum saltem, quo ad discernendum. aliquando est faciens oppilationem non completam, & tunc res uidetur secundum illam partem, quæ non est oppilata. ut si est secundum medium, eius medietatem obiecti comprehendit. si secundum partem superiorem, superiorem tantum comprehendit, & si est rectè in medio iudicat rem perforatam, ut in præcedenti rubrica, & sic de aliis.

Tertiò diuersificatur ex parte substantiæ, quia quædam est subtilis, & tunc uidentur res, ac si essent obnubilata, ut sicut si pannus esset super oculos. quædam est ita grossa, quòd tunc formæ rerum, neque radius, neque sol comprehenduntur.

Quædam media, quæ comprehendit lumen, & solem, & tunc uidetur oculo uidere radios ascendentes, & descendentes. prima non recipit curam cum acu; quia acui cedit per eius liquiditatem, & teneritatem. secunda etiam curam nullo modo recipit; quia facta est nimis adhærens, & partibus oculi inuiscata. tertia uerò curam cum acu est susceptibilis, & potest cum medicinis curari, ut infra.

Quarto diuersificatur ex parte qualitatis, quia coloris; quia alia est margaritalis alba, aut alba ad uiriditatem declinans, alia citrina, alia aerei coloris, alia nigra, alia cineritia. Alconi. plures species ponit; quia ultra has addit rubeam, argentinam, uitrealem. Iesus uerò addit aliam similem argento uiuo, aliam similem laudano; sed ex omnibus speciebus illa, quæ est magis receptibilis curam ex parte coloris, est aerea, & alba margaritalis, quæ ad uiriditatem parumper declinat, & ad citrinitatem cum intensione. hæc Auic. Gipsea, uiridis, nigra, plumbea, citrina cum acu curam non recipiunt.

Quintò distinguitur; quia quædam est confirmata, quædam non confirmata est illa, quæ est multi temporis, per quam ex toto non tollitur uisio ita, ut neq; radius, neq; lumen comprehendatur. non confirmata uerò est, quæ non est multi temporis, in qua comprehenditur conturbatio pupillæ, & minoratio pupillæ ualdè. & est pro tunc comprehensio idolorum, & phantasiarum in aere; ut dictum est. &, ut comprehendatur confirmata à non confirmata; ponentur signa distinctiua, & dicemus cum Auic. confirmata est illa, cui non est cura conueniens, nisi cum instrumento. & dictum est

Cataracta idē quod græcis ὑπόχρωμα, ac ὑπόχρωσις, uel cum Romanis suffusio, seu aqua cum Auic.

est nisi cum instrumento; quia in non confirmata cura conueniens est absque instrumento cum medicinis, ut infra.

SIGNA confirmata sunt. primum quod dictum est, quia coloris est margaritalis, alba, ut supra. secundum, quia, si clauso oculo digito premitur oculus, cum aequaliter circumducitur digitus, quo facto aperiat subitò oculus, tunc cõprehenditur, si est confirmata: nam, si comprehenditur per illam compressionem factam, quod sit diuisa, & redeat ad se, hoc est, ad naturalem dispositionem, quam prius habeat tunc est confirmata. si non redibit, & diuisa remanebit; tunc est non confirmata. & notetur canon Auiceni. inquit. uerum tamen huius experientia assiduatio est ex eis, quæ conturbant aquam, & facit curam cum instrumento difficilem. nota contra illos, qui multoties uolunt facere hanc experientiam. aliter alii ponunt in oculo bombicem benè carminatam, & fortiter sufflant in oculo, & tunc, si separatur cataracta, & redit ad primum statum; est signum confirmationis: si uerò non; non. & quidam cum sola sufflatione forti experiuntur idem. tertium signum confirmationis est, quando clauso oculo non læso uidetur dilatari pupilla alterius, & ex consequenti cataracta. quartum signum, quoniam in confirmata comprehenditur luminis claritas, & sol: in grossa uerò non subiicibili acui, ut dictum est, non comprehenditur sol; imò nihil omninò uidetur. & si operator cum acuem deponet; redibit statim, & non stabit deposita. & quidam ex tempore quadam uisibili coniecturatione arguunt eius confirmationem dicentes, quæ est unius anni, uel xv. iii. mensium, uel circa, est confirmata. & multi cupientes citò uidere, quærunt eius confirmationem artificialem, quos piget expectare eius confirmationem naturalem. quod cum facere uoluerimus; faciamus patientem uti piscibus, laganis, & cæteris cibis phlegmaticis, de quibus in. iii. tracta. & uti uino & aliis præhabitis in cura eius. & hoc est, quod Auiceni, uolebat, cum inquit. & quando uoluntas adest, ut fiat cura cum instrumento præmittitur habenti, ut nutriatur piscibus recentibus, & cibus humectatiuis.

CURAE. In prima seruentur canones. ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, resolutio, & consumptio materia iam fluxæ, & aggregatæ.

Primus perficitur cum debito regimine ut, quod declinet ad latus caliditatis, & siccitatis. euitet omnia uaporosa, & grossos generantia humores; ut sunt fabæ, caseus, caules & huiusmodi, etiam uisui nocentia, ut sunt supra posita in principio, & acrimina omnia; ut coepæ, uinum super omnia, & maximè potens, & omnia acuta, ut sinapis, & huiusmodi: & in summa sit pauci cibi, & potus, & præcipuè sero. & utatur post cibum rebus reprimentibus uapores; ut coriandro, citionio cõfectis. utatur assatis magis, cibus temperatis declinantibus ad calidum naturaliter, & artificialiter. unde possent cum his speciebus condiri. ℞. piperis longi. ʒ. s. cinnamomi. ʒ. s. cardamomi drach. iii. croci drach. s. uel ex aliis condias, de quibus supra in principio capituli, ut uidebitur expedire. digestiones, & euacuationes iteratæ & iteratæ fiât, ut supra de sôda phlegmatica. tu tamen in digestionem utere simplicibus ocularibus, ut in de debilitate uisus dictum est. consimiliter de diuersione.

Resolutio autem, & consumptio, siue exiccatio fiat cum his, quæ posita sunt de debilitate uisus fortia, ut est collyrium de fellibus. ℞. in ca. de cataracta. ad idem. ℞. aquæ rutæ ʒ. i. serapini. ʒ. i. fellis hirci, aut hœdi. ʒ. ii. succi fœni. ʒ. iii. mellis. ʒ. ii. & est optimum. aliud Sabor regis medicorû, & expertum. ℞. fellis hircini exiccati in uase æneo, & granorû lauri excorticorum. ana. ʒ. v. serapini. ʒ. i. gummi. ʒ. s. fiat collyrium cum succo chelidonie, & urina pueri non polluti, & melle. ad idem ualêt collyria posita in rubrica de ungula. item aqua fœni. maioranæ, chelidonie, rutæ. ana. in quibus dissoluatur parum croci, & quadruplum antimonii, distillantur per filtrum.

Puluis multum commendatus, & præcipuè à Placentino ℞. fel capræ, gruis, omnia ista misceantur simul in scutella uitreata cum. ʒ. i. thucie. ʒ. s. armoniaci, quæ omnia trita, & & cribellata sint. quibus addatur succi chelidonie, rutæ, fœnic. an. ʒ. iii. hæc omnia in uase dimittantur in sole per qua-

A tuor dies, deinde hic puluis teratur super marmore, & usui referuetur. uel aliter operare pulueribus dictis, adde uini albi, uel rub. distillantur omnia ad alembicum, deinde dimittantur in uase uitreo per quatuor dies in sole, & tunc sit usus eius; hæc enim mirabiliter pannum deponunt. in hoc casu etiam commendantur confectiones, electaria, iniectiones collyriorum, de quibus in rubrica de debilitate uisus. ad idem. ℞. succi fœnic. depurati. succi rutæ, chelidonie. an. ʒ. s. mellis lib. i. reducantur ad spissitudinem, deinde addatur euphrasie. ʒ. i. s. seminis fœni. ʒ. s. gariofil. piperis longi, macis. ana. drach. i. misceantur. dosis est coclear medium, quando itur dormitum, post quod bibatur aliquid uini puri, & fuit Gentilis.

CURAE. In confirmata est, dum est intentio curæ cum acu. oportet primò considerare tempus conueniens, & aeris dispositionem, secundò dietam, tertio digestionem, quarto euacuationem, quinto instrumentum, sexto manua-lem operationem, & locum. septimò repercussiuorum in principio applicationem, & retractionem uirorum ualentium à consimili operatione.

Quantum ad primum dico cum auctoribus medicinae, quod tempus conueniens debet esse clarum, quietum, serenum, septentrionale, ut dicit Iesus hora tertiarum, de mense Maii, uel Septembris, ut Alcanamosali. & causam reddit; quia tunc non sunt caliditates, aut frigora excessiua neque tonitrua neque nubes, luna decrescente, & non in ariete peragente.

De diætâ dicendum, quod debet esse subtilis, ciborum facile digestibilium, pauca quantitate, non uaporosorum.

Digestionem prius faciat cum euacuatione iterata. & si expedit phlebotomia; fiat illa, sed ipsius necessitas prius benè consideretur; quoniam in hoc casu subtractio sanguinis si non foret necessaria; esset nimis nociua, & in hoc errant trifatores; quia non faciunt euacuationes debitas.

Instrumentum placuit Beneuenuto acanamosali de auro; Guidoni uerò, & Placentino magis de ferro banè tractabili, & quia non est suspitio tanta de eius fractione. item uidetur, quod sit potentius ad deponendum. cætera uerò sunt magis curiosa, & de ipso acu in dubiis.

Quantum ad sextum dico, quod patiens, antequam manualis fiat operatio; debet mane bona hora clysterizari, & super frontem, & circa tempora poni emplastrum constrictiuum, prohibens fluxum humorum, & supra nucham poni uentosa, & debet esse tunc ieiunius, & constituatur in loco temperati aeris, & non multum luminosi, sed benè clari, deinde sedeat super scamno. & retro ipsum sit astans tenens caput eius. operator sedeat ante ipsum amplectens genua patientis cum tybiis suis, & cum manu aperiat oculum, in eo fortiter sufflet; sed prius mastice fœniculum, & tunc præcipiat, ut aspiciat uersus nasum, & in illo situ oculum firmum teneat. tunc in nomine Iesu intromittat acum in coniunctiuam deuiando à uenulis eius, & tunc retorquendo acum intromittat eum, usquequo eum uiderit in loco uacuo ante pupillam. & tunc uertat acum uersus corneam, & ipsum impellat suauiter usque ad pupillam, & tunc applicando, & cõprimendo acum deponat cataractam, & postquam deposuerit eam teneat eam depressam cum acu, usque quo diceretur unum Miserere, uel tres Pater noster, & toties cum acu capiat, quod inferius remaneat. caueat tamen, ne dilatet uueam, & lædat crystallinum. & his factis extrahat acum uoluendo se, sicut fecit intromittendo. quo extracto ad artis decorem ostende digitum, uel aliquod tale, ut uideat statim, & non tardes in his uisionibus. deo data laude superponatur repercussiuum ex albumine ouii cum aqua ros. & modico camphoræ cum bombice. Mes. uerò ponit uitellum ouii cum oleo ros. & Auiceni. cum oleo uiol. cum puluillo ex bõfiice. sed habeo oleum suspectum; quia inducit mordicationem. quidam addunt bolum ar. deinde ligentur ambo oculi ut unus alium non moueat, & ponatur in loco tenebroso, & deducatur ad lectum, qui propinquus sit ei ante operationem, ne ex motu agitetur. & tunc ponatur planè ad lectum, in quo quiescat, deinde superponantur spatulis post oculorum ligationem immediatè uentosa duæ cum extractione sanguinis ab. ʒ. s. usque ad. iii. inspecta ætate habitu-

dine, & corporis uirtute, & cerebri. & sit accubitus super ceruicem, & collum capite leuato, & tunc ea die modicum & modicum comedat, quia non mastiget, & non soluatur ligatura usque ad tertiam diem. quod, si affuerit dolor, & remutetur in crastinum, ita tamen, quod oculus non aperiat: aut tertio die remutetur bis in die absque apertione oculi. & si dolor ex toto cessauerit; potest tunc loco albuminis poni uitellum oui, ut Mes. & Auic. placuit enim ipsis ut de tertio in tertium fieret solutio tantum, & fieret in omni mutatione prius euaporatio cum aqua ros. salicis, cucurbitæ, uirgæ pastoris, & similibus, & postea positio uitelli ouorum, ut dictum est. moderni operatores, quos uidi, hæc non seruât, & succedunt, sed, si fieret, quod dicunt hi uiri, credo optimum. transactis uerò nouem diebus dissoluantur oculi, & lauentur aqua frigida; ut ad suam redeant operationem. quod, si contingat cataractam non fuisse depositam benè; reuertatur operator ad eandem operationem per idem foramen. quidam sunt, qui dirumpunt inferiorem partem corneæ, & extrahunt aquam, siue cataractam per eam, & hoc est, in quo est timor; quoniam cum aqua, quando est grossa egreditur albugineus. hæc Auic. in fine de cura eius. sed quid dicemus, quando cataracta est in principio, & subtilis? & hic est locus speculationis. & tu considera. extractio autem aquæ ab illis græcis illo modo fiebat; nam in foramine ponebant acum, cannulam, & sugendo extrahebant sed timor est ut Auic. & tu considera.

Notentur hic septem. primum, quod talis operatio per uisum multo melius, quam per doctrinam adipiscitur. secundum, quod cauterium factum in zudenegi, de quo sæpe dictum, esset singulare remedium, aut cauteria facta in fronte secundum rugationem cum ferro igneo usque ad profundationem ossis: nam, ut dixit Placen. plus aliis rebus utile inuenitur.

Tertium, quod oportet hic esse obedientiam magnam ex parte ægri, aliter neque per instrumentum, neque per medicinas curabitur. quartum, quod alia prius tententur, quam ad cauterium ueniamus saltem in principio rei cum medicinis. quintum, quod cataracta non debet queri depositio in homine habente oculos malos, aut dolorem in capite, aut oculis aut assiduas sternutationes, uel descensum rheumatis, uel uomitum, aut aliquam aliam ægritudinem molestantem; quia periculum est de commotione causæ antecedentis. sextum, quod cataracta, quæ fit à casu, aut percussione, non est laudabilis; quia humores oculorum sunt transfusi: & ideo post eius dispositionem parum, aut nihil uident. & huius sententiæ fuit Iesus, & Alcotim. & sic completur octauus canon. septimum, quod in opere remouendi cataractam, quomodocumque non debet homo se securare; quia medicinarum parum proficiunt, & operatio manualis est deludosa, præcipue non benè iudicata, & cum non sequitur cura: nam promissiones medicinarum sunt magnæ, & paræ operationes; & ideo ualentes uiri operationem specialiter cum ferro cursoribus reliquerunt. probat tamen Auic. ipsam in principio curari posse regimine dietæ, ut dictum est in principio, per experientiam, quam uidit in homine seruante ea, quæ dicta sunt. quod, si stomachus fuerit in causa; rectificetur cum digestiuis, euacuatuius, confortatiuis, ut supra sæpe.

De gutta serena. Rubrica. 36.

GUTTA serena est dispositio, in qua oculus non uidet ex oppilatione contingente in neruo concauo magno, scilicet optico, propter quam prohibetur delatio specierum uisibilium, & transitus spiritus uisibilis in quantitate conuenienti ad oculum, & oculus uidetur clarus, & serenus. & dicitur transitus spiritus; quia tenendo, quod uisio fiat in crystalloide, deberet oculus eo casu uidere; quia nihil uidetur impedire. sed patet, quod prohibitio spiritus in quantitate conuenienti ad uisionem propter oppilationem, est causa huiusmodi; relinquo speculatoribus. hæc passio curam non recipit, nisi per mūdificationes, dietam, & cætera, quæ dicta sunt in cura cataractæ cum medicinis. & tu ad ea recurre; nam habebis ibi illa.

DUBIA.

Dubium de uomitu.

E **D**UBITATUR circa prædicta primò, utrum uomitus conferat in passionibus oculorum. quod sic; quoniam quod clarificat; uisum iuuat; sed uomitus est huiusmodi. quarta primi cap. de uomitu. ergo confirmatur; quoniam, quod educit materiam, & fumum nocentes oculis, confert: uomitus est huiusmodi, ut allegato loco. ergo &c. in contrarium illud nocet oculis, in cuius actu eorum procuratur custodia, quia aliter esset frustra; sed in actu uomitus præcipitur oculos ligari cum duabus pilis rotundis, ut quarta primi, al. leg. cap. & .iiii. Almanf. ergo &c. item ex uomitu fit tractio materiæ uersus partem patientem, & commotio fluxus materiæ ad oculos; ergo &c. in hac dubitatione reperiuntur auctores in uerbis suis diuersificari, ut 131. differentia. sed in summa tenendum, quod uomitus nocet in passionibus oculorum talibus per essentiam qualitercunque fiat. & hanc conclusionem probant rationes post oppositum, & est sententia Halyab. i. theo. secunda conclusio, quod in passionibus oculorum talibus per communitatem, & specialiter à stomacho est uomitus conferens. & hanc probant rationes ante oppositum. tertia conclusio, quod, ubi materia quæ est in stomacho, læderet oculos multum; tunc melius esset dimittere uomitum, & ipsum per secessum educere. patet; nam in fieri multum læderentur oculi: & ideo Gal. 4. interiorum. in habentibus suffusionem oculorum, & proprie à stomacho exhibebat hieram pigram. quarta conclusio, quod huiusmodi uomitus debet esse facilis non fortis, non frequens, & in corporibus præparatis. patet; quia aliter sequuntur inconuenientia dicta post oppositum. & tu considera. & forte hoc intellexit Auic. de cura debilitatis uisus cum dixit. uomitus autem, qui minus est ex eis, quæ conferunt; sed laboriosus nocet ualde.

F Dubium de phlebotomia in ophthalmia.

DUBITATUR secundò, utrum in omni ophthalmia cõpetat phlebotomia; cum quædam sit phlegmatica, ut dicebat. & uidetur; quod sic auctoritate Auic. inquit. de cura cõi specie rum eius. & phlebotomia ex cephalica est conueniens omnibus speciebus. & pro isto est Ras. ix. Almanf. ca. de ophthalmia, inquit. i principio uerò curationis ophthalmiæ minuenda est cephalica. & subdit. quæto fortior fuerit ophthalmia tanto plus est minuendum de sanguine. pro eodem Mes. de ophthalmia. phlebotomia autem ex cephalica conueniens est omnibus speciebus eius, & proprie sanguinæ. ad oppositum arguitur ex can. cõi. quarta primi de phlebotomia. ca. ne ne ægrum: nam quædam est cholericæ, quædam phlegmatica. nonnulla esse potest melancholica.

G Ad dubium respondetur ponendo conclusiones. prima quod in sanguinea competit. patet. secunda, quod in cholericæ, aut phlegmaticæ, uel melancholicæ, ubi fuerit mixtio cum sanguine, competit. patet: quia diuersio fit, & prohibitio augmenti apostematis. & has duas conclusiones uoluerunt auctores allegati &c. tertia conclusio, quod materia iam fluxa non existente in toto plethoria, aut alia re indicante phlebotomiâ potest cõpetere phlebotomia. & cã, quoniam materia, quæ est peccans, secundum maximam partem in uenis cõtinetur; sed phlebotomia maximè euacuat materiã in uenis contentam; ergo. & pro ista cõclusionem faciunt, quæ dicta sunt supra de lethargia. & tu ad illa recurras; nã hæc conclusio est merè probabilis & pro isto uide etiam. quæ dicta sunt de dolore capitis in dubiis.

H Dubium de lachrymis.

VTRUM lachrymæ natiuæ recipiant curam. quod non. Auicenna. cap. de lachrymis. quæ autem natiuæ sunt, aut propter eradicationem uisionis lachrymalis non sanantur. idem Mesue de lachrymis. in contrarium idem Auicenna de cura eius in fine. illæ uerò, quæ sunt natiuæ difficulter recipiunt curam.

Respondetur dupliciter; primò, quod in primo Auic. intellexit de natiuis in corporibus adultis, quæ sunt longi temporis, & fortes. in secundo uerò cap. de his, quæ sunt debiles recetes, & in ætate tenera. aliter & melius, quod in primo intellexit de his, quæ fiunt propter fluxum, qui est per uenas, & arterias intrinsecas. in secundo de his, quæ fiunt propter fluxum factam ex uenis, & arteriis extrinsecis, ut dictum est supra. & hoc uoluit Auicenna. cap. i. cum dixit. & cursus

curfus eius ad oculum in vna duarum viarum prædictarum multoties, scilicet in cap. de ophthalmia.

Dubia duo de pupilla.

VTRVM dilatatio pupillæ facta à casu, vel percussione fit curabilis. quòd non. Auic. cap. de Alintifar. in fine. & illa, quæ est à percussione, aut casu non habet curam. in contrarium Raf. ix. Almanso. de dilatatione pupillæ. quòd, si pupilla post percussione dilatari contingat; non est inde timendum; quia remouetur. pro isto uidetur sententia eiusdem Auic. de cura eius cum inquit. illud autè, quo vtendum est in cura eius, quæ facta est successione percussione, est phlebotomia. respondetur. in magna dilatatione, vbi contingit pupillam dilatari usq; ad albedinem, non est habenda fiducia in cura eius: & non solum in tali; uerum, si fuerit sequens uehementem capitis dolorem. & hoc uoluit expresse Raf. in parua uerò eius dilatatione, & recen- ter facta habenda est spes curæ, & hanc uidi. & pro isto est Placen. cum dicit. cum autem aduenit propter percussio- nem; non est multum timenda; quia aliquando per se cura- tur. quod de parua recenti dicendum est. aliter quòd di- latatio pupillæ facta ex percussione, quæ dilatatio non fit multum magna, in qua comprehendemus natura adiuta eius aliqualem constrictionem sequi, est curabilis. & hu- ius cura ponunt auctores, & habet hoc ueritatem maximè de recenti, & in primis diebus apparente tali signo, nam chronica recipit curam nequaquam. unde Mes. & confir- mata non habet curam.

VTRVM constrictio fiat à siccitate. quòd non, quia di- latatio pupillæ fit à siccitate. Auic. de dilatatione, ergo constrictio non fit ab ea causa, cum eadem causa non sit cõ- trariorum effectuum productiua. in contrarium Auic. di- cendum q; quando non accidit siccitas in partibus centra- libus tunc fit dilatatio pupillæ, quia partes mouentur uer- sus circumferentiales. quando uero fit siccitas in circumfe- rentialibus, tunc partes mouentur uersus centrales. per hoc patet quid ad dubium argumenti.

Dubium in debilitate visus.

VTRVM faba, & lens competant in debilitate visus. quod sic maximè vbi sit ex subtilitate spirituum; qm spiri- tus ingrossant; cum sanguine grossum generent, & ex con- sequenti ab eo spiritus grossus generatur; cù spiritus non fit nisi vapor sanguinis temperatus septimo de iuuamentis membrorum. in contrarium Auic. & auctores. dicitur pri- mò, forte intellexit Auic. & ceteri vbi debilitas esset ex grossitie spiritus. aliter quòd nullo modo competit; qm & si competeret ratione, q; spiritum ingrossarent; nocerent ma- gis ex eo, q; ipsum spiritum producerent tenebrosum, & similiter oculum redderent tenebrosum. considera.

Dubium in nyctilopa.

VTRVM in nyctilopa sit primò ex cephalica minuend- um. notandum, q; reperitur litera Auic. de cura nyctilo- pæ. si illic fuerit multitudo phlebotoma cephalicam, alia litera habet basilicam, modò, si dicit basilicam; uidetur cõ- tradicere Rafi, & alijs, qui dicunt phlebotomandam esse prius cephalicam, & propter hoc stat dubium; quia, si lite- ra dicit cephalica, est dubitatio aliqua. sed iuxta dicta de soda dicendum, quòd materia existente multa fiat ex basi- lica; si pauca, ex cephalica. primum intellexit Auic. secun- dum Raf. Mes.

DE loco cataractæ reperitur diuersitas; unde quidam dicunt eam generari inter crystalloidem, & uueam, ut Aza- raius cap. de aqua, & Halyabbas. ix. theor. xiiij. cap. quidam inter uueam, & corneam, ut Iesus, Halyab. idem uidetur innuere Auic. cum dicat. inter humorem albugineum, & syphac, quòd syphac est panniculus corneæ intrinsecus. & alij diuersimodè, in quibus modis non protelo sermonè in- utilem practicæ. sed mirum est, quòd auctores confusè de loco isto scripserunt, & non determinatè, auctores, enim videntur cõuenire magis, quòd sit inter uueam, & corneam. sed ad sedandas discordias apparentes dicendum, q; aqua, siue cataracta potest accipi dupliciter. uno modo ut est no- men commune ad omnem oppilationem oculi, qua prohi- betur uisio, & isto modo gutta serena dicitur cataracta, quæ cõtingit ex oppilatione contingente, ut supra de gut-

A ta serena; & tu ibi. Secundo modo capitur pro oppilatio- ne oculi ante crystallinam, quam auctores propriè vocant cataractam. & de ista quærit quæstio, de qua dicatur, quòd totum spatium, quod est à crystallina ad corneam, quod spatium implet albugineus, locus est cataractæ. quod spatiu potest dupliciter intelligi. uno modo, quòd totum simul sit cataractosum, & hoc potest intelligi, quando totus albugi- neus ingrossatur, & dealbatur, & priuat uisum, & tunc est passio incurabilis. potest etiam contingere, quando aqua tantum exuberat totum oculum. alio modo potest intelli- gi totum albugineum non simul; sed quòd aqua possit esse à quacunque sui parte, scilicet in principio albuginei, & iuxta crystallinam, & ista aqua erit post uueam. & possit esse in foramine ipso uueæ, siue parum post uersus crysalli- nam, & quòd possit esse iuxta foramen uueæ iuxta corneam, & in quacunque parte possit situari aqua, quæ dicitur ca- taracta, potest dilatari: nam cataracta non uidetur esse aliud, quàm oppilatio ex materia aquosa prohibens tran- situm specierum visibilium ad crystallinam; sed siue mate- ria aquosa stet in fine albuginei iuxta corneam, siue cry- stallinam, siue stet iuxta foramen inter uueam, vel in ipso foramine, siue stet iuxta extra foramen, vel uersus forame; prohibetur transitus uisibilium: ergo ubicunq; sit, erit ca- taracta, & apparet ex hoc, quare in diuersis auctoribus de ipsa intuenti sunt varij sermones.

Sed iuxta hoc cadit dubitatio alia, quare, quando mate- ria cataractæ est post corneam; non apparet albedo, nisi tâta, quantum est foramen pupillæ; deberet enim totum spatiu, quod occupat sub cornea apparere albi coloris.

C Pro solutione huius scito, q; si materia ista stet prope crystallinam intus in uuea, uel prope foramen uueæ intus in uuea, uel stet in ipso foramine uueæ; tunc facilè intelli- gitur, quare aqua apparet in forma rotunda, sicut est rotun- ditas foraminis. itè apparet, quare apparet maior, aliquando minor. illud. n. est secundum, q; constringitur, vel dilatatur pupilla, si sit possibile eam dilatari, aut constringi; sed, si ali- qua stat extra uueam uersus corneam; tunc ista aqua est de mobilibus, scilicet non habentibus aliquam diaphaneita- tem; imo uerum colorem. & tunc, si stat, statim post cor- neam tantundem apparet quantum occupat. de spatio cor- neæ, sicut apparet in sanie post corneam. uel ista aqua ha- bet diaphaneitatem, & transparentiam aliquam, non tamè tantam, quin prohibeat receptionem specieru visibilium, licet non ex toto prohibeat aliquam irradiatione; non tam- en, quæ sit sufficiens ad uisum. & ista aqua, quamuis im- plet totu spatium, quod inter corneam, & uueam; adhuc apparebit in forma rotunda rotunditate proportionali, & opposita foramini uueæ. & ratio huius est, nam totum de ista aqua, quod potest irradiari à lumine, apparet cõformis corneæ; rotum aut, quod non potest irradiari, apparet sub proprio colore aquæ, scilicet coloris albi. circumferentiæ autè circularis istius aquæ sunt minus profundæ, siue gros- sæ propter locum esse minus in spatio; sed medium istius aquæ est magis profundum propter maius spatium, quod replet; ergo circumferentiæ irradiabuntur à lumine exte- riori, & non apparebunt sub colore. pars autem media nõ poterit perlustrari, & sic apparebit alba; ipsa enim grossior existit suis circumferentijs, ut dictum est. est itaque cata- racta humiditas talis existens inter corneam, & uueam ex opposito pupillæ, sicq; communiter dicitur.

ALIUD problema. propter quid cataracta in loco lumino- so apparet minor; in non luminoso uerò maior.

Dicitur, q; in loco luminoso maior pars eius illumina- tur; & ideò parua pars eius remanet non luminata, & est illa, quæ est in centro magis; & ideò uidetur minor. con- trarium, quando est in loco non sic luminoso: nam maior pars eius remanet non penetrata, & radiis sic apparet alba.

Alia difficultas, postquam ita est, q; cataracta est humiditas inter corneam, & uueam, quomodo deponetur. dicen- dum, q; hodie deponentes operantur cum acu ualdè subtili penetrante uueam, & propter subtilitatem instrumenti nõ exit albugineus. antiqui operabantur cum acu non acuto, sed parumper obtuso; cum quo si fieri posset; melius esset, sed non uideo modum. ego autem uidi, & operari feci cum acu

Problema

Spus ua-
por san-
guinis te-
peratus.

Syphac
quid.

Problema
quid.

seu acutissimo subtili argenteo, & bene successit. Conciliatio Aui. cum Rasi. inquit Rasi. ii. conti. cap. de cataracta. medici moueant palpebrā, & fricent, & intueantur eā: & si aqua spargit cū rectificatione, & reuertit, & coadunatur; nunquam iuuat cura cum instrō, & contrarium Aui. Dicendum, q̄, quādo medicus premit, & fricat cum pollice, uel alio digito super palpebram ponendo uersus oculum, uel cataractā nullo modo cedit; talis non est deponibilis, quia significat multam grossitiem, & uiscositatē, & adhærentiam; uel cedit: & tunc uel cedit, & redit, & tunc uel cedit tota simul, uel cedit diuidendo se in partes si primum est deponibilis; quia signum est, quod unita, & non fixa uehementer. hoc autem cedere est quasi eam dilatari, & eam reuniri, & aggregari. si autem cedit diuidēdo ita, q̄ rumpi uideatur in frustra; tunc non est deponibilis cum acu, & de hac loquitur Rasis. in quo capitulo docuit patientem cataractam debere situari a medico in opposito solis, & ponere pollicem supra palpebram superiorem, deinde subito eleuare, ut supra, & uidere motum cataractæ. ex quibus tollitur contradictio apparēs; nam, quando cataracta sic cedit, & redit, & non se diuidēdo arguitur debita mobilitas eius uniformitas eius debita uiscositas; ex quibus arguitur ipsam esse obedientem operationi per acum fiendæ. & tu considera.

APHORISMI.

De oculis, & eorum dispositionibus.

Ex.iii. Sect. xi. Apho.

De temporibus: si quidem hyems sicca, & aequilonia fuerit, uer uerò pluuiosum, & Australe; necesse est Aestate febres acutas, & lippitudines (Græci ophthalmias uocant,) & intestinorum difficultates fieri, &c.

xii. Aphor.

Si uerò hyems australis, & pluuiosa, & serena fuerit uer autem sicca, & aequilonium, mulieres, quibus partus ad uer inest ex quacunque occasione abortiunt, quæ uerò parient; imbecilles, & morbosos infantes pariunt. quare uel statim interest, uel tenues; & ualitudinarii uiuunt. cæteris uerò mortalibus difficultas intestinorum, lippitudines sicca fiunt. Senioribus autem destillationes, quæ citò interiment.

xiii. Aphor.

Si uerò aequilonius, & sicca, his, qui naturam habent humidiorē, & mulieribus confert; aliisque autem erunt lippitudines sicca, & febres acutæ, & grauedines; non nullis uerò, & atrabile.

xvi. Aphor.

Morbi in pluuiarum multitudine, magna ex parte fiunt febres longæ, alui profluvia, putredines, morbi comitiales (quos apoplexias Græci uocant,) & anginæ. in siccitatibus autem tabitudines, lippitudines, articularum dolores, stillicidia urinæ, & difficultates intestinorum.

xvii. Aphor.

Quotidianæ autem constitutiones, aequiloniæ quidem corpora densant, intendunt, & bene mobilia, coloratio- ra; & melius audientia faciunt, & aluos exiccant, oculos mordent, & si pectus dolor aliquis obsederit; dolorem augent, austrinæ dissoluunt corpora, & humectant, auditum obtundunt, capita aggrauant, & uertigines faciunt oculis, atque corporibus difficilem motum præstant, & aluos humectant.

xxi. Aphor.

Aestate autem nonnulli horum, & febres continuæ, & ardentes, & tertianæ febres plurimæ, & uomitus, & alui profluvia, & lippitudines oculorum, & auriū dolores, & oris ulcerationes, genitalium putredines, & sudamina.

Ex.iii. Sect. xlix. Aphor.

In febre non intermittente, si labrum, uel oculus, uel nasus, uel supercilium peruertatur, uel non uideat, uel non audiat, iam debili existente corpore, quicquid horum euenierit, mors proxima.

lii. Aphor.

Quicumque in febribus, uel in aliis morbis, sponte illachrymant, nihil absurdum; qui uerò non sponte, absurdius, Ex. vi. Sect. xvii. Aphor.

Lippientem alui profluuio corripit bonum. xxxi. Aphor.

Dolores oculorum meri potio, aut balneum, aut fomentum, aut uenæ sectio, aut medicamentum potum soluit.

lii. Aphor.

Oportet uerò & considerare oculorum in dormientibus suspensiones; nam, si quid album commissis palpebris subspicitur, neque ex alui profluuio, aut medicamenti potione istud contingat, malum est signum, & letale ualdè.

Ex. vii. Sect. lxvii. Aphor.

Dolores oculorum post meri potionem, & quæ calidæ, balneum, uenæ sectione curato.

ARGUMENTVM IN CAP. IIII.

Enumerantur aurium dispositiones, quæ sunt diminutio auditus, tinnitus, & sibilus, & sonitus surditas, dolor auris, ingredientia aures, & sanguis egrediens diminutio quidem auditus est, quando sonus ab eo non comprehenditur sub debita mensura: cuius causa ut plurimum est complexio frigida. sed surditas est auditus ablatio, quæ fit ab intemperie frigida. tinnitus uerò & sibilus, & sonitus est operatio corrupta auditus, quæ iudicat sonum, quem continuo audit extrâ; cum sit intrâ: causa cuius secundum plurimum est uapor, aut uentositas. uerum dolor auris est trictis sensatio procedens à re contraria subito, & materia liter, & uehementer imprimente: quod fit ob malâ intemperiem materialem, aut immaterialem, atque ob solutionē continuitatis, & apostema. multa sunt ingredientia aurem ideo illa ommittam: sed sanguinis ab aure egressio est aut à causis primis; ut casus, & percussio: aut ab accidentibus ut à quantitate sanguinis multa, ob quam uena scinditur: aut acuitate non scinditur; sed per poros eius subtilitate egreditur, aut quia criticè natura eum expellit.

De dispositionibus aurium,

De anatomia, & complexione, & descriptione auris. ac de cõferentibus, & nocētibus auditui. Rub. i.

Auris est membrum cartilagosum, anfractuosum super os basilare, siue petrosum situatum, auditui à natura creatum. in cuius concauitate est spiritus cõplantatus, aut aer stans, siue connaturalis, qui est instrumentum auditus. & hanc concauitatem cooperit panniculus subtilis contextus ex quinto pari neruorum auditui deservientium, ut supra in principio capituli de dispositionibus oculorum, de quibus uerius dixit Auic. quarta tertii primò cap. & hic quidem neruus in dispositionibus auditus est, sicut glacialis in dispositionibus uisus, & reliqua membra auris sunt, sicut reliqua, quæ circundant glaciale ex tunicis, & humoribus, quæ sunt creata propter glaciale; ut seruiant ei, & custodiant ipsum, & adiuent eum. ex quibus apparet primò complexio eius; nam cartilago frigida est & sicca prima primi de complexionibus membrorum.

Secundò patet eius descriptio.

CONFERENTIA auribus sunt hæc: adeps gallinæ, anatis, absinthium, amurca olei, balsamus, castoreum, conchilia coriandrum, cucurbita, fel apri, simus capræ, galbanum, galla, gallus, gentiana, licium, lac mulieris, laudanum, mentha, mel, mitridatum, nuces, nenuphar, oleum sisaminum, oleum narcisci, oleum amygdalarum ama. oleum laurinum, oleum benedictum Nico. sed de maximè conferentibus est mundi ficare omni die aures à sorde, & semel in hebdomada distillare aliquid de oleo amygdalarum ama. ozimum cum adipe, pix infusa in oleo ros. rosa, succus eius, succus rubi, salix, foliaque succus eius, staphisagria, uermes terræ cū adipe, adeps uulpis, hierapigra Gal.

NOCENTIA auditui sunt allium, argentum uiuum, arundo, flos, aut lanugo eius auri imposita, castanea, & plura alia, quæ ex regimine dietæ cõprehenduntur ex sequētibus.

De

Uedios. i. tranquil.

alias, pro luxurioso. i. longæ, ut ad febres reducatur.

κατὰ-προαίρε-σιν, id est studio, de industria, uoluntarie. consilio.

De læsione auditus, et primò de eius dimi-
nutione. Rubrica. 2.

aliàs, tha-
ras. Si eni
habent
bati Auic.
interpre-
tes.

DIMINVTIO auditus, quam Auic. * tarax uocat est quan-
do sonus ab eo non comprehenditur sub sua debita quan-
titate, siue mensura; ut quia non comprehenditur ita gra-
uis, aut ita acutus, aut ita altus, sicut est, & sic de aliis soni
accidentibus.

CAUSA cuius secundum plurimum est complexio frigi-
da: & dicitur cuius causa secundum plurimum; quin à ma-
la complexione calida etiam contingere potest cum mate-
ria, & absque materia. consimiliter à materia uentosa. item
à casu, percussione. item nocumētis in foramine ex oppila-
tione facta in eo cōtingere potest; ut cū in aure ingreditur
aliquid nocēs; ut granum, sordes, & sic de aliis. uel in ea ge-
neratur caro, apostema, & huiusmodi. item ex nocumentis
non solum in aere naturali, & spiritu contingente; sed etiā
in neruo ipso auditui deseruienti. fit etiam nocumentū ex
communitate aliorum membrorum & maximè uicinorū;
ut in dolore dētium, & in eorum ortu. item in febribus, itē
in apostemate partis capitis propinquæ auri, item à uermi-
bus, item à subtilitate, aut grossitie spiritus fit: nam de his
in specialibus dicitur capitulis.

SIGNA demonstratiua. si à causa fuerit primitiua; ut
casu, percussione, & huiusmodi, item propter ægritudinem
capitis, itē successione febris, aut alterius ægritudinis, itē
à communitate alterius membri; manifesta erunt considera-
re uolenti per nocumenta, que ipsis membris insunt.

Signa. si fuerit à mala complexione cal. uel frig. signum
primum colligi potest à iuuantibus, & nocentibus. sed hic
aduerte, quòd aliquādo decipitur medicus: nā quādo est cū
tali discrasia; corporis plenitudo multum læditur à simili,
& à cōtrariis; & idē aduerte. nam, si discrasia fuerit calida;
læditur à calidis ratione similitudinis, & læditur à cōtrariis
ratione compressions solutionem continuitatis inducēdo
si itaq; discrasia fuerit calida; tunc sentitur calor interius, &
dolor, & læditur à calidis. sed nota, ut dictum est, corporis
plethoriam. quòd, si fuerit frigida; sentitur frigiditas, & læ-
ditur à frigidis, & iuuatur à calidis materia minorata: nam
quando adest multa materia; tūc ex caliditate fit dissolutio
materiæ, & inde maius nocumētum. quòd, si fuerit ex humi-
ditate; tunc apparet tumor in facie, & sentitur grauitas que-
dam, & tales communiter rheumatizant.

Si ex siccitate, quia fit post ieiunium, & uigilias cum de-
tumescentia faciei, & oculi.

Signa. si ex apostemate; est dolor magnus, calor, pulsatio
& feb. saltem ephemera.

Signa. si fuerit ex ulcere; est ibi punctura, mordicatio,
& dolor.

Signa. si ex uermibus; est ibi dolor circūuolutus, uer-
tiginosus, & alsiduatio commotionis cum exitu uermis
quandoque.

Signa. si fit ab aquositate saniosa, de qua tale fit experimē-
tum. accipe spongiā, & calefacias igni, & supponat pannus
lineus calidus duplicatus spongiæ, & auri applicentur, &
dormiat desuper. & si in mane inueniat pannū immaculatū
non erit ex humiditate, sed ex alia causa. q; si erit macula-
tus; erit ex humiditate ipsa saniosa.

Signa. si subtilitate spiritus audibilis; tunc patiens non
audit, nisi uocē submissam, per quā aer paulatinē dilatatur,
& intrat uox ad spiritum moderatē: ex grossa uerò uoce
spiritus confunditur, quare non auditur. si grossitie spiri-
tus; tunc non auditur, nisi uox magna, quæ cum impetu in-
trat illam grossitiem dilatando fortiter aerem; sicut lapis
cadens in aquam fortiter, & cum impetu multum dilatat
eam: parua uerò uox nullum habet ingressum. fit ex suc-
cessione crisis pulsa materia ad organum auditus.

Signa. si ex uentositate; significat eam sonitus continuus
absque grauitate, & in mala complexione simplici non sen-
titur grauitas; sed in materiali sic. quando auditus læditur
absque nocumento aliorum sensuum; signum, q; nerui audi-
tus tantum læduntur.

Signa. si acciderit propter nocumenta, quæ sunt in fora-
mine; ponatur patiens in loco luminoso. & erit manifestū
si sordes, aut uerruca, aut caro, aut sanguis grossus conge-

A latus, aut alius talis humor in causa erit. quòd, si fuerit pro-
pter nocumenta intrinseca; ut quia sunt in osse, neruo, &
huiusmodi; tunc, si fuerit cum materia, ut dictum est, erit cū
grauitate. unde debet medicus præcipere, ut patiens incli-
net caput ad eam partem, deinde eleuet: & tunc, si erit ma-
terialis; sentiet grauitatem. si non; non, ut consimiliter dice-
batur supra de dolore capitis.

PRAGNOSTICA. Quæ fit successione uomitus facilis est
curationis, item recens curatur faciliter respectu aliarum.
chronicæ cura propinqua est desperationi: unde Mes. Quæ
autē antiqua est, uix recipit curam, & atiquā intellige, quæ
duos pertransiuit annos. Gordonius.

Si debilitas auditus, siue surditas aliquando minuitur, &
in uno non permanet statu; tunc spes est curæ cum magna
difficultate: si uerò in eodem statu continuè permanebit;
tunc ei non est cura; nam curationem non recipit. similitur
quæ ex solutione est, continuitatis neruorum auditus. item
& quæ ex apostemate duro incurabilis. de prognosticis ha-
bes aphor. quære eos in fine capituli huius. & uolo, ut hæc
signa, & demonstratiua, & prognostica tibi sufficiant &c.
pro rubrica sequenti.

CYRA. Canones. ordinatio diætæ, digestio materiæ,
euacuatio eiusdem, remediorum localium applicatio.

Ordinatio diætæ ex parte aeris, ut caueat se patiens ab
aere calido fri. uēto, & huiusmodi. cibi autem, & potus &c.
moderentur ad contrarium causæ facientis morbum; ut si
à frigido, cū calidis: si à calido; cum frigidis. & ab omnibus
abstineat uaporosis multiplicantibus humores phlegmati-
cos, si materia est frig. & cōsimiliter de calidis suo modo di-
catur. fastidium, repletio, & somnus post repletionē nocet.

Digeratur materia prius, & maximè cum fuerit grossa,
uiscosa cum his, de quibus supra de soda phlegmatica. quòd
si fuerit materia subtilis, & nulla fuerit oppilatio in corpo-
re; potest sine eius digestionem fieri euacuatio, quando talis
materia uidetur satis conueniens expulsionem. quòd, si quidē
digestione egebit; digeras cum his, de quibus dictum est de
soda calida: si sanguinea; cum his, de quibus in sanguinea. si
cholericæ; cum his &c.

C Euacuet aut materia cū euacuatuis proportionatis ma-
teriæ, de quibus supra. iiii. tract. sed hic nota dictū Mes. Eua-
cuet cholera euacuatione post euacuationē. & Aui. inquit.
& multiplicet numerus, & minoretur quantitas omni uice
& uirtus cōseruet, & euacuet maturatio. & similitur canonem
habuisti supra de cura phlegmaticæ; nā materia capitis, aut
in capite existens difficulter euacuatur, & causæ assignatæ
sunt ibi. cōsimiliter, si uidebitur in toto plethorica, aut san-
guinis peccatū, uel mixtio humorū cum sanguine; fiat phle-
botomia iuxta canones positos supra de soda sanguinea, &
cholericæ. consimiliter iuuant ad euacuationem sternutato-
ria: item & gargarismata, & masticationes, quāuis sint indi-
uertētia. pro quibus recurre ad ea, quæ de soda: nimis enim
prolixum esset omnia recitare; imo & superuacuum duxi.

In applicatione uerò remediorum oportet plures serua-
re canones particulares. primus, quòd ea, quæ ponuntur in
aure sint tepida, siue temperatæ caliditatis: non autem cali-
da; aut frigida. secundus, quòd de tertia hora in tertiā horā,
uel circa extrahatur, & remoueat medicamen; ne mora
sua tympanū auditus relaxet, uel imbibat, uel fortē aliqua
pars eius penetret, & perueniat ad cōcauitatem organi au-
ditus. tertius, quòd ante impositionem secūdi medicaminis
mundificetur auris à primo, & confert ad hoc tussis, sternu-
tare; imo semper sternutes; cū quærit mundificationē, si ca-
put non fuerit debile, aut læsum. quartus, quòd medicami-
na talia sint liquida, ut melius penetrare possint, ac uelo-
cius exire. quintus, quòd talia sint parua quātitatibus; ut tres,
uel quatuor guttæ. sextus, quòd imposito medicamine pa-
tiēs iaceat supra partē sanā. septimus, quòd, si possumus cū
suffumigationibus, emplastris, & aliis ad extra applicatis
curationē facere; prius faciamus, ac ista prius tētemus, qm
quæ ad intra applicantur, postquā operata sunt; lædunt, nisi
diligentissimè mundetur auris, ut dictum est. remanent et-
enim ibi propter tortuositatem, & concauitatem auris, &
ibi putrefiunt. octauus, quòd talia non applicentur, & maxi-
mè ad intra, nisi prius factis euacuationibus debitibus. in ma-

perfluo, & assumptione solutiui posset sonitus causari, ut patet. & secundum quosdã diuiditur in talem per proprietatem, & talem per communiratẽ à stomacho, & ab aliis, vt dictum est. item quia alius fortis, alius debilis. itẽ quidã continuus, quidam inter polatus. item quidam habent naturam sibili, quidam rugitus, quidam fluminis inundãtis. & in summa causa primitiua est percussio inordinata dicta, & huiusmodi. antecedens uerò humor, vel ventositas in toto, vel in parte. coniuncta uerò aeris commotio.

SIGNA demonstratiua. eius uerò, qui est per proprietatem, signum qm̄ est continuus. in eo uerò, qui per communiratẽ; quia aliquando quiescit, & excitatur propter repletionem, aut uacuitatem, aut motum, aut cum calor sit fortis, aut frigus. item quãdoq; sentitur, sicut uox ascẽdentis ad superiora, & tunc est vitio totius, aut stomachi. item idem signat uox, quã super se ipsam resoluitur, & quã sentitur, sicut fragor arboris.

Signa eius, qui est à repletionem capitis; quia sentitur grauitas in eo, & q̄ accidit post nauseatiuã satietatem, post multitudinem uini, post somnum maximẽ diurnum, post retentionem foetus, & huiusmodi.

Signa eius, qui est à stomacho, quia interpolatus, & maior post cibum, q̄ ante, & maximẽ circa horã digestionis, & q̄ ex uomitu alleuiatur.

Signa si ex hepate; dolor sentitur, aut aggrauatio circa hepar, urina aliquantulum colorata.

Signa. si est ex ventositate, & maximẽ cerebri sentitur, vt uetus in cerebro. item, cũ est à ventositate; sentitur ascẽsus, & descensus, sicut cum mustum ebullit. item, cum est à ventositate; aliquando quiescit, & sentitur extensio. quòd, si fuerit uentositas declinans ad humidum, & non sit multum grossa sentitur, ut sonus pluuiã. q̄, si fuerit grossa; sentitur, ut sonus molendini. q̄, si declinat ad siccitatem; sentitur; vt fragor arboris.

Signa facti ab humore viscoso sunt grauitas percepta, cum declinat patiens latus auris ad terram, & se eleuat, ut de doloris capitis dicebatur: & est secundum semitam generationis post generationem occultam continuam.

Signa facti ab acuitate sensus sunt defectus causarũ uentositatis, & repletionis, & mundificatio auditus, & excitatio eius apud ieiunium, & uacuitatẽ immediatẽ post somnum, quasi non sentitur.

Signa facti à debilitate nerui audibilis est; quia omnis fortis sonus lædit infirmum, & non audit nisi fortes sonos & distinctos, & q̄ audit cõtinuẽ sibilationem dolor, & feb. perducens ad tremorem.

Signa facti à collectione purulenta in aurem sunt, quando sunt cum tinnitu. item, cum est ex sanie, sentitur, vt confractio lapidum, & lignorum.

Signa si fuerit ex siccitate; signant febres, & euacuationes, quã præcesserunt.

Signa, si ex debilitate, scies per superfluitates indigestas.

Signa, cum est cum repletionem calida; sit subito, & cum inflammatione: econtrã cum frigida.

Signa si ex cãis fuerit primitiuis; scies infirmi narrõne.

PROGNOSTICA. tinnitus, sibilus, & huiusmodi nuntia sunt surditatis. hæ passionis, si diu durabunt; non recipient curam.

CURA. Canones. ordinatio diætã, digestio, euacuatio, diuersio, euaporatoriorum, & embrocharum administratio, medicaminis ad intra aurem iniectio.

Primus cõpletur, vt faciendo regimen in sex rebus tendere ad causã contrarium. quòd, si fuerit ex debilitate, sicut accidit cõualescentibus; tunc cura erit cũ resumptiuis, & addentibus ad virtutes corporis.

Digestio cõpletur cum his, de quibus in tractatu quarto, ut sæpe dictum est.

Euacuatio fiat cum pilulis appropriatis materiẽ, de quibus supra tract. iij. aut cũ aliis solutiuis, vt placebit. & sis memor, q̄ reiteretur de quarto in quartum, ut supra. si fuerit repletio in toto; poterit fieri phlebotomia.

Ex parte diuersionis fiant sternutatoria, caputpurgia. habentur hæ omnia supra de soda.

Et pro complemento quinti, & sexti sciendum, q̄ mate-

A ritalia hos canones complentia sunt acetum, absinthium, apium, beẽ, bleta, calamus aro, elleborus, fel, & specialiter tauri, laurus, liliu, mel, nitrum, oleum amygdalarum amar, oleum de been, de maiorana, ireos, castoreum, coepe, ciminum, colloquintida, condisi, ebulus, oleum de lilio, porrum, ruta, raphanus, synapis, serpentaria, spuma nitri, storax, uiolã, hyssopus &c. de quibus supra in principio capituli. nam accipiantur plura, uel pauciora ex his, ut placebit, & fiant euaporatoria. laudatur autem, si cum uino coquantur ruta, calamentum, hyssopus, laurus, stœcados, centaurea, betonica, spica nardi, & fiat inde stufsa, siue euaporatorium cooperto capite. & facta mundificatione auris iniiciatur adipis anseris, fellis bouis, olei lauri. ana. secundum canones positos supra de diminutione auditus, & est hoc totum documentum Apollonij. item. R. chamemillam, sansucum, calamentum, stœcados, hyssopum siccum, absinthium, bulliant in uase cum aqua, & recipiatur fumus per traiectorium, ut supra. potest ex his fieri emplastrum, ut patet, item. R. mucillaginis maluauisci, siue althẽã, seminis lini. ana. ʒ. iij. coepe, liliorum coctorũ, coepe communis decocti. ana. ʒ. s. olei anethi, butyri, pinguedinis anatis. ana. quantum sufficit, farina frumenti, & cũ modico uini fiat emplastrum. embrochã autem fiant ex eisdem rebus super parte capitis auris læsa benẽ prius aure obturata. & sis memor fecisse prius plures euacuationes vt sæpe dictum est. ad complendum quintũ. R. succi porri unc. i. succi rutã, maioranã. ana. ʒ. s. castorei. ʒ. i. musci gra. i. misceantur omnia benẽ, & iniiciatur secundũ canones, de quibus de diminutione auditus. ad idem. R. garyophyllorum, seminis porri. an. ʒ. s. musci gra. ij. distilletur cũ aqua maioranã, aut rutã, uel cum modico uini. & est optimum. ad idem. R. euphorbium, & dissolue in oleo costino. item succus porri cum oleo ros. lacte mulieris, & castoreo. ad idem oleum de been cum castoreo, elleboro, & melle, & modico aceti, & propriẽ cum humor fuerit viscosus. itẽ ad idem. R. ellebori albi, castorei, nitri. an. par. i. croci partis. i. quintam. misce cum oleo sisamino, & aceto. & maximẽ ualet facta prius euaporatione per traiectorium, ut supra. & ad idem ualent, quã dicta sunt de diminutione auditus. in factis ex sanie dicetur suo capitulo.

C VRA facti ex acuitate sensus. distilletur oleũ ros. cum modico aceti, aut, si oportet; addant grana duo opij, vel circa; ut. R. olei ros. ʒ. i. aceti. ʒ. ij. opij gra. ij. omnia adinuicẽ incorporentur benẽ. aut distilletur oleũ ro. in quo sit decoctũ papauer, & myrtus, & eius regimen tendat ad frigidũ.

C VRA facti propter cõitatem, & præcipuẽ à stomacho, à quo secundum plurimum, tunc cura est rectificatio illius membri, & prohibitio ascensionis uaporum, & confortatio auris, ne recipiat. quòd, si fuerit ex crapula, ebrietate, statione sub sole in balneo, motu laborioso, uomitu, clamore; cura est hæc, dimittere à quibus debet omninò sibi quisq; cauere; quia sonitum, & sibilium faciunt.

C VRA facti à casu, & percussione, est secundum dispositionem derelictam post consolidationem, & æquationem membrorum: nam fortassis tũc curabitur, sicut contingit in facto in crisi, qui curatur post crism: & ideò præcipiunt auctores de eo pro tunc non curare. & consimiliter contingit in facto ex feb. & sic de aliis.

D De dolore auris. Rub. 5.

D O L O R auris est tristis sensatio eius facta à re contraria subito, & materialiter, & uehementer imprimete. causa cuius est mala cõplexio materialis, aut immaterialis, solutio continuitatis, aut apostema. dicitur mala complexio; quia indifferenter omnis talis facit dolorem, specialiter frigida, & calida. sicca autem non per se; sed per accidens: humida uerò, nec per se, nec per accidens; ut Conciliator differentia. 76. nam ex aere calido, uel frigido, aut ingressu rei frigidã, aut calidã in aurẽ, vt ueti frigidi, aliqua aqua frigida, uel alterius liquoris, aut ingressu lapidis, & huiusmodi. item dicitur materialis; quia indifferenter omnis humor potest causare dolorem; ut sanguis cholera &c. similiter apostema frigidum, & cali. potest causare dolorem; licet vnũ altero remissius. item potest, & tale apostema esse uentosum, & uentositas extensiuã facit dolorem, item à casu, &

percussione, item ex uerme generato in aure, itē ex humi-
ditate saniosa, & non saniosa. ex eo quidam recens, quidam
antiquus; aliquis debilis, aliquis fortissimus, aliquis medio
cris, aliquis est cum pruritu, uel sine; quia. s. est sine materia
calida mordicatiua, aut absq; phlegmate falso.

SIGNA demonstratiua. si ex causis fuerit primitiuis, ut
casu, percussione, ingressu alicuius rei in aurē; ut sunt lapis
aut aliquis liquor extraneus; scitur narratione infirmi, aut
astantium.

Signa si fuerit ex mala cōplexione ea; tūc cōcomitatur ī
flatio, & rubor & calor partiū uicinātiū auri, & à calidis le-
ditur, & à frigidis iuuat. q; si fuerit ex sanguine; dolor erit
satis intēsus cū pulsatione, cū rubedine faciei, grauitate ca-
pitis, & frōtis, maximē qñ super faciē se proiciet, & cum
quadā somnolentia, inflatio uenarū tēporū, sapor dulcis in
ore, regimen sanguineū, & ita de aliis signis sanguini attri-
nētibus, de quibus in. j. tract. in prin. q; si fuerit ex cholera;
aderūt signa caliditatis cū uehementia doloris acutissimi
cū mordicatione, citrinitate faciei, amaritudine oris, cū uo-
mitu cholericō, & apparentia aliorum signorum cholerae,
& quia cholericus, regimen cholericum, & huiusmodi.

Signa si fuerit ex mala complexione frigida; signa erunt
contraria signis de mala complexione ca. quōd, si fuerit à
phlegmate; dolor erit remissior, color tendens ad albedi-
nem; similiter si ex melancholia; apparent signa, de quibus
in principio operis.

Signa si ex apostemate fuerit calido; erit dolor fortis cū
pulsatione, grauitate, ut dictum est de signis caliditatis, &
uenit subitō, & cū febre. quōd, si fuerit ex sanguine; aderūt
signa sanguinis cū fortitudine doloris maioris, & minoris
secundum commixtionem uariam eius sanguinis cum alio
humore: si fuerit admixtus, ut est quasi semper cum siti, &
uigiliis & fe. erit satis intēsa. quōd, si fuerit ex cholera; hæc
intensiora erunt cum mordicatione, magna inquietudine,
punctura, mala tolerantia infirmi, cum intensa siti, & sicca-
te linguæ, & sic de aliis. unde talis dolor aliquando ducit
ægrum ad phrenesim non ueram, & breuiter quando est ex
cholera aliquantulum acuta, & non dulcificata est quasi intole-
rabilis. quōd, si fuerit ex phlegmate, aut melancholia; dolor
est remissus cum feb. lenta, & quasi occulta cum grauedine
& imaginatione corrupta.

SIGNA si ex uentositate; sentitur frigiditas in loco, & q;
homo percipit frigus, aut ex uento, aut aliter, & est absque
feb. & quōd paulatim uenit. quōd, si uētositas grossa fuerit;
tunc percipitur tensio uehemens, & multitudo sonitus, &
motio inter aurem cum capitis leuitate.

Signa si fuerit ex uerme; sentitur ibi pruritus, tremor par-
uus, titillatio, & aliquando egreditur uermis.

Signa si aliquid ingressum fuerit; ducat ad radium solis
eger, & comprehendetur. quōd, si ingressum fuerit animal;
sentitur deambulatio, quæ quandoque commouetur, quan-
doque sedatur.

Signa eius, qui est ab humiditate saniosa, uel non saniosa
manifesta sunt, & est sine feb.

PROGNOSTICA. si phlegma sit in meatu interiori
sapius sequetur periculū. uermis uerō, per quē crebrō au-
ditus misceat nimia sensibilitate; acutissimos facit dolores
ita, ut cōpatiatur cerebrū. acutas ergō feb. excitat; & inter-
dum alienationes ita, ut exinde iuuenes moriatur ex dolo-
re, alienatione, uel fe. senes ex dolore nō citō febriūt, neq;
spasmātur, neq; alienationē patiūtur; sed in senibus humor
frigidus, & spissus ex lōgo tpe cōuertit in pus, & paulatim
uirtus infirmior facta, antequam digestionē faciat, moriet.
in iuuenibus uerō nō citō cōuertitur in pus; sed, si cōuertit
uix dolores remittūtur, ut salus sit infirmo. dolor auriū for-
tissimus ex apostemate calido in interioribus auris est mo-
lestissimus ducēs ad terribilia accidētia; quia, ut suprā ad in-
stantiā uigiliarū, alienationē, & hmōi. acutissimus uerō in
iuuenibus est mortalis, & interficit qñq; in septimo, qñq;
subitō, ut apoplectici, & est magis interficiēs adoloscētēs, q;
senes, & uelocius. in senibus uerō hoc apostema multoties
peruenit ad pus, sed pueros interficit qñq; ante suppuratio-
nē. si aut suppuratio, & alia signa sint laudabilia; sperat eua-
sio, ita q; in apostemate acutissimo, si nō aggregatur fanies

E in eo; est parua spes euasione. apostemata auriū ueniētia
per uia crisis ante signa digestionis, & in die nō critica, &
cū aliis signis molesta sunt, & periculosa. quōd, si ueniat cū
bonis signis; post signa digestionis euadere possent. si autē
in iuuenē apparent multa signa bona; euadere possunt.

Quando dolor accidit in cartilaginibus intrinsecis; nō est
uehemens, nec timorofus.

CYRA. canones in facto à mala complexione, siue ma-
teria iuuat solū alterantia, de quibus in facto à mala com-
plexione materiali.

CYRA in causa ca. sanguinea, siue ex alio humore san-
guini commixto.

Primò ordinetur diēta, ut conuenit causæ, ut suprā de so-
da ex sanguine.

Secundò fiat euacuatio cum phlebotomia multa, aut pau-
ca secundum tenorem uirtutis, & repletionem pluries, aut
semel, ut necessitas cogit, ex uenis capitis, uel ex aliis iux-
ta doctrinam positam suprā de soda sanguinea. aut ponatur
uentosa in spatulis, aut naticis. prouocetur hemorrhoides,
deinde fiat euacuatio cum solutiuo iuxta humorem cum ip-
so sanguine peccantem. & iuxta dicta replicetur euacuatio
ut Mes. & Auicē. unde Mes. hoc cap. & frequenter lenifi-
catio naturæ cum aqua fructuum. & de his euacuationibus ad
plenum de soda sanguinea, & cholericæ; nam cū cassia, tha-
marindis, aut manna, aut lupulo dentur calcaria medicina-
rum conuenientia.

Tertiò, si opus est, & morbus det inducias; dentur dige-
stiuæ conuenientia, de quibus in. iiii. trac. de soda sanguinea.

Quartò fiant diuersiones suauēs, & leuēs, cum manibus
fricando. & conueniunt lotiones tibiarum, & infusio pedū
in aqua, ut suprā de soda: hæc enim omnia fiant leuia, ut se-
quitur inflammatio.

Quintò studeamus ad doloris mitigationem primò cum
lenibus, deinde cum fortibus. & scias, quōd ista non debet
inponi nisi factis prius euacuationibus: unde Aui. oportet
ut administrēs post euacuationē euaporationes, distillationes
lenitinas, & subdit, quod notatum est. deinde intēde uī-
ce alia cum eo, quod euacuat ipsum ex membro.

G Complent itaq; hunc quintum canonem euaporatio fa-
cta ex aqua calida sola recepta per trajectoriū, siue per cā-
nulam, ut suprā siue modo Auic. per embulam. item, si for-
tius cupimus cum decoctione maluarum, uiolarum, salicis,
nenupharis, chamæmillæ. item, si fortius addendo cortices
papaueris, aut iusquiamū. & de his possunt fieri emplastra
cum farina hordei additis speciebus frigidis, ut R. malua-
rum, uiol. foliorum salicis, nenupharis. decoquantur, dein-
de p̄stentur, deinde cum farina hordei, & cum speciebus
æroti sandalini Mes. ii. dist. fiat emplastrum. & cōsimiliter
potest fieri ad extra unguentum ex oleis frigidis, additis
pluribus pulueribus frigidis, de quibus statim in de chole-
rico dolore. ad intra uerō ponatur lac mulieris ab ubere re-
center mulsū, aut albumen oui benè agitatū: unde Aui.
Albumini nanq; oui soli inest proprietas mirabilis. aut di-
stilletur oleum ros. cum modico camphorę; aut in fine oleū
uiol. cum semine iusquiami, & modico aceti: aut, si fortius
cupimus; addantur grana opii. non plus me extendo in ex-
plis; quoniā ex his, quæ dicentur statim de cholericō, patē-
bunt exempla multa huic proposito conuenientia.

H **CYRA** in causa cholericæ. premissis canone ex parte diæ-
tæ, de qua dictum suprā tractatu tertio, & canone de dige-
stiuis, oportet hic memorare.

Primus, q; cum iste dolor sit acutus ualdē morbum fa-
ciens acutum; statim in principio faciamus euacuationem
quæ euacuatio fiat phlebotomia saltem diuersiua timendo
futurū apostema calidum, quod est perniciosum, ut in prin-
cipio rubricæ dicebatur. pro qua fienda recurre suprā de so-
da cholericæ, & ad id, quod dictū est de lethargia, quod est
apostema minus periculosum, & ad id, quod est dictum de
ophthalmia, ubi ualdē minus imminet periculum. ubi habe-
tur causa dicti, & modus tenendus ex parte uenarum. item
fiat euacuatio cum solutiuis leuibus, decoctione prunorū
thamarindorum, cassia, manna cum aliquo acute, ut uide-
bitur expedire, cum myrobal. rhabarbaro.

Secundus, quōd, si caliditas fuerit uehemens; fiat capitis
infrigidatio

infrigidatio cum his, quæ dicta sunt in capitulo de sôda, & specialiter de cholericâ. unde Aui. Cum autem causa est caliditas superflua oportet, ut infrigides cerebrum: cû extinguentibus cognitis prædictis in capitulo cerebri.

Tertius nominatus est mitigatiuorum administratio. quæ compleri potest cum his, quæ ad extra, & ad intra aurem ponuntur. ad extra applicantur repercussiuâ frigida, & sua frigidityte doloris mitigatiua, ut emplastrum, unctioes, emplastrum. R. lenticulam aquæ eam decoquas, & pista, deinde cum mica panis, lacte, albumine ouorum, succo iusquiami, oleum uiol. & ros. cum farina hordei fiat emplastrum cum aqua decoctionis lenticulæ. item, & si uis fortius R. lactucam, acrestam, cucurbitam, solatrum, iusquiamum exprime succum cum oleo ros. & mandragorino, & farina hordei cum modico croci fiat emplastrum. & multa consimilia posset artifex ingeniosus ex se conficere. unguenta consimiliter debilia, & fortia fiant; ut R. oleorû ros. uiol. amygdalarum dulcium. ana. par. i. aceti par. iii. bulliant usque ad consumptionem aceti, deinde addatur modicum ceræ albæ & fiat unguentum, de quo inungatur auris, & partes circumstantes. & si uis fortius, addas opium, aut oleum mândragorinum, aut cum opiatis dictis, siue mitigantibus dolorem, supra trac. 4. cõfice, ut placet: nam aggregentur ea, quæ dicta sunt de sanguineo cum his, quæ de cholericis, & erit res copiosa. & consimiliter dicatur de euaporatiuis; nam ex eisdem rebus fiat euaporatoria, ex quibus fiunt emplastra cum modis dictis. & tu elige, ut congruentius uidebitur. ad intra uerò ualent, quæ dicta sunt de sanguineo, ubi posita sunt aliqua fortia, & leuia. sed ultra illa adhuc ponuntur alia multum efficacia. R. olei. ros. conuassati fortiter cû succo cucurbitæ, & impone. idem operare cum oleo de salice. item oleum uenupharinum cû lacte mulieris tepidum. ite oleum de papauere, & est fortius, & hoc, ubi dolor fuerit uehemens, cû quo ponatur aliquid camphoræ, & est efficax sedatiuum. ite lac muliebre cum succo solatri, mucillagine psyllii, quibus addatur, ut libet, ex mitigantibus. item limaciæ decoctæ in oleo amygdalarum, & lumbrici terrestres cum oleo ros. decocti ut infra. & Aui. Cumq; est necessarium aliquod narcoticum magis incolume est sief memithe cum aliquanto opio teratur, & misceatur cum lacte mulieris, & distilletur in aurem.

CYRA. in facto ex causa frigida. Canones proportionales seruentur, quo ad ordinem dietæ, euacuationem, digestionem, diuersionem. sed pro euacuatione dicendum, quod in principio etate, uirtute, & cæteris cõsentientibus cõuenit phlebotomia, ut supra, saltem diuersiua in modica. s. quantitate. pro qua recurre ad ea, quæ dicta sunt de sôda, lethargia, ut supra. secundo memorandum, quod frequenter euacuatio cû solutiuis de quarto in quartum cum cochiis, & huiusmodi, ut supra. iiii. tract. & de sôda phlegmatica. & in tempore intermedio dentur digestiua iuxta materiam peccantem, pro quo digestiuo recurre allegatis locis. consimiliter pro diuersione fiat recursus ad ea, quæ de sôda phlegmatica. localia ad extra, emplastra, unctioes, euaporatoria, euaporatoria possunt esse sicca. & hu. sicca fiant cum his miliu, pannicum, sal, pulegium, baccæ lauri, olibanum, rura, anethum. ex his materialibus sumantur duo, tria, uel plura, ut libet, & ponantur in sacco, & calefacta superponantur. calefiat autem hoc modo. ponatur lapis, siue tegula in igne, deinde, cum fuerit quasi ignitus; extingatur cû uino, oleo de spica, aut de ruta, & deinde superponatur sacculus: ut ex fumo tali super calefiat, & calidus non multum iuxta canones positos in principio capituli, quos reuide, apponatur auri; & sic reiteretur frequenter, ut uidebitur expedire. euaporatorium humidum fiat cû his, quæ carminant, & maturant, & mollificant, & cû decoctione meliloti propriè, anethi, chamæmillæ, fœnugræci, uolubilis, foliorum caulis, seminum eius, absinthii diuisim, uel coniunctim, ut placebit, & recipiatur fumus per cannulam, cuius una extremitas sit super uas fabricatum, & reliqua ad aurem ponatur. & si dolor esset uehemens; addantur ex stupefacientibus, sicut essent cortices mandragoræ, iusquiami folia, ac semina. & si non sufficiunt; transeas ad fortiora: ut opium, sed ista cum cautela apponantur, ut supra tractatu quarto de mitiganti-

bus dolorem. nam in dolore ex causa frigida narcotica sunt postponenda, usquequo timetur syncopis, Aui. in hoc capitulo. & nocumentum corrige, si accidit ex eis; sicut cum castoreo. unctioes fiant ex his, oleum nardinum, costinum rutaceum, sansucinum, amygdalarum amararum, chamæmillinum, anethinum, laurinum, de lilio, de cheiri, de narcisco, de persicis, de chrysomillis, de been, de cherua, de cinnamomo: unumquodque autem istorum proprietatem habet in dolore auris ex causa frigida. emplastra autem fiant ex herbis commendatis iam, ut est, anethum, ruta, pulegium, maiorana, laurus, melilotum, chamæmilla, origanum, stœcadus, & breuiter omnia calida conferentia auribus, de quibus in principio capituli. fiat enim ex his decoctio, & partim puluerizentur, & cum uino, & oleis dictis, & farina feminis lini fiant emplastra, ut opus erit. Rec. cœparum unâ ex his, quæ comeduntur, & decoquas sub cineribus calidis, & prunis cum facilitate, deinde ipsam pista, & incorpora in ea butyrum, & per modum emplastri superpone. idem cum cœpe liliorum butyro, & oleo rutaceo. ad intra autem ualent olea dicta iniecta secundum canonem. item. R. cœpe, & caua ipsum, & in ipsa cauatura pone rutam, & succum raphani, & galbanum dissolutum prius in succo porri; deinde decoque, ut supra, fiatq; deinde expressio eius, & de tali liquore impone secundum canonem. quod, si dolor fortis fuerit; adde opiû cum castoreo, & croco, & est ex miscibilibus bonis, ut Mesue hoc cap. aut philonium cum lacte. oleum de scorpionibus iniectum est sublime; ut Mesue hoc capitulo. item decoquantur usque ad eorum liquefactionem scarabei, aut lumbrici terræ cum adipe anatis, & in aure distilletur secundum canonem. item singulariter est fel tauri cum adipe anatis iniectum in causa uehementer frigida. ad idem sotira Nico. & esdra descriptione eius cum modico sapæ iniecta. & in summa mitigantia dolorem oculorû sunt & in hoc casu ualentia. Aui.

CYRA. In facto ex ingressu rei frigidæ fiant uaporationes siccæ dictæ, item inunctiones calide dictæ, emplastra, & iniectioes: omnia enim, quæ dicta sunt in causa frigida, & leuiora præcipuè in hoc casu sunt maximè conferentia. & consimiliter dicendum de his, quæ descripta sunt de sonitu, & sibilo.

CYRA. In facto ex apostemate calido ante explicationem canonum notetur, quod cura apostematis auris differt à cura aliorum apostematum communiter in duobus. primò quò ad repercussiuâ: secundo quò ad maturatiua.

Quò ad repercussiuâ; primò quæ applicantur, debet esse mitigatiua, & non directè repercussiuâ; quia timetur læsio substantiæ cerebri, ne fiat inde phrenesis, aut lethargia, aut, si materia ad pulmonem descenderet, generet phthisis. hic tamen est aduertendum, quod in fortissimo dolore, ubi timeamus de casu uirtutis, & de occurso in syncopim, aut in permixtionem rationis, & mortem, non solum repercussiuâ, sed etiam narcotica in principio sunt applicanda; ut Mesue de apostemate, & bothor in aure. in secundo differt quò ad maturatiua; quoniâ purè maturatiua calida, & humida non debent apponi in apostemate auris, quemadmodum & in aliis ponunt, ut docet Auer. 5. coll. capitulo de maturatiuis apostematû. & est hic nõ Gal. sententia quinto de ingenio sanitatis. vi. cap. ubi reprehendit medicum ad regem, siue imperatorem uocatû pro dolore auris ex apostemate, qui maturatiuis calidis, & humidis tantum utebatur, non considerans membri complexionem, quæ est sicca. quare & pro membri cõseruatione iussit Gal. superuocatus apponi cû his sicca complexionem auris confortantia, ut dicitur in descriptione emplastri.

Dietæ igitur debet ad frigidum declinare plus, & minus secundum intensiorem, & remissionem causæ.

Euacuatio materiæ. in principio fiat phlebotomia cum multa sanguinis extractione, si est possibile, & præcipuè in sanguineo. quod, si non potest fieri in unica uice propter debilitatem uirtutis, aut ratione alterius rei; reiteretur: nã cum tale apostema sit perniciosum, ut declaratum est ex sententia Aui. in princ. rubricæ; debemus, ut possibile est aduertere, ne magnificetur. fiat autem phlebotomia ex cephalica primò ex parte contraria, ut sibi uidebitur, deinde

ex parte eadem iuxta canones de phlebotomia in soda, ut supra. item competit ventosatio, fiatque deinde euacuatio per lenitiua, & reiteretur non dando fortia timendo agitationem, & inflammationem materiae.

Digestio. nam, si uidebitur; confert in tempore medio exhibitio digestiuorum, ut patet. item competunt diuersiones faciles, ut patet.

Administratio localium ad intra primò iuxta ea, quae notata sunt in principio; competunt frigida non directè re-percussua; cuiusmodi est lac muliebre. unde vsque ad tres dies, qui aestimantur principium, fiat iniectio eius uice post vicem. aliud. ℞. olei ros. vnc. ij. aceti. ℥. iij. bulliant vsq; ad consumptionem aceti, & administretur, ut lac. unde Mesue hic dicit usque ad duos, vel tres dies. & tu considera. ad idem Halyabbas concedit in principio collyria alba dicta supra de ophthalmia cum lacte dissoluta. quòd, si timeamus casum virtutis, ut dictum est; tunc administretur oleum de mandragora, quod Mesue nominat de iabroth cum lacte nouiter mulso. & subdit. Si excusari aliter non potes cum modico camphoræ, aut opij. in augmento uerò, scilicet, in quarto die usque ad sextum administrantur, quae sunt compositarum virtutum uincetibus frigidis. unde confert mucillago seminis citoniorum, cum mucillagine foenugraeci, aut seminis lini, aut aliquando ros. cum oleo amygdalarum amar. item conferunt hoc casu uaporationes factae ex flore chamemillæ, meliloti, ros. & huiusmodi cum emboto. & multa talia potest sibi fabricare operator. in statu autem competunt, quae sunt compositarum uirtutum, & aequalium; ut. Recip. florum chamemillæ, meliloti. an. M. i. rosa. M. i. s. foliorum althææ. M. s. uel addas ex seminibus foenugraeci, lini proportionando, & fiant euaporationes, ut supra. & consimiliter ad intra ponatur mucillago seminis citoniorum, cum mucillagine seminis lini. item oleum sisami est in hoc casu convenientissimum. unde. ℞. olei rosati, sisami. ana. & cum similibus potest fieri iniectio, ut patet. item conferunt oleum sisami cum adipe gallinae; ut apostema citius ad maturationem perueniat, Rafis. in declinatione uerò laudatur basilicon dissolutum in oleo rosa. aut iniectio adipis, uulpis tepida. & iuxta praemissa ponentur in hoc casu ab auctoribus laudata. Recipe farina uolatilis molendini. ℥. iij. granatorum pini, mucillaginis foenugraeci, seminis lini. ana. ℥. ij. thuris, litargirij, cerussæ. ana. unc. i. aceti al. unc. iij. conficiantur cum uino sisamino. item Mes. ℞. farinam fabarum, chamemillam, succum violarum, farinam hordei, melilotum, althæam, decoque cum aqua, & oleo chamemillæ, & rob. & utere: ista enim sunt resolutiua, & maturatiua ualentia in statu. cum autem dolor aliquantulum cessauit; confert hoc emplastrum. Recipe radicem maluauisci. M. ij. decoquantur, pistentur, & cum farina foenugraeci, & seminis lini, butyro, semine anethi, flore chamemillæ, fiat emplastrum. vel sic. Recipe mucillaginis foenugraeci, maluauisci, & seminis lini. ana. unc. iij. incorporentur cum coepe lilij cocto sub prunis, seminis anethi, un. i. florum chamemillæ. M. ij. butyri loti. unc. vi. fiant emplastrum actu calidum, & nò multum superponatur.

CURA in facto ex apostemate frigido, primò ordinatur diæta proportionalis, ut supra: secundò fiat euacuatio, & primò, si uirtus, & cætera consentiunt per phlebotomiam, ut supra de causa frigida dictum est. & reiteretur euacuatio, ut ibi, & digestio administratur, & diuersio, ut ibi.

Localia uerò ad intra, ut in principio, approximentur aequidina; ut oleum chamemillinum, sisami, ros. factum ex oliuis maturis, ut cõter sit, mucillago seminis lini, althææ.

Item ualet oleum omphacinum, in quo bullierunt scarabei. & est scarabeus animal, quod per terram incedit colligendo stercus. item idem oleum, in quo bulliti sunt vermes terrestres in augmento ista, vel consimilia cum resolutiuis; ut oleum rosa. cum adipe anatis, vel sisami cum oleo anethino. in statu miscenda sunt aequaliter. in declinatione uerò sola sufficiunt resolutiua, pro quibus omnibus recurrere ad ea, quae dicta sunt ex causa calida, & frigida.

CURA cum apostema ipsum ad suppurationem, siue sanationem peruenierit, & fuerit locus ortus eius manifestus,

quia apostema fuerit extra ita, quod sensus eum percipiant; tunc tales seruentur canones; absterfio, siue mundificatio, & consolidatio.

Mundificatio uerò, & absterfio fiant cum melle ros. consolidatio uerò cum puluere dragaganti usti. ista citò transeo; cum ad chirurgicum pertineant. & quoniam, quae dicuntur de intrinseco, de extrinseco etiam ualent. de mundificatiuis, consolidatiuis habes supra tract. quarto. & tu ibi.

CURA. si apostema fuerit ruptum ad intra ita, quod non uidetur locus ortus saniei; tunc, si uidetur materia ipsa facilius per nares, & os trahibilis; quia sit multum ad intra; tunc utere sternutatoriis, gargarismatibus. & hoc uoluit, ut existimo Auic. de cura saniei, & puris quarta tertij, dum dixit. Et inclina materiam ad nasum, & os cum sternutationibus, & gargarismis. tu tamen sis memor dicti Auic. primae quarti de cura putridarum. Medicus debet esse adiutor naturae non impediens eam. si natura inceperit euacuare per aures; tu illam sequere, iuxta illud Senis. xxi. Aphor. i. sectionis. Quae ducere oportet, quo maximè natura uergit, per loca conferentia, eo ducere. ea itaque per aures egrediente seruentur canones dicti; mundificatio, siue absterfio, & consolidatio.

PRIMVS completur cum his, quae sunt mediocris absterfionis, & praecipue si recens fuerit; quoniam in antiqua sanie oportet fortioribus uti, ut dicitur; & sunt aqua mellis propriae, uinum cum melle, aut acetum cum melle, aut oxymel simplex, aut scilliticum, & fiat iniectio eorum per syringam leuiter, deinde fiat absterfio, & mundificatio cum bombice, aut lana subtili, aut peria.

Secundus perficitur cum his, quae sunt mediocris exiccationis, & consolidationis absque uehementi mordicatione; ut sunt olibanum solutum cum uino, aut olibanum, sarcocolla dissoluta in uino, & modico mellis, & est expertum. ite myrrha, aloe in uino dissoluta. & sandaraca etiam hic est mirabilis cum uino, & melle, & cum lycinio consolidat, & dolorem tollit. item lycinium cum sief memite. item compone myrrham, aloe, sarcocollam, & sandaracam cum melle, & uino.

CURA in antiqua, & chronica. tres seruentur canones: primus absterfio, & mundificatio cum his, quae sunt praeditis uigorosiora: secundus est restauratio eius, quod perditum est per putrefactionem: tertius est consolidatio, & exiccatio cum rebus consolidatiuis, in quibus est permixtio aliquorum humiditatem habentium.

Primus completur primò in eo genere cum minus fortibus gradatim procedendo ad fortiora. exemplum primorum; ut est urina pueri cum melle, absinthium cum uino, & melle, & modico sal gemmae, oxymel scilliticum cum modico floris aris, & fortius est alchitran cum melle, uinum, decoctio serpentariae cum melle. & fortiora sunt fel tauri cum urina pueri, & hoc apud uehementiam putrefactionis, & foetoris. item unguentum aegyptiacum Mesue, distinctione secunda, dissolutum cum uino, & instillatum, & est mirabile. item unguentum de flore aris, siue uiride, & est efficax. item. Recipe mellis despumati. ℥. iij. aceti boni. ℥. iij. ziniar. ℥. i. confice igne leui usque ad acetum consumptionem, & est absterfium sublime in omnibus talibus, ubicumque fuerit ulcus.

Secundus perficitur cum rebus mediocris exiccationis absque mordicatione, & ista numerata sunt in canone secundo immediatè praecedenti.

Tertius adimpleatur cum his; ut est myrrha, aloes, thus, & talia, de quibus dictum est in secundo canone, quibus addatur colcothar, flos aris, & similia, ut. ℞. sarcocollae, sanguinis dra. olibani, spumae maris, myrrhae, baurach, boli arm. scoriam ferri, floris aris, aloes, colcothar. an. partes aequales. terantur, & ex media parte earum fiat sief. & cum uti uolueris; distilla in aurem cum aqua mellis: ex alia medietate uerò liniatur lycinium inuolutum in melle, & imponatur in aure prius mundificata, & lota cum aqua, & aceto, & est expertum. quòd, si cupis facilius medicamen: potes ex his componere, ut patet. ad idem ualet medicamen Raf. nono Almanso. de ulcere auris. quidam laudant multum emplastra exterius, & praecipue hoc. ℞. galbani. unc. ij. armoniaci, terebenthinae, ceræ, ana. ℥. s. gummi pini. ℥. ij. succi

fucci coepe. 3. ii. s. myrrhæ, castorei. ana. 3. i. puluerizentur, & cū oleo laurino malaxando. nota tamen, q̄, ut dictū est, semper debent reiterari purgationes, nec ipsas derelinquere debes usque ad finem curæ. item aduertendum, q̄ oportet moderari ista secundum materiā peccantem: nā, ubi materia esset calida; oportet cum absteruis alteratis cum frigidis procedere. & cōsimiliter dicendū de consolidatiuis. unde, ut dictū est, bolus. ar. sanguis dra. scoria ferri, & hmōi sunt in cā optima, sief memithe, nuclei, myroalani, gallæ adustæ, unguentū de cerussa, oleū ros. & hmōi. ita q̄ ista cū calidis miscēda sunt iuxta intēsionē, & remissionē caliditatis materiæ. itē. R. scoriā ferri, siue squamā septies extinctā in aceto fortissimo semper innouādo acetū: deinde bulliat in aceto, & oleo ros. & coletur, & una gutta auribus instillet. itē aduertendū, q̄ in expellēdo materiā in aure contētā est singulare, & efficax remediū inducere sternutationē; & cum peruenerit ad actū: claudatur auris, & ut est possibile stringantur nares; ut omnis impetus perueniat ad aures.

CYRA. si apostema fuerit in parte extrinseca; quia in cartilaginibus auris; tunc nō est magni timoris. & medicetur cum his canonibus, qui dicti sunt de apostemate.

CYRA. si apostema fuerit factum circa radicē auris; tunc est timorosum: nā, si uenerit cū signis digestionis & in die critica; tunc possibile est, ut sit ad bonū: si uerò aliter euenerit; est periculosum, & mortale frequēter. & tale quandoq; est sanguineum, quandoq; est cholericum, quandoq; phlegmaticum, quandoque melancholicum.

Euacuatio in sanguineo, aut ex alio humore sanguini cōmixto iuxta doctrinam sæpe positam consentiente ætate, & uirtute competit in principio phlebotomia dico, & diuersua, & euacuatiua. patet canon ex dictis. in cholericum uerò in principio; quia tale apostema suspectum est, existimo cōpetere phlebotomiam diuersuā. patet etiā ex datis suprā: & magis declarabitur hæc materia infrā de se. pestilentiali. in phlegmatico uerò, & melancholico nō ita uideēt directē cōpetere; qm̄ tunc non est tantus timor. & hæc omnia existimo uoluisse Auic. quarta tertii de cura apostematum, quæ accidunt in radice auris, dum inquit. & oportet, ut minores materiā cum minutione, si ipsa fuerit necessaria. nota tamē, ista debēt moderari iuxta canones positos suprā de soda sanguinea, ubi esset in toto repletio. item debet fieri euacuatio cum solutiuis, lenitiuis, & aliis iuxta determinata in duobus de se. pestilentiali; sed securiora sunt solutiua benedicta; ut est cassia, thamarindi, rhabarbarum.

Digestiua sint iuxta materiā peccantem, ut suprā quarto tractatu.

De ordinatione diætę nihil dictum est; cum ex explicatis suprā uideatur regimen tale satis apertum intelligenti.

In applicatione uerò medicaminū ad locū oportet hic memorare canonem suprā positum; ut in principio purē re percussiuua non apponant propter membrū principale; sed re percussiuua, & doloris mitigatiua, ut frigida leuia; cuiusmodi est malua, uiola, cū foliis althææ, & aliquibus aliis calidis, ut cū modico rutæ, & sifibus, flore chamæmillæ, semine lini, & hmōi, quæ faciūt ad attractionē. propter quod notandum, q̄ ppter membrū principale in principio directiuis uident cōpetere calida attractiua; sed quia timemus, ne sequat inflammatio maior, ut duplicatio feb. more Auic. in hoc capitulo; hinc ipsa sic moderamus cum frigidis studente mitigationis doloris, ut nobis possibile est: quoniā dolor ita propinquus principaliter multum prosternit uirtutē, & inflammationem inducit in acuendo spiritus, & prohibendo; ne cor debite à frigiditate cerebri euētetur. item est notandum, q̄ si in principio uiderimus, non fieret conueniēs expulsio materiæ ad locum emūctorii; q̄ tunc debemus uti attractiuis potētioribus usque ad positionem uentosarum; quod; si uidemus materiā conuenienter colligi, & adunari, tunc debemus ab illis attractiuis calidis supersedere; ne ex eis fiat inflammatio maior, & febris duplicatio. unde in principio competit emplastrū factum ex maluis, foliis althææ, flore chamæmillæ, meliloto, cum farina seminis lini, aut tritici, aut foenugræci, adipe gallinæ, oleo uiol. chamæmillæ, & huiusmodi, ita q̄ totum ad calidum, & humidum declinet: maximē in calido, & frigido melancholico, & plus in

A melancholico. in phlegmatico uerò ad calidum, & siccum, in quo ponatur adeps anatis, ficus sicca, & huiusmodi. deinde procedatur; si speratur eius sanatio, siue suppuratio, cū radice althææ, coepæ, liliorum, & aliis putrefactiuis, de quibus in quarto tractatu. quod, si apostema fuerit antiquatum, siue durum factum; superponatur adeps porci cū melle, & cinere ostracarum; item ficus sicca, ammoniacum solum, aut cum alio, pix, bdellium, sordes alueorum, storax liquida, medulla cerui, item uiscus, grana lauri, gummi arabi piper, radices serpentariæ, galbanum, coriandrum, cordumeni, pirethrum, stercus ouium, caprinum, adipos porci, capræ, hirci, cerebella gallinarum, uaccarum, oleum ros. chamæmillinum. ad id, quod est frigidioris materiæ oleum de lilio, anethinum, de cherua, emplastrū de rasina. ex quibus, ut proposito uidebitur competere, componat diligens examinador. & si non rumpitur per se, & eius apertionem queris; fac illud cum calce uiua, & sapone molli. aliquando applicantur sanguisugæ.

CYRA. si contingat à casu, & percussione; in principio fiat phlebotomia in parte contraria, uel uentosatio in spatulis, & ponatur bolus arm. puluis mirtillorum cum oleo ros. & huiusmodi usque ad tres dies. procedatq; deinde iuxta ea, quæ dicta sunt abstinendo à uino, & à cibis multum resumentibus usque ad terminum dictum.

CYRA in facto cum pruritu, quia signum est, quod materia est calida, ut salsa; procedatur cum canonibus ad hoc ex parte diætæ, & ceterorum applicando ad intrā, & ad extrā, quæ caliditatem &c. ut uerbi gratia cum frigidis, & humidis. & de his exempla colligi possunt expressè ex dictis.

CYRA. in cæteris, de quibus dictum est, quod aliquis est fortis, aliquis mediocris, oportet medicum occurrere cum fortibus, & mediocribus medicamentis, ut causa morbi, uel accidentis expostulat citius euacuando, applicando, ut patet intuenti.

De his, quæ aures ingrediuntur ab extra, & in eis oppilationem faciunt. Rubrica. 6.

QVANDO QVÆ ingreditur aer, siue uentus frigidus, de quo in præcedenti rubrica: quandoque aqua, quandoq; aliquod grossum solidum; ut est cicer, faba, lapillus, aut chirat ut mihi contigit tempore meæ pueritiæ, & huiusmodi. quæ doque ingreditur animal aliquod. item quandoque in eo generatur; ut uermis. oppilationem autem in eis faciūt fordes in ipsa aure paulatinè aggregatæ. quandoque humor uiscosus oppilans foramen, aut meatum nerui. quandoque generatur in eo caro, siue uerruca: quandoque aliquid in modum panniculi cooperientis foramen. ante omnia notetur uerbum Rasis nono Almanf. capitulo de his, quæ cadunt in aurem extrinsecus, ubi inquit in fine. neq; hoc pro paruo est habendum, & præcipuè si res habens malam qualitatem ingressa fuerit; sequeretur enim ex ea grauis dolor.

SIGNA demonstratiua. si fuerit uermis, aut animal aliud signa dicta sunt in præcedente rubrica.

Signa si fuerit lapis, cicer, aut aliquod tale; scitur narratione infirmi, ut suprā. & ut dictum est in præcedenti rubrica, ducatur pro similibus patiens ad radium solis; ut medicus aspiciat.

PROGNOSTICA. nam, si non extrahuntur talia, ut cicer, lapis, & huiusmodi; perducunt infirmum ad surditatem, & grauem dolorem, ut dictum est.

CYRA. Canones sæpe replicati hic etiam seruentur, ut opus erit iuxta ea, quæ dicta sunt, ex parte diætæ, euacuatiuum, diuersionum; nunquā enim uniuersalia obliuiscantur.

Ad particulares canones accedo iuxta causas positas.

CYRA, si aqua ingressa fuerit, & ex negligentia non fuerit extracta, ut contingit in his, qui se balneant; nam sæpe ipsa sic dimissa apostema facit, & dolorem uehementem, ut Auic. tunc, si fuerit in pauca quantitate, sufficit infusio frequens lactium tepidorum cum sternutatione, & tussi: item cum saltu super pedem illius partis plicando caput: itē euaporatio sicca cum rebus calidis, de quibus in præcedenti rubrica. si uerò fuerit in quantitate notabili; tunc fiant sternutationes ore clauso, & naribus, ut in præcedenti rubrica. item tussiat fortiter, saltet, ut dictum est: deinde extrahatur aqua sic commota cum scelizatorio; est enim instrumentum,

quo pueri aquam trahunt, & ad longinqua expellunt. uel ponatur cannula in aure, & aliqua uilis persona, uel amica trahat cum flatu per aliam extremitatem cannæ aquam ad se. & nota, quod oportet aurē benè obturare; ut uia uacui egrediatur. item fiat succio, & mundificatio cum bombice posito in extremitate ligni, uel iunci. item potest poni canna ferrea in aure, & per medium eius ponatur stilus ignitus. item fiat fumus factus ex ruta, anetho, cimino, calamento, & huiusmodi calidis, ut supra. item potest igni ri lamina ferrea, & super illa ad conuenientem distantiam declinare aurem. quod, si dolor multum graualet; fiat euaporatio ex corticibus papaueris, meliloto, chamæmilla, uiola, malua, semine lini, & ex his emplastrum cum farina hordei, & lacte.

C V R A. si cicer cadat, uel huiusmodi; tunc diligenter consideret operator aspiciendo aurem in loco, ubi radius solis per eam penetrat, si potest rem ipsam cum instrumento extrahere; & tunc sufficiat: si nō; dimittatur. multos uidi qui cum instrumento sine aduertentia operati sunt, & rem magis intrā infixerunt. tunc autem sic operetur. imponatur tres, uel quatuor guttæ olei chamæmillini, uel anethini tepidi hora, qua patiens uadit dormitum, uel saltem teneat tribus, uel quatuor horis, quibus dormiat super aurē læsam; deinde mane facto faciat sternutatione plures, tussiat, saltet, ut supra, & semper declinet ad latus auris: deinde percutiatur alapa, aut pugillo pars non læsa. quod, si res egrediatur in nomine Iesu: si non; ponatur patiens in balneo, & cum modicum steterit; inclinetur super aurem, & inducantur sternutationes ore clauso. quod, si ista non contulerint; tunc applicetur sclizatorium, ut supra, aut uentosa magna super aurem: & est commune remedium in his omnibus casibus. item liniatur stilus in eius extremitate cum pice Hispaniæ & sit aliquantulum calida, & suauiter intromittatur, quousque attingat rem, & sic retineatur, donec creditur, quod sit frigefacta; nam ipsa secum trahet rem nūtu dei: aut idem fiat cum uisco. quod, si res istis modis non egrediatur; tunc festinandum est ad incisionem; antequam superueniat apostema, aut spasmus. pro his recurre ad Albucasim de chirurgia se intromittentem.

C V R A. si animal canon est, ut quam citius fieri potest introducatur, quod faciat eum exire. quod, si non citò exit; intromittatur, quod faciat eum mori; ne suo motu perambulando plus noceat. primum perficitur cum capillo, aut filo serico intromisso: nam forte sic pulex, aut animal adhærebit, & egrediatur. quod, si non; comple secundum cum intromissione succi absinthii, aloes, succi calamenti, aqua, quæ descendit ex carne uaccina affata, & est ex uehementer commendatis succi cucumeris asinini. similiter sulphur, aristolochia long. succus persici, prassii, ellebori: item fella omnia, & proprie quādo calefit in pulpa granati quo mortuo fiant sternutationes, saltus, & cætera dicta supra.

C V R A. Si vermes fuerint, tres seruentur canones: primus ingeniatio extrahendi eos uiuos: secundus interfectio eorum: tertius ingeniatio extrahendi, dum sunt mortui.

Primus completur cum applicatione rerum dulcium ad quem debent subito applicari: uerbi gratia, scindatur pomum dulce bene maturum per medium, & zuccharo dulcoratur, auriq; applicetur, & dormiat super aurem patiens, si potest, uel saltem stet pluribus horis: fortassis deo uolente egrediatur. aliud ad idem expertum. R. zuchari drac. ii. mel. iii. olei ros. 3. i. misceantur cū albumine duorum ouorum, & fiant tepida, & ponantur in aurem cum lana infusa in eis, ex qua impleatur auris, & accubet super eam patiens & sic stet non multum, deinde subito remoueat: nam sic multoties uermis egreditur.

Secundus perficiatur cum his, quæ dicta sunt paulo ante complementum secundi cum succo absinthii, & cæterorum sequentium. sed fortius his est calamētum: necat enim uermes, & dolorem sedat, & proprie suc. eius Mesue. et oleandro inest proprietates mirabiles, unde Gal. ut allegat Mesue. si cætera non conferunt sulphur uiuum, & calx uiua terantur, & cum melle fiant trochisci, & cum aceto in aurem distillentur.

Tertius adimpleatur cum impositione olei hora post ho-

E ram, & cæteris dictis in extrahendo chirat lapillum. R. ut que ad applicationē uentosa. quod, si contingat uermē mori, & putrefieri in aure; tunc imponatur una uice post aliā ex oleo, & uino tepidis, & mundificetur deinde auris cum bombice, aut lana, donec totum corruptum extrahatur. cōfectio hamech conferens uermibus, & dolori ex his. R. olei de persicis, & de chrysomillis, & olei de amygdalis amaris ana. par. i. suc. foliorum radice, succi apii. ana. par. ii. bulliant lento igne usque ad consumptionem succorum, & distilla ex eo in aure mane, & sero.

C V R A. si oppilatio fuerit ex sorde aggregata; distilletur in ea ex oleo amygdalarū amararū nocte, quādo uadit dormitum. item ingrediatur balneum aquæ calidæ, aut ponatur aurem super terram calidam; ut fordes liquefiat, & egrediatur. item ponantur in aure lycinia intincta in melle cū felle caprino, oleo, & modico prassii cōtriti, & dimittatur pluribus diebus, ut duobus, uel tribus. deinde cū instrumento auriculari mundificetur. aliud, & est optimum. accipe baurach, & misce cum ficibus, à quibus extracta sunt grana illa parua, & ponatur in aurem & dimittatur usque ad tertium diem. & tunc extrahatur; associabitur enim tūc fordes multa manifeste, & alleuiabitur.

C V R A. si contingerit ex humore uisoso præcedentibus canonibus uniuersalibus ex parte dietæ digestionis euacuationum; auri imponantur calefactiua resolutiua, incisuiua. & ex habentibus uirtutem mirabilem in hoc sunt trochisci, quorum descriptio colligitur ab Auic. de cura oppilationis accidetibus in aure. R. ellebori al. aureos. ii. nitri aure. xvi. croci aure. iii. cōterantur, & fiant trochisci cum aceto. & cum uti uolueris; dissoluantur in aceto. & leuiora facere potes ex datis, ut patet.

C V R A. si fuerit oppilatio, caro uerrucosa & tunc si panniculus & caro fuerit ad extra ita, ut cum uncino capi possit; tunc cum spatamine, aut alio instrumento incidatur, & remoueat. deinde applicetur immediatè cauterium actuale, deinde sedato calore procedatur cum corrosiuis prohibentibus generationem carnis; ut est unguentum uiride. q. si fuerit ad intra, tunc cura est difficilis, ut Auic. & oportet tunc, ut chirurgico relinquantur. pro quo uide Albucasim hoc ca. & caueatur læsio neruorum.

De sanguine egrediente per aures. Rub. 7.

SANGVINIS ab aure egressio est aut à causis primitiuis, ut sunt casus, & percussio: quandoque ab accidentibus, ut quantitate sanguinis multa, propter quod uena scinditur: aut acuitate sui non scinditur; sed per poros eius subtilitate egreditur: aut quia criticè natura eum expellit.

SIGNA demonstratiua. si ex causis primitiuis; scitur narratione infirmi: si ex antecedente; scitur per cōprehensionē signorum ipsius sanguinis, & aliorum, quæ super multitudinem sanguinis signant, de quibus in de dolore auris. si ex uenæ apertione; paulatim exit, & sine dolore.

Si ex ruptura; tunc subito exit, & cum dolore: si ex corrosione; cum dolore maximo, & non subito.

Critica signa habeo ex annotatione dierum criticorum. item quia sanguis subito, & sine dolore egreditur, & non præcessit casus, aut percussio, aut aliquod tale.

P R O G N O S T I C A. Quandoque perducit ad debilitatē magnam, & usque ad syncopim.

C V R A. Canones, criticus non retineatur, nisi superfluat.

C V R A. In factō à multitudine sanguinis perducente ad scissionem uenæ eius. canones. ultra dietæ ordinationem phlebotomia fiat diuersua. secundus mundificetur auris à sanguine iam fluxo; ne ibi fiat apostema, aut sanies. tertius administratio constringentium ipsum.

Dietæ ordinetur, ut exigit materia; nam, si fuerit acutus subtilis ex admixtione cholera; declinet regimen ad frigidum, & humidum.

Euacuatio fiat cum appropriatis. phlebotometur ex parte contraria. extrahatur ad discretionem medici, uel ponantur uentosa super spatulas.

Mundificatio fiat cum succo porri, & uino albo, aut melle intincto in eis radio.

Constrictio uerò fiat cum succo plantaginis, bursæ pastoris.

storis. aut. R. acaciæ perfidiæ, balauftiæ, gallarum, sumach, masticis, thuris ana. 3. i. puluerizentur, & bulliant in aceto, coletur, & una gutta infundatur. quòd, si fluxerit humiditas, seu aquositas; instilletur uinum bullitum in oleo scorpionum.

CYRA. si fuerit propter casum, siue propter percussio- nem; fiat phlebotomia, si uirtus, & cætera consentiunt, ut dictum est. deinde stringatur sanguis compositis hic, & supra, quarto tracta. de constrictiuis. & tu ibi. quòd, si dolor erit; tunc. R. micam panis recentis, & intingatur in succo absinthii, & uino calido, & superponatur, Auic. hoc laudat ubi stringi aliter non possit cauterium. sed istud dominis chirurgicis relinquo. sed ex maximè commendatis ab eo primum est coagulum leporis cum aceto infusum, dicit qd est mirabile, item succus porri cum aceto, itè ex expertis. R. renes tauri, & aliquid adipis saluti. hæc assentur, & quæ in aurem fundantur.

D V B I A.

D V B I T A T V R utrùm in omni dolore auris ex chole- ra non admixta sanguini competat phlebotomia. quòd non ex canone generali, quarta primi de phlebotomia. Caue, ne ægrum. pro isto uideatur Mesue, ubi de dolore auris de- terminans ex causa sanguinea dicit. fiat phlebotomia, ubi de eo, & causa cholericæ nihil. oppositum est dictum supra. pro isto dicendum, quòd canon generalis loquitur directe de euacuatua, & hanc uidetur tacere Mesue, & plures alii sed diuersua debet fieri propter causam tactam de cura do- loris eius.

V T R V M repercussua competant in passionibus auriũ quòd non; quia fit repulsio ad principale. item quarta tertii de cura saniei. & melius est, ut non repercutiatur: ergo. in oppositum est Auic. quarta tertii de cura apostematum au- ris, & de cura ulcerum saniei, ubi dicit administrare aquã rosa. oleum rosa. sunt enim & hæc repercussua. dicendum, quòd repercussua competunt in casu non ratione loci; sed ratione accidentis, scilicet doloris, & ideò subiungebat A- uicen. dum non superfluerit, quoniam ratione accidentis benè habent competere; quia tunc maius est iuuamentum. aliter, quòd illa non sunt repercussua in aure, sicut in aliis membris mollibus. notandum, quòd in administratione for- tium medicaminum debemus esse curiosi, & attentis ne de- struatur organum auditus; quia faciliter corrumpetur. quando est dictum, quòd auris est membrum anfractuofum est intelligendum, quòd anfractuofitas illa facit ad percep- tionem cuiuslibet uocis: nam fit repercussio aeris intrantis ad diuersas partes concauas eius, ubi fit resonãtia; unde aer satis debilitè motus percipitur, qui non perciperetur, nisi esset illa carnositas; imo aliter rectè aer, & liberè ingrede- retur sicque parui soni non comprehenderetur, similiterq; nec uocum diuersitas. notandum, quòd Auic. prima primi de anatomia neruorum cerebri ponit neruos auditui de- seruientes oriri à parte posteriori, & iam dictum est cõtra- rium supra in principio tract. sexti. propterea exponendus est textus Auic. à parte posteriori primi uentriculi. & sic tu benè considera.

D V B I V M erat, quomodo materia faciens surditatem poterat transire ad intestina. ad quod respondit Thadeus super Aphorism. xxviii. quòd natura pellit materiam surdi- tatis ad uenas colli, & de illis ad uenam magnam; quia ad uenam chilis circa dorsum existentem, deinde mittitur ad hepar, & de hepate ad meseraicas, & ab ipsis ad intestina, ad quæ meseraicæ trahuntur, & sic ultimò ad cõcauitatem intestinorum.

A P H O R I S M I.**De dispositionibus Aurium.****Ex. iiii. Sect. xxviii. Aphor.**

Quibus biliosa deiectiones, superueniente surditate ces- sant: & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat.

xlix. Aphor.

In febre non intermittente, si labrum, uel oculus, uel na- sus, uel supercilium peruertatur, uel nõ uideat, uel non au-

A diat, iam debili existente corpore, quicquid horum euene- rit; mors proxima.

Ix. Aphor.

Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex nari- bus fluens, & aluus turbata, soluit morbum.

ARGUMENTVM IN CAP. V.

Habemus in hoc cap. nasi dispositiones undecim; eæ sunt diminutio, corruptio, & ablatio odoratus, flu- xus sanguinis, prouocantiaq; catarrhus, scator na- rium, ulcus, apostema, oppilatio in chaisim, polypus, & hæmorrhoids, & cancer, sternutatio, & pruritus. cor- rumpitur profectò odoratus, diminuitur, & aufertur à na- tiuitate, ab accidente, à mala complexionè sola, aut cū hu- more, aut ab oppilatione, aut solutione continuitatis facta percussione, aut casu. fluxus sanguinis. causa ut pluri- mum est dispositio humoris, aut membri, in notabili quantitate fluit semper ferè à uenis. quæ prouocant sangui- nem, de his infra dicitur. catarrhus uerò est fluxus humo- ris à capite ad membra inferiora: sed si ad pectus fluit; dicitur rhuma: si ad fauces; brachus: si ad nares; corryza. uerò scatorem narium gignit ut plurimum mala complexionum materia existens circa colatorium, & partes uicinas. sed ulcus est pustula sordida extra, uel intra ipsum existens, cau- sa cuius secundum plurimum est materia adusta, aut subti- lis cholericæ cum crusta subtili, & sicca satis acuta, aut phlegma salsum cum crusta crassa, & humida. chaisim qui- dem est pars superior nasi. polypus uerò est quædam cre- scentia carnis media inter duritiem, & mollitiem ut pluri- mum circa stricturam nasi: cuius causa est humiditas à ca- pite descendens mixta ex phlegmate, & melancholia. hæ- morrhoids est crescentia carnis mollis alba, uel rubea, uel fis- sca similis uua in foraminibus nasi pendens: cuius causa fe- rè semper est materia phlegmatica, aut phlegma sangui- ni, uel melancholiæ commixtum. cancer uerò est crescentia carnis dura, & fixa magis grano tritici similis circa carti- lagines nasi orta: id fit à melancholia adusta, & indurata currens per uenas ex cerebro ad nasum. sternutatio quidè est motus proprius cerebri ad expellendum humorem cum auxilio aeris attracti subito: sed pruritus ut plurimum fit ob materia acutam, catarrhosam descendentem, cuius re- media uide, ubi de catarrho dictum est.

De dispositionibus Nasi.

De anatomia nasi complexionè ac descriptione eius & de iuuantibus & nocentibus ei. Rub. 1.

Nasus est membrum concuum ex duobus ossibus, & tribus cartilaginibus compositum in anteriori parte faciei positum; ut odorati seruiat primò à na- tura finaliter creatum. dicitur concuum; nam habet duo foramina, per quæ ascendit odor terminata usque ad cola- torium positum sub duobus cornibus similibus duobus ca- pitibus mamillaribus, quæ appellantur communiter capita mamillaria, quæ sunt instrumentum immediatum odoratus sicut crystallina uisus, & sunt inuoluta pia matre. & per co- latorium intellige foramen, quod est in palato superiori. habet duo ossa multum porosa, nam per porositate eorũ trãsit odor ad locum odoratus, & ex cartilaginibus media diuidit alias duas laterales ita, ut sit causa distinctionis fo- ramini dextri eius à sinistro. & dicitur, ut odorati primò: nam & ipse nasus deseruit etiam ipsi cerebro; ut aer attra- ctus per ipsum conseruet calorem innatum in ipso; ut dicit Auicen. sed tu dices contra. cerebrum est frigidum, ut in principio tractatus sexti: ergo non indiget attractatione aeris. dicendum, quòd euacuatio, & attractio aeris est ne-

essaria pro refrigeratione spiritus contenti in uentriculis cerebri; & ideo dixit Auic. ut conseruet calorem innatum in ipso, & non dixit ipsius. deseruit etiam pulmone; nā per nares ingreditur aer incedens ad pulmonem, & in duabus quidem extremitatibus nasi sunt duo transitus ad duos lachrymales. & propter hoc gustatur sapor alcohol in lingua Auic. ex quibus patet, quid sit nasus, eius anatomia, & complexio: nam dicendus est frigidus, & sic complexionis.

Conferentia naso in diuersis dispositionibus sunt hæc; anisum, arthanita, acetum, agaricus, apium, abrotanum, blitis, bacca lauri, cucumer asininus, condisi, castorei, cyperi, hedera, elleborus, fel omne specialiter testudinis, lactuca, lac, marrubium, metha, nigella, & est propria, ozymum garyophyllatum, oleum benedictum Nico. odor calamenti, fanfuci, rutæ, oleum irinum, papauer syluestris, & flores, pithetrum, petroselinū, scilla, stœcados, synapis, fanfucus, urtica, ireos, iris, ziniar, & ista cum aliis numerabuntur suis locis. & quoniam odoratio est operatio ab ipso principali ter proueniens, ut dictum est; hinc de ipso prosequendum, ut in cæteris operationibus membrorum, de quibus supra contingit. itaque enim odorando nasum tripliciter lædi contingit; diminutè scilicet, corruptè, & ablatè. diminutè, ut cū percipit odorabile sensu debili: corruptè, ut cum percipit odorabile odore, qui nō inuenit, aut cū bonos odores malos iudicat aut ecōtrā. ablatè uerò, cū ex toto aufertur odoratio nihil ex odorabilibus percipiens. & de his simul procedetur quantum ad curam, cum ex eisdem causis proueniant, licet aliquo modo differant secundum intensum, & remissum. & tu hæc benè considera.

De diminutione, corruptione, & ablatione odoratus. Rub. 2.

Vnde corrumpitur odoratus, diminuitur, & aufertur, ut in reliquis dictum est: & sunt, qui odores bonos malos iudicant.

Causa eorum quandoque est à natiuitate, quandoque ex accidente: & hæc quandoque est mala complexio sola, aut cum humore, aut oppilatio, aut solutio continuitatis facta percussione, aut casu. a mala complexione, sicut fit ab aere frigido, uel calido excessiue existente in anteriori parte capitis in ipsis carunculis, & huiusmodi, & secundū plurimum à frigido. item ab attractione rerum nimium infrigidantium, & calefacientium superflue. similiter cum humore indifferenter; sed magis frigido phlegmatico. ab oppilatione uerò; ut in osse perforato ab ipso humore oppilante uentositate grossa, apostemate, aut à carne addita.

Signa demonstratiua. oportet te cognoscere malam complexionem calidam, aut frigidam ex his, quæ dicta sunt de ipsis: ut, si cum mala complexione cal. materiali, aut immateriali est caliditas, rubedo, punctura cum perceptione rei foetida; tunc illud existima accidere ex præsentia humoris putridi, & maximè si ex naso egreditur foetor.

Quando autem superfluitates fluunt secundum consuetudinem; tunc iudica, quod ipsi non est oppilatio in colatorio. quod, si inuenitur prohibitio penetrationis respirationis in nase, raritas in loquela; tunc illic est oppilatio in alcaisim, id est, in superioribus partibus nasi. & quado retinetur cursus, & non fit per malitiam complexionis cerebri, aut paucitatem superfluitatis eius, & est illud, quod est sub colatorio apertum; tunc illic est oppilatio profunda. & si cursus est aduentus secundum consuetudinem, & non est oppilatio sub alcaisim, & in eis, quæ sequuntur ea; tunc est nocumentum in cerebro.

Signa eius, quæ est à causa primitiua, manifesta sunt infirmi narratione.

Prognostica. Si ægrotanti feb. acuta superueniat odoris corruptio, ut quod iudicet se odorare odores non consuetos; ut piscium, luti, butyri, & huiusmodi astantibus id non odorantibus cum aliis signis malis malum, & mortale. quæ ex natiuitate, non curatur: quæ à solutione continuitatis facta causa, & similiter percussione, raro. & illa, quæ sequitur ad paralyfim; ut in comite Carmignola, curatur ad curam eius.

Cura. Canones ex medicinis, quæ naso applicantur in suis dispositionibus, aut sunt odoramenta, aut uapores

humidi, grossi, aut pulueres insufflati cum cannula, uel penna, uel attracti, aut caputpurgia, aut linimenta super caput, aut super ipsum facta. & antequam ponantur canones proprii; habendi sunt menti hi tres generales. primus accipiens caputpurgium debet stare resupinus, & implere os suum aqua. secundus, quod sugat. talis totum, quod à medico exhibetur, ut possit producere effectum intentum. tertius, quod cum exhibetur à medico aliquod mordicatum, de cuius mordicatione dubitetur; prius inungantur nares ad intra, & ad extra oleo ros. aut lacte, deinde iniungatur caputpurgium. quod, si uidetur necessarium post eius operationem: redeat patiens ad inungendum se cum oleo, aut cum lacte, ut dictum est.

Cura particularis eorum sed prius scito, quod de naturali maximè ubi fuerit à mala complexione nihil ad præsens: nam natiuum, & chronicum uix habet curam Mes.

Quod, si fuerit ex carne orta; fortè poterit manu curari: quod chirurgicis relinquo.

Cura. In mala complexione absque materia fiat curatio cum alteratiuis contrariis odoramentis; scilicet embrochis, caputpurgiis, epithematibus, & huiusmodi, de quibus supra de soda ad complementum: sola enim in hoc casu sufficit alteratio. quæ omnia administrari debent in parte cerebri, uel capitis anteriori; ut uerbi gratia in calida ex rocoriādo lauachrum, aut suctio per nares ex oleo rosa. aqua ros. cum modico aceti. aliquando additur modicum camphoræ; aliquando modicum menthæ humidæ, uel siccæ, cū modico cyperi, & est iuuamentum sublime Mes. item euaporatio aceti, & est ultimū, in frigida uerò spica, calamus aro. calamētum, sanfucus, embrocha, itē suctio ex oleo nardino, rutaceo, costino cum castoreo, musco, euphorbio, & huiusmodi. de quibus supra alleg. loco.

Cura. Si fuerit mala complexio cum materia; canones ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, & particularium administratio.

De diætā autem dicendum breuiter, ut ad contrarium causæ declinet, quod sit paucitas in cibo, & potu maximè in frigida phlegmatica, quæ ut plurimum euenit, ut infra de cauterio.

Digestio fiat, ut petit materia peccans cum his, quæ dicta sunt tract. iiii.

Euacuatio consimiliter cum solutiuis, ut ibi. & reiteretur, ut supra; quoniam materia in illo loco existens non potest in una purgatione purgari. quod, si fuerit repletio in toto, aut sanguis peccans, aut humor cum sanguine; fiat phlebotomia, aut uentositatio, aut sanguisugarum applicatio, ut supra sæpe dictum est, specialiter de soda. & tu ibi recurras.

Localia administrantur alia, & alia secundum materiam exigentiam. in frigida uerò cum applicatione calidorum appropriatorum resoluentium, & exiccantium: in calida uerò cum frigidis appropriatis infrigidatiuis, & humectatiuis, de quibus exempla ponentur. uerbi gratia in calida. R. ro. coriandrorum, nenupharis, matrum uiolarum. ana. M. i. bulliant in aceto, & aqua, aceti sit pars quinta. fiat euaporatio. item ex eisdem potest fieri attractio. item ex oleis ros. nenupharino, suctio. item. R. succi blitis, uiol. ana. part. i. zuchari uiol. aut ro. ana. par. i. quartam, attrahatur tepidum. & consimiliter de embrochis dicatur, & inunctionibus suo modo, ut de soda dictum est. non enim me multum in exemplis extendo istis; quoniam raro à caliditate. in frigida uerò, de qua prosequitur Auic. & cæteri auctores de calida nullam mentionem facientes. sed tu collige ordinè, qui ponetur de causa frigida, quem, si opus erit; seruabis in causa calida. seruandæ nanque sunt embrochationes, euaporationes, orationes, attractiones per nares, unctioes ad extra, gargarismata deponentia materiam, & alterantia. & si hoc in loco euacuatio scribi posset, ac deberet; ista tamen omnia posita sunt de cura sodæ ex materia frigida. & licet ita sit ad clariorem doctrinam exempla ponam. embrocha. R. chamæmillam, maioranam, calamentum, spicam stœcados, abrotanum, & alia, ut placet calida appropriata, de quibus supra in principio. bulliant in aqua usque ad consumptionem tertiæ partis, & fiat cum spongia embrocha supra

per caput. & sis memor, q̄ vniuersalia præcesserint ex parte euacuationū. ex quibus, & consimilibus. fiant fomentationes, & euaporationes. odoratio assidua rute, & similiter fiat ex aliis. attractio fiat ex nigella, castoreo, felle mixto. item ex nigella, serapino, castoreo, & musco cum succo ruta. item nigella, piper, castoreum, muscus cum oleo nardino, & est proprium. item ex caputpurgiis, & est mirabile, nigella trita, & iam infusa in aceto, mixta cum oleo antiquo. si caputpurgia generant ardorem iam dictū est, quid agendum. item ex dictis possunt fieri pulueres eiusdem virtutis, vt. Rec. condisi, piperis, baccarum lauri, musci modicum fiat puluis. ad idē arthanitæ, condisi, salis armoniaci ana, terantur, sicut alcohol, & suffletur ex eo per nares, postquam euaporaueris eas aceto calido. & plures ad fortiora transeunt, & exhibent elleborum, colloquintidam, piper, & maximè quando est oppilatio in colatorio, idest in foramine &c. & est dispositio, quam cū homines habēt, dicunt, q̄ sunt infrigidati, & non sentiunt odorem, nisi ualdè fortem. in unctiōibus procedat, vt cū calidis, subtiliatiuis, resolutiuis, & consimiliter cum gargarismatibus, de quibus ad plenum de soda phlegmatica. & tu ibi. laudatur tamen gargarisma ex ruta, hyssopo cocto in aceto scilicetico: item & masticatio zedoariæ. ille autem, qui sentit odorifera, & non foetida, non cesset facere caputpurgia cum castoreo multoties vsquequo rectificetur dispositio eius. item odoret sæpe ozymum garyophyllatum, rutam, métham, garyophyllos, spicam, organum, & huiusmodi. nota, quod istæ attractiones, & cætera debent fieri ter ad minus in die stomacho vacuo, ore repleto aqua. item medicamen Rasiano Alman. cuius initium. & nigellæ, fellis gruis. est optimum: & quia ponitur, vbi vrina pueri.

CURA factæ à casu, aut à percussione procedatur cum dictis, vt physicis pertinet ex causa compræhensa. postremò scito, quod medicinæ magis iuuatiuæ in hoc sunt caputpurgia loquendo de particularibus. & idè in eis siste.

De fluxu sanguinis narium. Rub. 3.

FLUXVS sanguinis à naso est eius continuus, aut interpolatus exitus ab eo in tali quãtitate factus à venis, ut frequenter eueniens.

CAUSA cuius secundum plurimum est dispositio humoris, uirtutis, aut membri, & similiter in notabili quantitate; quia exitu trium, aut quatuor guttarum sanguinis, uel circa propriè fluxus appellari non debet. dicitur à venis; quia aliquando etiam prouenit ab arteriis. sed, quia arteriæ habent duas tunicas, & uena nisi vnam; idè frequentius ex uenis uenit; & tamè inter ipsos est differentia; quoniam arterialis est calidior, rubicundior, cum saltu ueniens, & impetu: dicitur cuius causa secundum plurimum. nam, licet à percussione, aut casu, aut corrosione cum extrinseca re facta, aut cum palea, fetis porcinis, aut sanguinariæ contingere possit; tamen, ut dictum est, ab illis causis cõmuniter fit; humor nanq; sanguineus, siue sanguis ipse, aliquando ob sui subtilitatē, & caliditatem superiora petens uenas exit, & cum est cholericus; aperit corrodendo orificia venarum. aliquando ex admixtione phlegmatis aquosi etiam subtiliatur, & per poros uenarum egreditur nõ corrodens, ut cholericus. aliquando sua quãtitate uenas nimium replens, & superfluis parietes venarum amplius extendens ipsa frangit, aut per porositates earū ex apertione consequente ad talem extensionem egreditur. unde in tali casu aliquando egreditur quantitas maior lib. iij. & non debilitatur æger. propter quod scito, quod ab homine mediocris habitudinis, & ætatis egredi possunt usque ad lib. xxiiij. antequam moriatur. sed deinde moritur, vt Aui. quinta tertij, de cura leuis fluxus sanguinis nariū. & habet alia litera vsque ad. xxv. & in summa tres videntur causæ ex parte humoris sumptæ. prima est acuitas, qua corrodit: secunda est subtilitas, qua resudat: tertia est multitudo, qua frangit, & rumpit. ex dispositione membri, vt quia membrum est rarum ualdè, & lassum; ut in cholericis; in quibus facile fit fluxus sanguinis, & si aliæ causæ aduenient. unde quidam se uidisse dicunt sanguinem ex oculis fluere propter raritatem, & lassitatem eorum, ut ille de soda. dicitur virtutis; quia aliquando ex debilitate cõtentiuæ, & fortitu-

A dine expulsiuæ id potest accidere, vt patet. & causæ longinquæ possunt esse cerebrum, hepar, splen, matrix, & huiusmodi, hæmorrhoides, ut cum accidit retentio sanguinis fluere consueti, ut menstrui, & huiusmodi. & uidi diebus meis mulierem pregnantem ex masculo ex familia Zabarellorum de Padua, à qua exiuit quantitas sanguinis per nares circiter lib. xxij. peperit, & superuixit, & foetus ipse. & est fluxus narium quidam criticus, & talis non est compescendus; nisi superfluat: quidam uerò non criticus. & critici quidam symptomaticus; quidam naturaliter factus. & scito, quod uniuersaliter aliis paribus plus læditur phlegmaticus, & consequenter plus melancholicus ex eius fluxu, & minus cholericus. & ex causis extrinsecis ultra prædictas sunt intueri res rubeas, & multa cogitatio de ipsis, vt in primo canone. & idè mulieres tenent pãnos rubeos super patientes uariolas, & faciunt eos res rubeas intueri, item aer calidus, & humidus calefaciens, & maximè post repletionem, item balneum calidum, vt quinta Aphor. quare in fine capituli. cibus calidus, & humidus, & fumosus, uinum uinosum: item ægritudo calida, vt febris acuta calefaciens, & acuens sanguinem.

B **SIGNA** demonstratiua. cognosce uenalem ab arteriali; quoniam, ut dictum est arterialis est calidior, subtilior, rubicundior, cum saltu, & impetu ueniens, clarus, & cum periodo, & quandoque cadit subito, idest, patiens ex exitu arterialis citò, uel quasi subito cadit in syncopim: non sic ex uenali. uenalis autem grossior, non ueniens cū impetu; sed cum pruritu magno. ex facili medicamine retinetur, non sic arterialis. item medicamina, quæ ponuntur super hepar in uenali, multum conferunt; non sic in arteriali; imo medicamina super cor posita in arteriali magis conferunt, & quæ super thoracem.

C **SIGNA** critici, quia post febrem, aut post apparitionem digestionis in superfluitatibus, & in die aliqua critica, & quia dolor fortis antecessit, & habitudo corporis carnosæ, aut cholericæ, aut vrina rubea uisa fuit, aut subrubea, aut citrina, intensa, & ante oculos, & in imaginatione apparebant res rubeæ, & igneæ, & post istum fluxum sentit se manifestè liberatum.

SIGNA acuitatis sanguinis. eius caliditas, subtilitas, & egressio eius paulatina, & non subita, vt in arteriali, & cū tangitur sentitur uehemens caliditas.

SIGNA si propter multitudinē sanguinis, quia corpus uidetur ualdè repletum, rubedo faciei, & totius, & q̄ subito exit in quantitate magna, ad quã sequitur syncopis quandoq; maximè si sit arterialis, ut supra, & quod ante patiens uisus est regimine multiplicatiuo sanguinis; ut bono uino, optimis carnibus, & huiusmodi, & quod abstinuit à coitu, & longo tempore à phlebotomia, & q̄ dolor capitis uehemens antecessit.

SIGNA subtilitatis eius ex admixtione aquositate sunt manifesta ex inspectione sanguinis ipsius, qui est subtilis discoloratus.

SIGNA si fuerit ex raritate membri; id etiam ex eius compositione scitur, & quasi facili causa incurrit fluxum.

SIGNA si ex debilitate contentiuæ scitur, quia precessit dispositio ante ipsum debilitans, fortitudinem uerò expulsiuæ declarat alleuatio, quæ sequitur.

D **SIGNA** causarum longinquarum sunt, vt cum est à capite, quia adest capitis dolor cū sanitate aliorum membrorum.

Quod, si ab hepate; sentitur grauedo, & nocumentū in hepate, & q̄ exit à nare dextra, & urina rubea, & hmōi.

Si à splene; consimiliter nocumentum; ut tumor, dolor, & huiusmodi, in hypochondrio sinistro, & q̄ exit à nare sinistra.

Si à matrice; quia retenta sunt mēstrua consueta emitti, & nocumentum percipitur in matrice, & huiusmodi. & consimiliter, si fuerit hæmorrhoidali retentione: facies. n. satis ostendit in principio sanguinis qualitatis; ut, si cholericus erit; citrina; si phlegmaticus; ad albedinē declinabit; si melancholicus; ad nigredinem, siue ad fuscadinem.

SIGNA eius, qui est à causis primitiuis, sciuntur narratione infirmi, uel astantis.

PROGNOSTICA. Fluxus sanguinis narium ueniens in

in synocho, phrenesi, retentione menstruum hemorrhoidarum, in catarrho calido, in dolore capitis, & maxime in sanguineo est utilis ualde in phlegmatico autem, & debili corpore inutilis, & malus fluxus, qui est ex ruptura uenæ, aut arteriæ, quæ in rete cerebri, uix aut nunquam sanatur. hic enim semper malus est, & est continuus, & uelox. contingit quandoque in phrenesi, aut percussione, aut casu, & huiusmodi fluxus criticus, si naturam non debilitat bonus, quia scilicet ad eum sequitur alleuiatio: symptomaticus, ut quasi semper malus fluxus, qui se extendit ultra libr. quatuor, malus; & si multum excedit pessimus fluxus, qui ducit corpus ad colorem pallidum, liuidum, aut uiridem, siue fuscum, licet retineatur; pessimus, & mortalis fluxus, qui ducit corpus ad syncopim, & maxime propter sanguinis exuberantiam, mortalis fluxus cum frigiditate extremitatum mortalis, omnis fluxus subito, & cum impetu ueniens malus, & mortalis. omnis fluxus cum alleuiatione infirmi bonus fluxus in apostematibus intrinsicis, & proprie in sanguineis, & in cholericis, in cerebro, deinde in hepate, deinde in uelamine, postea in pulmone est utilis ualde. sed iuuamentum maius præstat in pleuresi, quam in peripneumonia fluxus in acutis, & maxime criticus; ut in uariolis, & in morbilis bonus fluxus talis cum superfluit, & pluries uenit; annuntiat hydropem.

C V R A . Canones seruandi sunt quatuor; primus ordinatio diætæ: secundus euacuatio: tertius diuersio: quartus compescentium fluxum administratio.

Diætam ordinari oportet, ut causa exigit, quemadmodum sæpe supra dictum est: nam in subtilitate, & acuitate sanguinis cum his, quæ ingrossant; ut sunt cibi generantes sanguinem grossum frigidi, & sicci, de quibus in tertio tractatu. item & frigidi, & humidi cōglutinatiui, ut ibi. similiter potus frigidus. & non detur uinum, nisi apud debilitatem uirtutis, & da id mixtum: nam, si confortat; nocet in quantum excitat sanguinem, Auic. ubi scilicet non fuerit commixtū, pro quibus recurre ibi. idem intellige ex parte aeris, & aliarum rerum non naturalium; cum caliditas excedens ex parte aeris, ex parteque exercitii, & animæ accidentium, ut sunt ira, & huiusmodi, non raro ad fluxum sanguinis perducant. in multitudine uero fiat cibi minoratio, & potus, & consequenter abstinence a rebus multum nutritiuis. & sit diætā in cibis, & potibus pauci nutritiui; ut sunt olea, milium, panicum, & huiusmodi, aqua, de quibus sumatur maior, aut minor quantitas secundum uirtutis tenorem. in casu, & percussione fiat, ut humor principaliter peccans exigit.

Euacuatio autem fiat cum medicina solutiua, si humor petat; ut si fuerit propter admixtionem multæ cholæræ cum sanguine fac cum thamarindis, diaprunis, rhabarbaro, acuedo cum pauco diagridij, aut electario de succo rosarum. quod, si opus fuerit digestiuo; fac illud cum proportionatis ut quarto tractatu. & si fuerit ex aquositate materiæ phlegmatis; solue cum turbiti, & huiusmodi allegato tractatu. & si fuerit multitudine sanguinis, & æger ad medicum uenerit opportuno tempore; fac phlebotomiā. quod, si fuerit repletio magna; fiat ex saphena eiusdem lateris, deinde ex cephalica ex eadem parte, & sit leuior prima. & si dicatur, Mesue dicit debere fieri phlebotomiā ex latere opposito dicitur in dubiis. item, si tolerat uirtus; fiat phlebotomia usque ad syncopim; nam phlebotomia est melior res, quare rinetur fluxus sanguinis narium. Auic. de curationibus eius. unde, cum iudicabitur fluxum fieri ex multitudine; fiat subito eius euacuatio per phlebotomiā. si uero erit propter subtilitatem ut cholæræ; tunc euacua ipsum immediatè cū solutiuo. & iste est processus secundum sapientiam. etiam conferunt maxime clysteria lenitiua ex aqua decoctionis prunorum, thamarindorum, matrum uiolarum cum oleo uiol. & huiusmodi.

Diuersiones uero fiant cum phlebotomia leui in latere opposito, deinde ex eodem: sed de hoc in dubiis. & si non potest fieri phlebotomia; fiat illud cum uentosis super spatulas, super nates cum scarificatione leui. item appositio earum super hepar sine scarificatione; si fuerit ex nare dextro. & super splen; si fuerit ex sinistro: & super utrunque; si

E ex utroque procedit, etiam super semem, & est ex nobilioribus. Auic. item constrictio ambarum aurium est ultima. confert & appositio earum super crura in parte domestica. quod, si non conferunt; ponentur super ceruicem, & super spatulas cum, ut supra, scarificatione leui. quod, si fuerit fluxus arterialis ponantur uentosa super regionem cordis, & super ceruicem. ligationes fiāt in extremitatibus in digitis, manus, pedis: similiter compressiones dolorosa in eisdem. item ligentur testiculi, & in mulieribus mamillæ; item ut supra de soda ligetur ad interiora brachiorum prope ascellas, & coxæ, prope inguina cum instita, siue aluta; ut Rafis. & fiant aliæ diuersiones; ut ibi. item nota Auic. xvii. tertii. proprio capit. ubi inquit. & multoties accidit habentibus hæmorrhoides, fluxus sanguinis narium, & remouentur hæmorrhoides. ergo per oppositum prouocata hæmorrhoides fluxum sanguinis narium remouebunt.

Ante complementum quarti sciendum, quod medicina, quæ administrantur in fluxu sanguinis narium, aliæ sunt uehementis stypticis, ut acacia, hypoquistidos, & cætera de quibus in quarto tractatu ad plenum. aliæ uehementis infrigidationis, ingrossationis, coagulationis, &c. ut sunt repercussiuæ opiata frigida & sicca, frigida & humida. de quibus allegato tractatu. aliæ sunt uehementis conglutinationis, ut puluis molendini, pili leporis, albumina oui, tela aranea, & proprie, quæ est in molendino, aut quæ est uicina furno & huiusmodi allegato tractatu. aliæ sunt acutæ cauterizatiuæ sicut calx, colchotar, calcantum, æs ustum, arsenicum, flos æris & similia. & hic nota dictum Auic. cap. de curationibus eius inquit. & istæ cauterizatiuæ administrantur cum cautela, ipsæ nanque faciunt euenire crustam. quæ cum cadit retrahit deterius quam prius. & Mesue. Cauterizatiuæ suspectæ sunt, & paulo post explet sententiam Auic. & quidam in aliis locis in fluxu sanguinis immoderato administrant cauterium actuale, ut faciunt mangones in equis. aliæ sunt à proprietate hoc facientes, ut stercus asini recens & siccum, sed melius recens, aqua basilicon, uel succus eius, aqua methæ, stercus bouis combustū. Halyabbas. stercus equi. ante compositionem receptarum nota dictū Mesuem inquit. uerificatores uero qui operantur sed sapientiam congregant ex diuersis diuersarum intentionum, & perficiunt ex eis unum. habens uirtutem sigillatiuam carens suspitione ex his quæ timentur, sicut trademus post. in leui quidem sufficit attractio aquæ frigida per nares cum aliquali & leui diuersione, ut ligatura digitorum manus, inuolutione gulæ cum panno infuso in aqua frigida, & infrigidatio spatularum hepatis cum aqua & rebus frigidis, de quibus statim. in fortiori uero cum fortioribus sequendo diuersionem medicinarum in hoc casu ualentium positam initium faciens ab infrigidatiuis. R. succi lactucæ, semperuiuæ, uirgæ pastoris, aquæ ros. part. i. aceti part. i. quintā infundatur pecia & sic frigida superponatur fronti & temporibus. item infusio aquæ frigida super caput. item cōstrictio facta ex aqua frigida, aceto, & succo semperuiuæ cum instita circa tempora. & aliter poterit multipliciter operator operari cum frigidis positis supra quarto tractatu faciēdo embrocha, emplastra, ut supra de soda ca. & si fortius uolumus operari addatur iusquiamus, opium, mandrago. cum cautela semper ut supra sæpe dictum est. & scitō. quod sede re in aqua frigida, epithemata ex aceto super hepar, & emplastra frigida super ipsum, super fumen, & extrema super testiculos ex rebus infrigidantibus quam maxime commendantur. sed fiat permutatio post permutationem cautela super hoc adhibita ne ultima sequatur infrigidatio. & acetū est in hac dispositione præcipuum. & conuenit ut teneat aquam frigidam in ore suo continuè, & fiat permutatio in ea. ex stypticis. R. boli armeni, gypsi, succi barbæ hircinæ ana par. æquales terantur contritione ultima, deinde addatur acetum, & misceantur omnia, & ducantur in mortario lapideo donec ueniant ad mellis spissitudinē. ex isto liniantur frons & tempora, & desuper ponantur pila stupæ, & ligetur cum instita ligatione forti. expertū. & si oportet adde opium circa partē mediam ubi maximus esset fluxus.

Item. R. acaciæ, hypoquistidos, boli arme. coralli rub. lapidis hæmatitis, terræ sigillatæ. ana. puluerizetur subtili-

ter & incorporentur cum albuminibus ouorum, & modico aceti in mortario usque ad spissitudinem mellis, & fiat ut dictum est, restringit enim orificia uenarum. maximè. n. ualent in hoc casu hæmatites, & corallus. ad idem. R. succi plantaginis, aquæ rosat. ana. ʒ. ii. aceti. ʒ. ʒ. albuminis ouorū numero. ii. terræ sigillatæ quantum sufficit ad inspissandum. item. R. sang. drag. gummi. ara. affati, seminis ro. acaciæ, hypoquistidos, spodii, balauistię, boli ar. terræ sigillatę, hæmatitis, coralli ru. ana. ʒ. i. ʒ. cornu cerui usti, gallarum, nucum cupressi. ana. ʒ. i. puluerizentur subtiliter, & ex isto puluere fac linimentum, aut emplastrum, aut fac lyciniã cum albumine oui, & naso impone. sed nota quod cum ex eo fiunt lyciniã debet esse subtilissimè tritus, & cribellatus: nam sic debet esse puluis omnis nasum ingrediens. ex conglutinatis. R. masticem, dragantum, telam araneam, puluerem, molendini, & ex istis conuersis in puluerem cum pilis leporis minutis & albumine ouorum fiat ut linimentum, ut supra. & liniantur collyria, & naso imponantur. item rasura chartarum puluerizata cum albumine oui. item tela aranea cum albumine oui, succo solatri, & modico camphoræ. ex proprietate. R. sterco asininum, & naso impone, similiter equinum ut supra. hæc tamen potes commiscere cum aliis & componere ex diuersis unum secundum sapientiam, ut supra cū cauterizantibus, & inducentibus escaram siue crustam. ite suffletur atramentum, siue arsenicum, calx uiua & huiusmodi de quibus supra, & etiam tractatu quarto. in nares aut in uoluatur bombix, ut collyrium, & imponatur. & quidam, ut dictum est operantur cum ferro.

Dixit Gerardus se uidisse hominem cui constringi non poterat, & ex albumine imposito statim constringebatur. unde Auic. mirabiliter commendat balneum aluminosum. unde & Rasis nono Almanfo. R. aluminis iameni, amili partes æquales puluerizentur subtiliter, & naribus insufflentur. facta escara utere hoc unguento. R. medullæ uituli, dragaganti, gummi ar. ana. ʒ. ii. olei sisamini. ʒ. i. ceræ quantum sufficit. & scito, quod ualentia in fluxu menstruorum hic sunt & conferentia, de quibus infra. unde & athanasia Nico. cum succo plantaginis est in hoc casu conuenientissimi. scito tamen quod frigida posita principaliter respiciunt subtilitatem sanguinis cum caliditate, nam si foret subtilitas ex parte phlegmatis aquosi oportet se moderari in ipso rum administratione. & tu considera.

C V R A. In facto ex fractura arteriarum omnia ut supra seruentur cum approximatione infrigidantium fortiu, & ad intra nasum ponantur lyciniã linita ex his. R. olibani, aloes. ana. terantur & cum albumine oui reducatur ad spissitudinem mellis, ut supra. nam in tali casu ualet continua infusio aquæ frigidæ super caput. & non oportet ut sit superfluitas in effundendo aquam uehementis infrigidationis: fortasse aut coagulabit sanguinem, aut congelabit ipsum in panniculis cerebri. Auic. sedeant in aqua frigida, & est quid mirabile in fluxu menstruorum consentientibus ætate, uirtute, & tempore. item nota quod sicut fluxus est continuus, ita incessanter fiat instillatio rerum in naso. & hoc uoluit Auic. dum dixit capitulo de cura eius. & incessanter distilletur in nasum.

De prouocationibus fluxum sanguinis narium.

Rub.

Q U O N I A M rectum est ut quandoque prouocetur propter ægritudines cerebri. hinc ponentur ea quæ mouent eum, & ipsum artificialiter prouocant. & ex mouentibus est sanguinaria naribus imposita, facta in eius aliquali commotione. item gramen ut accipiantur rami eius cum semine & per nares inuoluantur. item multum odorare iesemini & maximè in habentibus calidam complexionem. Isaac. Serapio. item urtica succus uel folia naribus imposita: ite fiat collyrium ex condisi, stasifagria & euphorbio cum felle uaccino & naribus imponatur. Auic. Arte autem prouocant palæ duræ per nares motæ & pungendo. item accipiantur setæ porcine in notabili quantitate, & uiolenter trahantur per foramen pennæ deinde prope foramen incidantur sicut fit de penniculis pictorum, & imponantur naribus circuncirca ducendo, pungendo, & egredietur sanguis. & credo quod applicatio sanguisurgarum aliquando

A in hoc casu maximè conferat. item laudatur musculus fauinae, uel spergia ductus per nasum & impositio basiliconis. & tu considera.

De catarrho & coryza. Rub. 5.

C A T A R R H U S communiter sumptus est fluxus siue descensus humoris à capite ad membra inferiora, & dicitur à caterion Græcè Latinè fluor. Mes. à quibusdam dicitur à cædeo des. inde flos ris. & ros roris, & plurimi rheumã appellant dictum à ruois. & sic capiendū est genus ad catarrhum propriè dictum ad corizam & branchum. unde cum ad pectus fluit dicitur catarrhus propriè dictus. cum ad nasum coriza. nam à cora osse nasi nomen accipit. cum ad fauces dicitur branchus: & de hoc stant uersus magistrates.

Si fluit ad pectus dicatur rheuma catarrhus, Ad fauces branchus, ad nares dico coryzam.

Et est sententia Galeni secundo prognosticorum commento. xxix.

B Est itaque catarrhus propriè dictus fluxus humoris, uel humorum à capite ad pectus descendens uel descendentiū. cuius causa est ipse humor subtilis calidus, aut frigidus.

C A U S A primitiua est quandoque frigiditas extrinseca uel caliditas ipsa. una quidem dissoluendo, ut solis balnei, altera uerò comprimendo in se contracto cerebro. item uapores calidi eleuati à rebus uaporosis; ut sunt coepæ, alliu uinum potens & huiusmodi. antecedens uerò est mala complexio calida: quandoque ipsius cerebri trahentis ad se uapores plures à toto, quos resolueri non potest, aut mala complexio frigida uapores eleuatos ingrossans, & ingrossati descendunt sua grauitate, aut humor ipse calidus, aut frigidus quietus. s. non existens in fluxu, sed sua peccans quantitate, quia talis qui est in fluxu est coniuncta. item debilitas uirtutis consequens ad plebotomiam superfluum, uel aliud propter quod debilitatur contentiua, aut digestiua cerebri. dicitur humor subtilis: nam ut notat Gentilis non descenderet si esset grossus propter uiarum angustiam, una tamen materia cū hoc altera est subtilior & uiscosior.

C Ex quo infertur quod in principio curæ eius non competunt diuretica, nec syrups aperitiui; nam sic augmentaretur. infertur secundo quod conferunt inspissatiua siue materia fuerit calida siue frigida. dicitur calidus uel frigidus, quoniam omnis catarrhus quandoque est grossus, quandoque subtilis aquosus, quandoque calidus acutus saluus. quandoque mali saporis, quandoque calidus mordacitius, hæc sunt species eius accidentales ab Auice. posita cap. de eo. Et modus generationis eius est proportionalis generatio ni aquæ in alembico ex eleuatione uaporum, & guttarum interius. nam uapores calidi acuti ad cerebrum eleuati frigiditate eius condensantur & in humiditatem aquosam siue fluidam conuertuntur. & sicut indigestio stomachi est causa diarrhœæ & fluxus, ita indigestio cerebri, & maximè partis anterioris cerebri, catarrhi. de præparatis uerò magis ad catarrhum dicitur in dubiis. & antequam procedatur ad curam primò aduertendum quod cura festina catarrhi pro paruo non est habenda; quoniam ut inquit Auice. & Gordonius fere mater est omnium ægritudinum, ut patet infra de correctione accidentium. & Gilbertus anglicus nec in principio cõtemnenda, quoniam in posterũ damna pariet grauiora. secundo aduertendum, quod catarrhus quatuor habet tempora, principium, & est cum stillat liquidum, aut acutum: augmentum uerò cum ingrossatur, & acumen remittitur: omnis enim humor acutus cum ingrossatur remittitur acumen eius ad bonum intellectum. statum cum stat post talem ingrossationem, aut remissionem. cum uerò humiditas propter digestionem & spissitudinem currere deserit declinatio est. tertio si cū rheumate fuerit dolor capitis recurre ad id quod dictum est supra de soda phlegmatica.

Et resumendo dicatur quod catarrhi causæ sunt tres: primitiua. s. antecedens, & coniuncta. & exemplificando largius exempla ponantur, & primò primæ. aer calidus dissoluens, ut sol maximè stante capitis repletionem. & ideo catarrhum incurrunt qui habent capita repleta in hyeme, & adueniente uere se soli exponunt. item balneum calidum;

& vapores eius. item ventus australis calidus, de quo in Aphorif. infra. item subita mutatio de calido aere ad frigidum. & ideò qui caput suū multum coopertum tenet, cum eum discooperiunt ex aere sic occurrente catarrhū incurunt. & ideò iuuenes nostri, temporis portantes in capite eorum cooperturas valde magnas ex parte biretorum, capuciorum efficiuntur catarrhosi, adeo etiam quia capita eorum tanta caliditate relaxant, vt virtutem etiam debilitent: item & frigidus, aer cōprimens vt supra consimiliter & humidus: item boreas, & uenti frigidi, pluuia, & aqua frigida quandoq; capiti quomodolibet occurrens: itē odoratio frequens rerum calidarū dissoluentium, vt musci, croci, & huiusmodi, aut frigidarū debilitantium, item & humidarum rheumatizantium. quare catarrhosi à frequēti odoratio se abstinere debent vt infra: item cibi & potus calidi vaporosi ut cœpæ, allium, amygdalæ, vinum potens, & huiusmodi: item exercitium forte calefaciens, uociferatio fortis, & ex duabus rheumatizat uenatores: item quies nimia: item crapula, ebrietas, & huiusmodi: item coitus superfluous, propter quod homines ex hac & assignata supra reumatizant, somnus superfluous meridionalis, præcipuè dormire capite depresso, retentio superfluitatum, phlebotomia plurima, nam corpus rarificat & præparat ad recipiendum calorem & frigus quare rheumatizat, item ira, furor, tristitia: & huiusmodi, & breuiter quæ dissolunt humores in capite & eos fluxibiles reddunt, aut non operantur per modum compressionis sunt causa antecedens. exempla, mala complexio cerebri calida attrahens vapores, aut dissoluens humores, aut cal. aut hum. in ipso vel in toto, aut mala complexio frigida comprimens, aut digestiuam cerebri debilitans, aut compositionalis, vt capitis rara cōpositio, quare cerebrum cito recipit, & cito relaxatur, vnde tales ita videntur lædi à frigido aere, sicut à calido, & econtra, neque cooperturæ sui capitis metrum inuenire sciunt: itē capitis magnitudo: item cutis, & cranei spissitudo: item antecedens humoralis, ut humor calidus vel frig. in cerebro abundans, vel vapores cal. aut frig. à stomacho: uel toto, vel aliunde ad cerebrum venientes. coniuncta uerò humor ipse actu fluens, etiam catarrhus quandoq; est cū feb. quandoq; absque feb.

SIGNA demonstratiua; catarrhi ex causa calida ueniētis signa, quia caput calidum sentitur, facies rubea aut citrina, complexio cholericæ, aut sanguinea, punctura, mordicatio in oculis, & in naribus rubedo, & inflammatio in gutture percepta cum aliquali excorticatione, perceptio amaritudinis, aut faldedinis sitis, aut linguæ siue oris exicatio, & cum rascatur sputum declinat ad citrinum, & ibi est parua oppilatio, & nasitas, & odoratio non multū minuitur respectu frigidi, & ita vox. etiam catarrho calido quandoq; communicatur febris.

Signa frigidi. quod ergo creditur per nasum frigidum sentitur & sine acuitate & cum priuatione signorum iam dictorum, & est tensio frontis cum grauitate, & oppilatio, & nasitas magna respectu eius quæ est in calido, unde tales difficulter trahunt aerem per nares, & malum, secundum plurimum grosior, & quod per relationem trahitur ad albedinem declinat, & sunt oculi tumidi cum pallore faciei & frontis albedine, olfactus multum diminutus. sunt absq; siti & cum destructione appetitus. & quandoq; cum appetitu canino, & est absque feb. q̄ si accidat iuuatur ab ea. & in talibus minuitur uox.

Signa eius qui est à causis primitiuis habentur narratione infirmi, uel astantium.

PROGNOSTICA. scito catarrhum ut Aui. aliquando spargi ad pulmonem & facere peripneumoniam, tussim, aut asthma, aut ulcerationem eius & phtisim maximè cum perdurat, & est acutus, aut ad panniculos pectoris, & facit pleuresim, de qua infra. aliquando ad meri, & facit exco-riationem in eo, squinantiam, uocis raucedinem, & appetitus destructionem, aut appetitum caninum. aliquando ad stomachum, & facit in eo nocumentum, aut indigestionem, aut aliter, aut nauſeam, & huiusmodi: aliquando ad intestina, & facit fluxum, dysenteriam, aut diarrhoeam secundum ipsius acuitatem: aliquando cholicam inuiscatam

E crudam: aliquando descendit per spondiles, & facit nocumentum in renibus: aliquando ad tibias, & facit in eis tumorem; vt in duce Ludouico de Berrania: aliquando ad oculos, & facit ophthalmiam, & alias oculorum ægritudines. & in summa, ut supra fere mater est omnium ægritudinum. unde rheumatizantes parati sunt ad multas ægritudines, qui sunt magis parati, ut supra dicitur in dubiis. catarrhus multiplicatur in hyeme, & propriè cum sequitur æstas septentrionalis, pauca pluuia, & autumnus austrinus pluuiosus, & multiplicatur in regione meridionali. Viaticus. & magis multiplicatur catarrhus in autumno propter aeris mutabilitatem. Hippo. xl. Aphorif. ij. sectione. Raucedines, & grauedines in ualdè senibus cōctionem non admittunt. catarrhus plus à frigido fit, quàm à calido. qui habent caput calidum, & partes inferiores frigidas, raro sunt sine catarrho propter attractionem uaporum: quibus cor calidum, & caput frigidum multi uapores ascendunt, qui digeri non possunt. catarrhus cū dolore capitis de difficili curatur. rheumatici splenetici non fiunt. catarrhus ex debilitate substantiæ cerebri curationem non habet. x. tertij de cura reliquarum specierum anhelitus.

CYRA. Canones seruandi sunt. x. primus ordinatio dietæ, secundus digestio materiæ, tertius euacuatio, quartus diuersio, quintus prohibitio fluxus materiæ, sextus rectificatio membri mandantis, si quod est tale, septimus cōfortatio cerebri, ne recipiat, octauus recepti resolutio, nonus est prohibitio; ne suo descensu membra lædat inferiora, & specialiter pectus, & guttur, quem Auic. uocat antecessionem, decimus est accidentium correctio.

PRIMVS completur, ut sæpe dictum est, cum declinatione sex rerum non naturalium ad contrarium causæ euitando flatus austrinos, & cætera de aere, de quibus in fine in Aphorif. & nota, quod mutatio ad aliam regionem quædoque multum confert in cura catarrhi. unde Auic. x. tertij de cura phtisis, loquens de cura catarrhi inquit. & ex his, quæ iuuant ad hoc, vt natura suscipiat regimen, est, vt fiat permutatio ad regiones, in quibus est aer desiccatus. minuatur cibum, & abſtineatur à vaporosis, & alleuietur cœna; imò prohibeatur, si possibile est, potum uini omninò dimittat Mesue & uinum quidem non est conueniens eis, Auic. de cura eius in fine. sed de his in dubijs dicitur. & dixit Auic. & minoretur potus aquæ coagulata. quod maximè intelligo in casu frig. & Mesue, & dicitur, quod potus aquæ calidæ maturat catarrhos; quod intelligo in causa cap. & nocet somnus multus, & super repletionem factus nociuus ualdè, & diurnus qualiscunq; nisi contingeret debilitas uirtutis in assueto sene, quæ relinquo medici prudentiæ, sit parcitas eius in nocte, & iaceat capite eleuato, & non supinus, & iuxta hæc ponitur uersus magistralis. abſtineatur, uigilet, sitiat, qui rheumata purgat. unde Auic. de cura eius, neque dormiat in die, & sitiat, & famem patiat, etiam uigilet, quantum potest; quoniam sunt initium curæ. iniungatur quies; quoniam est maturans ipsum. & non se repleat; imò inaniat. unde Auic. & oportet quidem, ne patiens catarrhum, & coryzam sit repletus uentrem cibis; quare replet caput eius. item à coitu; quia cerebrum debilitat, & facit materiã currere ad gulam. sit non tristis, non irosus; sed lætetur. tristitia enim, & multa cogitatio debilitat uirtutem digestiuam membrorum, & cerebri præcipuè. non multum cantet, nec uociferetur.

SECUNDVS perficiatur cum digestiuis infrigidatiuis & inspissatiuis. in calido; ut cum syrup. viola. rosa. de pauere, de nenuphar. & aquis proportionalibus, & huiusmodi, de quibus de soda. cap. & quarto tractatu. & hoc cum his, quæ ad intrã per os assumuntur: nam, ut supra dictum est de soda calida, in principio etiã emplastra, embrochæ, & cætera sunt materiã adæquantia, vt Mesue & Auic. hoc capitulo. sed talia securius approximantur facta euacuatione; ramen aliqua possent ante euacuationem approximari, & debent secundum, ut sunt odorifera infrigidantia, & inspissantia, & odor viol. rosa. camphoræ, florum nenupharis, euaporatorio leuis aquæ calidæ, aut decoctionis uiola. hordei, & huiusmodi. & si uidetur; addatur cham-

mamilla, & cortex papaueris. & ex his cum puluere sandalorum potest fieri pomum frigidum, vel aliter, ut infra de pestilentia, uel spongia infusa in aquis uiol. ros. modico aceti, & huiusmodi. & pro canone odorabilium recurras ad ea, quæ dicta sunt de soda phlegmatica. item effusio aquæ calidæ super testiculos, & extrema. item attractio per nares facta; ut ex aqua decoctionis dictæ, aut ex oleo vio. ros. addendo camphoræ aliquid, aut oleum ipsum de papauere, aut aquam ros. quod, si caliditas esset excessiua, & fluxus notabilis, & timeretur læsio pulmonis notabilis; credo non esse inconueniens non expectata euacuatione appropinquare emplastra infrigidantia, lotiones. & embrochas frigidas, quæ omnia debent esse actu frigida. quod, si fluxus non esset multum excessiuus, & ista conuenienter applicentur; debent esse actu calida; licet remissè. & forte hæc fuit sententia Mes. si benè consideretur. & pro istis embrochis recurre supra de soda cholericæ. syrupus digestiuus in causa ea. Rec. syr. de papauere. ʒ. i. iulep. vio. ʒ. s. aquæ hordei excorticati. ʒ. iiii. misc. alius. Rec. syr. de papauere. ʒ. i. syr. de liquiritia, iulep. ros. ana. ʒ. s. aquæ nenupharis. ʒ. iiii. alius magistralis, & est Gentilis. & capillorum ueneris recentium. M. i. hordei excorticati, liquiritiæ mundæ. ana. ʒ. ij. iuiubarum numero. xv. se. papaueris albi. ʒ. ʒ. penidiarum. ʒ. ij. zucchini. ʒ. iiii. fiat decoctio in aqua lib. vi. quidam alij ex summitate papaueris, ros. lactuca. ana. ʒ. ij. candi, penidiarum. ana. ʒ. i. omnium sandalorum. ʒ. i. hordei excorticati usque ad ultimum corticem. lib. ʒ. viol. nenupharis. ana. ʒ. i. & zucchini. lib. i. cum aqua sufficientis quantitatis, si condiunt. potes itaque ex datis diuersos ad eandem tamen intentionem componere.

In causa uerò frigida saltem in principio eius non competunt aperitiua, siue diuètica, ut dictum est; nã tunc materia est subtilis, & fluida; sed, cum ingrossatur, & inspissatur, & in fine augmèti, & in statu, & in declinatione; tunc competunt subtiliatiua, & diuèntia. & hoc uoluit Mesue cum dixit, & subtiliantium, & diuèntium in grosso. competunt itaq; in principio calida styptica, & exemplificatum est supra de soda phlegmatica, ubi etiam notatur hoc. item competit mel ros. colatum cum aqua decoctionis mastice, olibani, nucis cupressi. item competit syrupus de mentha cum aqua saluæ, menthæ, syr. de stœcados mixtus cum syr. de papauere; uerbi gratia, ante cum aqua saluæ, transfacto autem principio, & augmento; quia circa finem eligantur subtiliatiua, & diuèntia; ut syrupus de stœcados solus, aut oxymel simplex, & compositum, & est fortius, & sic de alijs, ut supra de soda phlegmatica. & per te magistralè ex datis ibi potes componere.

TERTIUS uerò completur cum extractione sanguinis, & uentris solutione; cum extractione sanguinis, ut cū phlebotomia; & hoc in tribus tantum casibus; ut Mesue primus cum fuerit catarrhus calidus declinans ad oculos, aut ad pulmonem, aut ad fauces, & breuiter cum timetur ex tali defluxu colationem fieri: & grande inde secuturum nocumentum. secundus cum est in iuuenè carnoso catarrhus calidus, in quo est oculorū rubedo, uenarū plenitudo. tertius, cum catarrhus calidus est cum feb. sed de his omnibus in dubijs. cum solutione uentris uerò; ut cum appropriatis materiæ; ut in calida cum aqua fructuum thamarindis, manna, rhabarbaro, & huiusmodi leuibis, similiter cum clysteribus leuibis: nam in calido non competit fortia; ne supercalefaciant amplius, & materiam ponant in fluxu: nec in frigido saltem in principio propter eandem causam. In frigida uerò laudantur pilulæ cochix à Mesue, & ab Auicen. unde inquit. Et illi, in quo perseverant catarrhi æstate, & hyeme, pilulæ cochix ex curis magis iuuatiuis, ualèt & pilulæ de hiera. & pro his omnibus recurre ad ea, quæ de soda cholericæ, & sicca dicta sunt. sed hic notandum, qd, si catarrhus est multus, de cuius multitudine timeamus futurum grande nocumentum; ut suffocatio, aut phti. aut pleuris. aut aliquod tale; tunc non expectata digestionē debemus attendere euacuationi. qd, si nō erit timor; fiat euacuatione præcedente digestionē, ut dictum est.

QUARTUS habet perfectionem ex dictis de soda ex parte gargarismatum, caputpurgiorum, frictionum, uentro-

A sarum: nam, si materia fluit ad fauces; diuertitur cum sternutatorijs, caputpurgijs, & est operatio digna. tu tamen nota, quod hæc omnia in principio sunt suspecta; quia timetur agitatio, & disruptio materiæ. & idèo considera; nam catarrhus in sui maturatione quiete indiget, ut supra. item nota, quod post maturationem in sternutatione est iuuamentum sublime mundificans radicem Mesue, & iuuantior est post corporis mundificationem communem, & propriam. & sic patet, quid dicendum ad Gal. ij. prognosticorum. §. illo. Sit mutatio cum rheumate, & ad Auicen. quinta tertij. de catarrho & coryza, ubi dicit, quod sternutatio est nociua, intelligitur non præcedente digestionē.

In gargarismatibus uerò reperitur quandoq; nocumentum: unde Mesue in tribus casibus laudat gargarisma; & in quatuor habet ipsum suspectum. primò nanque laudat; cū catarrhus est subtilis, acutus, & gargarismate ingrossatur, & prohibetur eius descensus, si que per ipsum expulsionem facilis. secundò, quando est grossus, uiscosus, & per gargarisma inciditur, & subtiliatur. tertio, quando per ipsum abstergitur, & mundificatur materia catarrhalis ad fauces fluxa. suspitio uerò eius est administratio eius in homine, in quo consueuit catarrhus ad pectus fluere. secundò, quando catarrhus est de genere acutorum, & mordicantium, & consideratur. tertio in præfocationibus, quæ sunt subito. quartò, quando est uehemens multus, hæc Mes. in his enim casibus agit materiam, & conuertit eas ad uias pectoris, & pulmonis, & faucium. propter quod notandum, quod omne gargarisma fit, aut ut materiam conuertat de parte nobili ad ignobilem, aut ut fluxum sistat, aut abstergat, quod fluxus, & fluit, aut ut alteret, quod fluit, aut aggreget ex his plures intentiones. item inter diuertentia catharum numeratur frictio facta in zuedenoghi cum coepe acuto, aut scilla, prius tamen capite raso: deinde superponatur rubrificatorium; ut sterco columbi: aut uescicatorium, ut catarides, & aperiantur uescicæ. deinde retinetur, donec appareat sanitas. & ultimò, cum non conferunt; cauterizetur ille locus, & est, ubi peruenit digitus magnus posita extremitate manus in extremitate nasi, & dimittatur apertū uulnus pluribus, & pluribus diebus. & pro his omnibus recurre ad ea, quæ de soda, ut dictum est; nam ibi habetur completè de lotionibus, & alijs diuersionibus necessarijs.

Multi tamen faciunt cauterium in parte posteriori colli; ut nuchæ, & maximè quando fluit ad pectus. quidam ut Gerardus de occipitio primò, deinde in commissura cauterium ponit: sed hæc fienda sunt materia existente frigida. & de isto dicetur infra in dubijs.

QUINTUM complet catarrhum sistentia; ut sunt aut gargarismata, aut pilulæ, uel alia, quæ tenentur in ore, aut suffumigationes, aut odorations, aut quæ deglutiuntur, aut quæ lambuntur, aut sacculi, & huiusmodi. sed ante administrationem prædictorum oportet aduertere, ne incidamus in errorem stolidorum, qui ante mundificationem ipsa administrant; nam sic in principio sistendo ipsum fit eius magna accumulatio, & ex consequenti postea magis eius, & periculosa disruptio. fiant ergo hæc post corporis mundificationem. quod intelligitur regulariter: nam aliquando facimus in principio; cum timeamus, ne repat in profundum, aut ad partes nobiles, & nobilium, & necessarium operationum fiat destructiuus illicò; sicut est catarrhus præfocatiuus, ut Mes. absolutè aut tenendum, qd ista sistentia sunt aliquantulum suspecta; quia timetur semper ex eis collectio, & ex consequenti disruptio maior: nã securius est ad diuertentia se conuertere; nam, licet dilatent materiam, & multiplicent; tamen ad partem cõem non timorofam conuertunt. gargarisma in calido. & diamoron, diapapauer cum aqua ros. aut cum aqua decoctionis corticum papaueris leuiter, balaustrarum, aut cum aqua hordei, aut cum aqua decoctionis lentium ro. cum modico caphoræ, aut pro nobilibus magis ex diadraganto cum aqua ros. aut hordei.

Quidam pro secreto ponunt. & syrupi de papauere, diamoron, ana. ʒ. ij. aquæ ros. quartam unã, uini granatorum. ʒ. ʒ. misc. nam uinū granatorum, quia inspissat, & acetum

fubtiliat; est aceto conuenientius. pilulæ uerò sunt pilulæ bichichæ. item. \mathcal{R} . seminis papaueris al. 3. ii. seminis portulacæ, lactucæ. ana. 3. i. dragaganti, gummi arabi. opii, croci. ana. 3. s. penidiarum, amygdalarum. ana. 3. i. puluerizentur subtiliter, aut cum syrupo de papauere fiant pilulæ ad quantitatem lupini in ore tenendo. item in ore teneatur inter dentes, & genam continuè die. s. ac nocte frustulum diadraganti frigidi. suffumigia, & orationes quærantur de soda cholericæ. laudantur tamen suffumigia facta ex sulphure, & aceto; ut sulphur in modica quantitate in aceto ponatur, & calefiat acetum, & recipiatur fumus. quòd, si dicatur sulphur calidum, est dicendum, quòd sua siccitate iuuat acetum ad oppilandum uiam; ne fluat humor, & caliditatem amittit ex commixtione eius cum aceto. idem operatur semen lini in aceto infusum, & hoc si prius torrefiat. item sandarachæ cum aceto est sublimis, item uapor aceti super lapidem molarem, uel tegulam ignitam. item uapor ex camphora, hordeo, & aceto, & multa cõsimilia. require Aui. Mes. & c. pomum laudatum. \mathcal{R} . ro. ru. sandalorum ru. & al. an. 3. ii. florum nenupharis, florum uio. ana. 3. i. s. spodii. 3. s. camphoræ gran. gra. iiii. boli arm. nucis musc. ana. \mathcal{D} . iiii. & cù aqua ro. gummi ara. & cera alba fiat pomum odoriferum, supra de his ad plenum magis de febre pestilentiali. ex his autem, quæ labuntur, & deglutuntur, sunt diapaouer, siue loch de papauere, diacodiõ descriptione Mesue, & fortius est diacodion Nic. pro sacculis uerò, & cerotariis supra de soda calida.

In frigido uerò cõsimiliter agendum. gargarisma. \mathcal{R} . myrrhæ, olibani. ana. 3. i. nucum cupressi, nucis musc. ana. 3. s. fiat pul. bulliant in lib. una uini styptici usque ad medietatis consumptionem, & coletur, fiatque deinde gargarisma. & aliter ex cõsimilibus, ut placet, pilulæ. \mathcal{R} . storacis calamitæ, olibani. ana. 3. i. s. carniū passularum benè pinguiū, pennidiarum. ana. 3. ii. opii, croci. ana. \mathcal{D} . i. puluerizentur misceantur cum hydromelle. fiant pilulæ in ore tenendæ ut supra, & teneantur sub lingua die, ac nocte. item. \mathcal{R} . myrrhæ, thuris masculi. ana. 3. ii. s. opii, iusquiami, mastice. ana. 3. ii. conficiantur cum succo methæ, & detur ex eis à tribus usque ad quinq; cum itur dormitum. & ad idem ualent, & sunt mirabiles pilulæ de cinoglossa descriptione Nic. quæ dentur, ut dictum est. & plures ex usu earum sunt sanati: & qui longis temporibus passi sunt fluxum rheumatis attentis aliis canonibus generalibus. item retentio olibani, & myrrhæ in ore: item spica inter dentes retenta est sublimis iuuamenti per diem, & noctem, & est expertum. etiam pro suffumigiis, & odoramentis recurratur ad ea, quæ de soda frigida phlegmatica. laudatur tamen suffumigium nigellæ, & est mirabile, ut puluerizetur super lapidem ignitum. ite ex ea, & costo, & est expertum. item. \mathcal{R} . olibani, storacis liquidæ, costi, sandarachæ ana. fiant formæ. & cum uolueris uti ex eis puluerizatis; fiat suffumigium, ut dictum est, & ex aliis alia fabrica. odoriferum in causa frigida. \mathcal{R} . storacis siccæ, ros. ana. 3. i. legni aloes electi. 3. vi. ambra. 3. iii. musci. 3. s. fiant poma cum diadraganto; sunt enim nobilia, & pro nobilibus. & pro pauperibus recurre supra de soda, & infra de soda pestilentiali. & pro pauperibus odoretur nigella torrefacta in panno lineo; est enim singularis medicina. similiter ipsa torrefacta, & cum cotto in panno ligata in modum pomi odoretur; & est iuuatiua ualde. in ore autem teneri, deglutiri, aut lambendo syru. de papauere cum aqua decoctionis olibani, mastice, myrrhæ, aut ex his, & similibus cum dicto syru. potest fieri loch confectio solida. & tu circa hæc considera. item teneatur diadragantum calidum: nam frigido addas ex mastice, olibano, myrrhæ, & huiusmodi; ut calida excedant frigida. item sacculos ordina, ut supra de soda frigida, & cerotaria, & alia. & tu ibi, & capitulo de apoplexia.

PRO SEXTO sciendum, quòd stomachus est maximè suspectus inter alia membra. quòd, si cõtingat; rectificetur, ut infra de stomacho, & prohibeatur ascensus uaporum ad caput, ut supra de soda per communitatem.

SEPTIMVS adimpletur cum his, quæ dicta sunt de soda calida, & fri. radendo, aut deponendo capillos, & applicando, quæ ipsum confortant, ut ibi. nota tamen hic dictum

Euicen. hoc capitulo. Oleum uerò, in quantum potes, fac ne caput tangat, nisi non inueneris ex sensione, ita ut indigeas in frigidatione, aut calefactione; nam oppilat poros, & prohibet transpirationem; & propter hoc, ut supra de soda prohibeatur lac.

RECEPTI resolutio, ut dictum est de soda, & tu ibi, & maximè quando materia est in capite. quòd, si catarrhus ad pectus fluxerit; tunc administrentur loochata; ut looch de pino, & huiusmodi secundum materiam, de quibus infra de tussi. Placentinus laudat uehementer in frigido exhibitionem diazinziberis in sero administratum cum aqua frigida in ætate; in hyeme uerò cum uino lymphato: tollit enim asperitatem, & prohibet fluxum catarrhi, & circa auroram expuitur superfluitas.

NONVS uerò completur cum his, quæ applicantur ad extra, & dantur ad intra; ut prohibeatur ex eo nocentum futurum grande; ut uerbi gratia, in calido; ne destruat pulmo, aut pectus, deinde sequatur pti. pleures. fractura uenæ, inungatur pectus cum oleo uiol. & de papauere, chamæmillino additis pulueribus frigidis, ut infra de tussi & de dispositionibus pectoris. ad intra uerò administrando sorbitiones ex tri. ex amilo, farina hordei, & huiusmodi cum zuccharo, aut cum diadraganto frigido, etiam cum lacte, si non adest feb. nocet lac, ut Auic. hic. item dando syrupo de papauere cum aqua hordei, aut aquam ipsam cum diadraganto frigido. item. \mathcal{R} . diadraganti. 3. s. specierum looch de papauere. 3. ii. zucchari candi. 3. i. penidiarum. quart. s. aquæ ros. quart. i. zucchari albissimi quar. iiii. fiat electarium. cõsimiliter in frigida unguatur cum oleo chamæmillino, de been, & huiusmodi calidis, stypticis, & masticino. ad intra uerò sorbitio ex farina tritici cù modico mellis furfur tritici cum oleo amygdalino. modico mellis uel zucchari ru. & ex looch, looch sanum, & expertum. item looch de pino. item. \mathcal{R} . cinnamomi. 3. i. s. storacis calamitæ 3. i. ligni aloes, mastice, olibani. ana. \mathcal{D} . i. liquiritiæ, carniū uuarum passularum benè pinguium. ana. 3. i. candi. 3. s. zucchari albissimi. lib. i. fiat electarium. item qualibet nocte deglutiat grana tria olibani. & cõsimiliter suo modo dicatur de aliis membris.

PRO VLTIMO uerò sciendum, quòd, ut dictum est, catarrhus est mater ferè omnium ægitudinum; quoniam aliquando fluit ad oculos, & facit oculorum diuersas passiones, ut supra; quandoque ad pectus, & pulmonem, & facit pleuresim tussim, phtisim; quandoque ad fauces, & guttur, facit squinantiam, & facit apostema amygdalarum, & glandium; quandoque ad nares, & facit coryzam: quandoque ad stomachum, & facit lienteriam; quandoque ad intestina, facit diarrhoeam, & acutus dysenteriam; quandoque ad renes, & facit dolorem, & quandoque est causa lapidis, & sic de aliis. quare, ut dictum est, pro paruo non est habenda cura eius. & de his omnibus suo dicetur loco. studium itaque sit in euacuando, & diuertendo, & hæc duo saepe reiterentur.

De foetore narium. Rub. 6.

FOETOR nasi est odor foetidus ab eo egrediens. causa cuius fm plurimum est mala complexio cum materia existens circa colatorium, & partes uicinas ei. dicitur fm plurimum; quoniam aliquando, & non raro à partibus inferioribus contingit; ut à stomacho, pulmone, siue pectore, ut in pleuresi, peripneumonia, gingiuarum putrefactioe, uel detium, & humoribus putrefactis in uentre anteriori cerebri, uel in toto cerebro. & est dictum colatorium; quoniam aliquando in naso ipso nascitur caro, quæ dicitur addita, aut hæmorrhoides, aut polypus, aut ulcus in ipso, uel ossibus eius, uel oppilatio colatorii, a quibus, uel altero ipsorum putrefactorum eleuatur uapor putridus, qui est causa defrens odorem multum, siue foetorem.

CAVSÆ. Ex causis, & habitibus quædam sunt primitiæ, quædam antecedentes, quædam coniunctæ. exemplum de primis; ut cibi corrupti, aer corruptus odores corrupti, & huiusmodi. exemplum de secundis, & primò de complexionalibus; mala cõplexio cali. & hu. debilitas caloris naturalis in toto cerebro, uel in parte anteriori tantum, & humoralis; putridus humor, uel multus, quem calor

calor naturalis digerere non potest, & in purum transmutare, & in purum expellere. & est hæc una ex causis præcipuis foetoris compositionalis: ut strictura cheisim proræ cerebri, uel nasi, & est signum humidæ complexionis, & causa retentionis humorum, qui ob retentionem putrescunt. ite apostema, aut putrefactio, & corruptio in ossibus, quorum cura difficilis est. item caro addita, ut supra. causa coniuncta est ipse humor putridus, ut supra.

Signa demonstratiua, si causa est in naso; illam clarificat uisus; exempli gratia, si sit in eo apostema, caro addita, putrefactio ossium, & huiusmodi.

Signa, si fuerit ex alio membro; ut ex capite; tunc nasus est mundus, & in capite sentitur nocumentum, & maxime in prora capitis.

Signa eius, qui est à stomacho, uel aliis membris inferioribus; signum nocumentum aliquod in eis; ut apostema, aut diminutio digestionis, & huiusmodi. item post comestionem non sentitur sic, neque est foetor ita horribilis, imò simul sentitur foetor cum odore rei, comestæ. item, quia cum nares stringuntur; sentitur foetor ex ore; stringantur autem nares fortiter. & hoc fiant ante comestionem.

Signa, si fuerit foetor ex materia in naso, aut uis eius contenta; ita sentitur foetor ante, sicut post comestionem. & cum nares fortiter stringuntur; nullus pro tunc foetor ex ore exit. item, si teneatur res odorifera in ore, & foetor sit in naso, uel uis eius; non tollitur foetor: contrarium, si ex stomacho, uel à partibus uenerit inferioribus.

Signa multitudinis humorum, & qualium iam ex sæpe habitis manifesta sunt. & si sanguis, si cholera, & huiusmodi, de quibus in principio operis. item nascitas est signum oppilationis, & est contrarium eius, quod dicunt uulgares; quia dicunt, quod tales loquuntur in naso, & non est uerum.

Signa causarum primitiuarum sunt manifesta satis, & similiter signa causarum complexionalium.

PROGNOSTICA. foetor, qui est ex corruptione ossis, magis est incurabilis; si parua, & maxime difficulter retenta debita forma nasi. de foetore etiam habebis infra de foetore oris, & utilia. & tu ibi. scito hic primò, quod cura foetoris est duplex; uera, & paleatiua. & incipiamus à prima.

CURA. canones seruandi in facto ex putrefactione humorum circa colatorium, aut in carunculis, aut uentriculo ipso, aut in cerebro, aut in naribus suspensorum sunt quinque, ordinatio dietæ, digestio humoris, euacuatio, diuersio, particularium applicatio.

Regimen itaque ex parte sex rerum non naturalium ueratur ad contrarium causæ, ut sæpe dictum est; ut abstinere ab aere putrescibili, à cibis putrescibilibus, & breuiter ab omnibus, quæ sunt apta putrefactionem in humoribus inducere.

Digeratur materia, ut oportet, iuxta quæ dicta sunt in quarto tract. & tu ibi. nota tamen, quod in digestiuis debet poni odorifera capitalia malam complexionem extraneam corrigentia cali, aut frig. aut mixta secundum materiam exigentiam.

Euacuatio autem fit solutione uentris reiterata, aut phlebotomia, aut ex utrisque; si oportet: cum phlebotomia uero; si fuerit sanguis peccans, aut in toto repletio fiat ex cephalica; deinde in uena, quæ est in capite narium. solutione uero cum his, quæ sunt appropriata, quorum memoriam habes in.iiii. tract. nam cum euacuantibus humorem peccantem adde, quæ dirigunt ea ad nasum cum medicinis appropriatis, ut supra. & est canon sæpe replicatus.

Diuersio fiat, ut supra de soda. & laudatur maxime cauterium factum in zuedenighi, de quo sæpe dictum est. & quidam ponunt eum sub mento, & Auicem. dextra parte caluz. & à sinistra eius coram auribus, quæ sequuntur ad ambo tempora.

Quintus canon complementum habet ex obseruatione trium particularium, quorum primus est mundificatio, secundus exiccatio, & consumptio, tertius est loci aromatizatio. abstergentia uero, & mundificantia in casu hoc laudata sunt, primò uinum bonum, odoriferum, album; ut maluatium, de quo fiat lotio post lotionem, & sit tepidum, de

quo dicit Placentinus, quod ex sola tractatione uini talis per nares in die pluries facta liberauit quendam nobilem, ita tamen, quod, cum cessauit per tempus notabile, ab eius lotionem redibat foetor; sed ipse erat prius passus toto tempore uitæ suæ hanc passionem. item uinum tale, cum quo decoquatur calamus aromaticus, cyperus, ros. myrtus, aut huiusmodi. item cum melle rosa. & mel ipsum cum aliquo ex dictis in decoctione eius, uel eorum in uino, uel aqua. item lac, aut simplex, aut cum decoctione aliquorum iam dictorum. item similiter aqua hordei, ut in frigido cum calidis, & in calido cum frigidis. & ex melioribus lauacris ad foetorem narium urina asini Mes. & meliora caput purgia magis iuuatiua eis sunt urina asinorum: illa nunquam fallunt Auic. de cura eius. laudatur, & succus menthastri. exiccantia uero calamus aromaticus, spica, cyperus, rosæ, myrtus, calamentum, & fortius elleborus, item alumè zucharinum, sal gemma. ista puluerizentur, & naribus imponantur, aut attrahantur. & ex optimis est hoc. & calami arom. myrrhæ, garyophyllorum. ana. 3. ii. fac tentas ex eis cum bono uino, & impone. uel sic. & spicæ, galliæ, garyophyllorum. ana. partes æquales. decoquantur in uino, & lauentur nares benè, deinde fac lycinium, & in eo pone, & naribus applica. & quidam faciunt suffumigia ex decoctione herbarum ualentium in casu; ut ex uiol. ros. calamento, maiorana. deinde exponunt exiccantia in modum unguenti, & in idem reuertitur. aromatizatio uero fit cum his; ut sunt muscus ambræ, camphora, uiola, ros. calamus arom. garyophyllus, myrtus, & huiusmodi. & xyloaloes crudi, garyophyllorum, ro. ana. 3. ii. spicæ, galliæ muscatæ. ana. 3. i. conficiantur cum uino bono, ut supra, aromatiza cum musci gra. viii. fac pilulas in modum ciceris, & dissoluatur una in oleo nardino, uel aqua rosa. attrahatur, uel distilletur in nares postquam laueris eas cum uino decoctionis spicæ, & ro. & hoc maxime in causa frigida. quod, si fuerit ex causa calida; utere camphora, & aliis frigidis componendo per te, ut opus erit, ex datis supra de soda cali. ut uerbi gratia. Recipe gal larum, myrti, uiol. ros. calami aroma. puluerizentur, & addatur camphora. item theriaca dissoluatur in uino, ut supra, & illud uinum attrahatur omni die pluries; mirabiliter operatur.

CURA. si foetor nullo modo remoueri possit; curetur cura paleatiua, ut sic. Recipe seminum maioranæ, basiliconis, garyophyllorum, nucis musca. chamæmille, ligni aloes, storacis, calamenti, ambræ. 3. ii. musci. 3. s. fiant pilulæ cum aqua ros. deglutiantur duæ singulo die, & in ore quasi continue una teneatur, & potissimè quando cum aliis conuersari uoluerit.

CURA. si foetor à partibus inferioribus prouenerit; ut stomacho &c. rectificetur, ut infra in capitulis propriis euacuando, dietado. deinde utere diuersionibus, & rebus odoriferis bonum facientibus, de quibus facta fuit mentio, ut eis tenendo in ore etiam per nares trahendo. & scito, quod uomitus est iuuatiuus uehementer in hoc casu, à quo abstinere sapiens, si æger habuerit peccus strictum, passionem oculorum, ut infra de uomitu.

CURA. si fuerit ex cerebro; consimiliter procedatur, euacuando, digerendo, & diminuendo, & ultimò applicando suffumigia, & alia, ut supra de soda, & ultimò aromatizantia per modum, qui dictus est.

CURA. si fuerit ex polypo crescentia carnis, aut ulceratio; curentur hæc prius, ut infra in propriis capitulis: deinde procedatur cum canonibus tribus dictis in administratione particularium.

CURA. si fuerit ex oppilatione; procedatur prius cum de oppilantibus, ut supra de odoratu; deinde cum tribus canonibus iam dictis.

De ulceribus nasi. Rub. 7.

VLCVS nasi est pustula sordida ad extrà, uel ad intrà ipsum existens.

CAUSA cuius est secundum plurimum materia adusta, aut materia subtilis cholericæ cum crusta subtili, & sicca satis acuta, aut phlegma falsum cum crusta grossa, & humida magis. quarum causarum causa est, aut catarrhus acutus.

nis, aut vapor aliunde veniens. & dicitur secundum plurimum; quia aliquando fiunt à casu, & percussione. & ex eis, quædam dicuntur dulcia; quia minus fortia: item quædam recentia, quædam chronica: item, quæ sunt ad extra aliis paribus, sunt leuiores ad sanandum; quæ verò ad intra, difficiliora: & prauiora sunt, quæ sunt in colatorio, uel partibus eius.

CURA habet. v. canones. primus est ordinatio diætæ: nam, vt dictum est, oportet ad contrarium causæ declinare; est enim uapor acutus, aut humor cholericus defluens. & tu omnia hæc agita, vt de soda cholericæ.

Secundus est digestio, & quibus fiat habitum; est eodem loco, & tractatu.

Tertius euacuatio cū pharmacía, aut phlebotomia. cum pharmacía iam dictum est in tract. iij. de euacuationibus cholericam, aut phlegma falsum, additur his, quæ ipsa dirigant ad superiora, & reiteretur sæpe cū phlebotomia, si opportuna erit; ut quia in toto erit repletio, aut quia humor peccans est cholericus sanguineus, aut quia est facta retentio sanguinis quomodolibet in uiro, aut in muliere ex parte menstruorum, aut hæmorrhoidarum, & huiusmodi: unde vapores eleuati sunt causa vlcerū, quibus casibus fiat phlebotomia, in menstruis ex saphena, in hæmorrhoidibus prouocentur; ut infra de eis, in aliis fiat ex cephalica vsq; ad venam in extremitate nasi à ventosatione in nucha facta, & cum scarificatione.

Quartus est diuersio: quomodo completur, iam sæpe dictum est, & ad plenum de soda, & catarrho.

Quintus est administratio localium, qui pluribus cano- nibus completur, primus, quod medicinæ, quæ administrantur in cura vlcerum nasi, debent esse mediæ inter illas, quæ administrantur in cura oculorum, & aurium: nam nasus est humidior aure, & siccior oculo. secundus, vlcera nasi in principio sui indigent rebus exiccantibus. quod, si dicatur, Auic. docet administrare in principio mollificantia; vt oleum viol. mucillaginem psillij; dicendum, qd illud facit ad remouendum primò crustam; quia de illis loquebatur: deinde benè docet vti exiccantiis, considera, debet itaque intelligi principio sui post administrationem mollificatiuorum, & abstergentium, siue mundificatiuorum, propter qd ponitur tertius canon, qd in cura eorum ante omnia uti debemus abstergentibus, mollificantibus, vt statim dicitur, quartus, quod vbi fuerit à capite; debet caput confortari, ut supra de soda cholericæ per essentiam, quod si fuerit ex uaporibus eleuatis; recurre ad ea, quæ de soda per communitatem, quintus, qd omnes medicinæ, quæ ponentur de cura hæmorrhoidarum, sunt iuuatiuæ, & in cura vlcerū; cum vlcera fuerint fortia, & non dulcia, de quibus omnibus suo ordine, & primò de fortibus, & maximè ad intra. nam in principio debemus uti mundificantiis, absterfuiis, reprimentibus etiam malam complexionē; cuiusmodi est aqua mellis rosa, colati, aqua hordei, lac caprinum, item aqua ipsa calefacta, secundò applicemus mollificantia; ut oleum viola. ceram albam, pinguedinem gallinæ, medullam crurium vaccæ, mucillaginem psillij, hyssopum humidam in caliditate repressam, dragagantum, maluam, oleum nenupharinum, ceram citrinam, mucillaginem citoniorū, oleum amygdalarum dulcium. tertio adducantur exiccantia mediocria; ut litargirum, cerussam, & unguentum ex ea, olibanum, sarcocolla, myrrha, aloes, & alia, quæ dicta sunt de vlceribus aurium, quæ sunt ex eis debiliora. quod, si fuerint chronica, & difficilia ad sanandum; tunc fiat primò mundificatio cum his, quæ sunt mediocris absterfionis; vt vinum, mel. quod, si fuerit uehemens putrefactio; addatur cum eis parum colchotar, aut unguenti egyptiaci, & urina infantium in hoc est laudata. aliquando fit, & est fortius cum nitro, & sapone. secundò fiat incarnatio cum exiccantiis incarnantibus; ut est unguentum de cerussa, cerussa ipsa, lithargirum, & apud uehementem putredinem cum aristolochia ros. colchotar, & similia. item unguentum triapharmacum, Mesue distinctione. xi. tertio administrantur exiccantia, consolidantia, & sigillantia vlcera; sicut est unguentum, siue puluis ex myrrha, olibano, sarcocolla, & similibus. sed nota, quod puluis radicis peucedæ-

Hyssopus
humida &
sordities
aggrega-
ta sup la-
nā ouis.

Eni est maximè consolidatiua, quæ apud uehementem necessitatem poterit administrari. & tu considera eius mordicationem, & quod dictum est de ipsis intrinsecis, etiam intelligatur iuuamentum in ipsis extrinsecis, & tua est applicare; nam in ipsis siccis cum rebus magis exiccantiis, cum minus verò siccis rebus minus exiccantiis; ut cū oleo ros. adipe gallinæ, cera, & similibus: unde Mes. Cum uerò vlcera fuerint humida; curantur cum medicinis minoris exiccationis. & in fine ponam aliqua exempla, & laudata. in dulcibus uerò in principio fiat lotio leuis, ut materia petat; deinde inungantur nares cum oleo rosa. oleo viol. & cera, aut cum adipe gallinæ. & fortius est unguentum de cerussa, & triapharmacum. quod, si queritur exiccatio fortior; addatur aliquid scorizæ ferri, aut argenti. item fortius. R. cerussa. ʒ. iij. lithargiri. ʒ. i. plumbi vsti ablutī cōtriti cum vino. ʒ. iij. & cum oleo myrtino, & modico aceti fiat unguentum, & est optimum. ad exempla promissa uenio. unguentum expertum in recentibus & antiquis.

Recip. cerussa, medullæ cruris vaccæ, olei amygdalarum dulcium, olei sisamini, gummi albotim, ceræ albæ. ana. par. i. dragaganti, gummi arab. ana. par. ʒ. fiat unguentum addito modico aquæ ros. & utere cum lycinio, aut aliter, item & myrrhæ, cerussa, lithargiri, gallarum modicum combustarum, aluminis, ana. ʒ. i. puluerizentur in pul. & cum quarta una olei rosa. & modico ceræ fiat unguentum. aliud, & expertum. R. cerussa, lithargirij, plumbi vsti. an. conterantur pluribus vicibus lauentur cum aqua ros. deinde, & olei myrtini, vini. ana. & agitentur cum pistello multū in mortario; deinde remoueantur, & in mortario ponantur pulueres benè cribellati, & fundatur oleum, & uinum paulatinè, & cum mortario misceantur; donec totum ad spissitudinem ueniat. quidam, ut Mesue, & præcipuè in exterioribus, quæ sunt crustæ, & bothor, & asperitatis rubei coloris faciunt cum duobus cauteriis positis inter labia, & gingiuas iuxta dentes caninos; ut ascendant hinc inde ad colatoria nasi. postremò scito, qd afferenda sunt hic multa, quæ dicta sunt supra de vlceribus aurium rubrica de calore earum, tu tamen nota, quod aures sicciori, & acutiori indigent medicamine, ut dictum est. item, si ex vlceribus sequeretur dolor fortis; non inconueniret applicare opium cum aliis. item succus sicæ solus, aut cum aliis est ex medicinis iuuatiuis ualdè.

CURA in factis à casu. regatur, vt in cæteris uulneribus faciendo in principio phlebotomiam, aut uentosas in spatulis desuper ponendo albumen oui cum camphora mixtum, deinde unguento de cerussa, & similibus cōsolidetur. & tu benè hæc considera.

De apostematibus narium. Rubr. 8.

APOSTEMA narium præmissis uniuersalibus triplici curatur intentione. prima quidem repellente materiam; vt oleo ros. myrtino, aqua rosa. & huiusmodi; ut & farinæ hordei, rosa. ana. par. i. camphoræ. par. i. quartam. tere, & confice cum suc. granatorum, aut aqua rosa. vnge intus, & extra probatum. valet in sanguineis, & bothoralibus. secunda verò cum mollificantiis; ut cum oleo communi cōquassato cum aliqua ex instillationibus, aut cum lacte. tertia autem medicamine maturatiuo; ut est diaquilon dissolutum in oleo, aut mucillagines dissolutæ in oleo, aut mucillago radicis lilij cocta, & dissoluta in lacte cū adipe gallinæ. medicamen in cholericis expertum. & mucillaginem psillij, aut seminum citoniorū, aut albumen oui, & cōquassa cum oleo rosato, aut viol. & infrigida ea, & utere. de hoc cap. non multum curauit. sufficit hoc.

De oppilatione in chaisim, uel chaisim. Rub. 9.

CHAISIM est pars superior nasi, & dicta est cura eius supra de diminutione, corruptione, & ablatione olfactus, & huius dispositionis nasitas est accedens; quia propter oppilationem, qua prohibetur transitus aeris per nasum ad guttur, & econtra, fit aeris resistentia in eo, qui fit attractus & impetuose non habens exitus ad guttur occurrens cartilaginibus, nasi refrangitur, & sonum causat. & in hac dispositione dicuntur homines, qui sunt alborati, de qua etiam

etiam aliquid supra de signis foetoris narium. & tu ibi.

CAUSAE. Et huius oppilationis causa est aliquando humor uiscosus, & tenax, aut caro nata, aut crusta, aut aliquid tale, & nasitas est signum ipsius, & prohibet superfluitatem exufflatione ad hoc, ut bibatur in chaism.

CURA. Et ualet ad eius curam caputpurgium cum aqua maiorana, & huiusmodi, & reliqua dissoluentia humorem oppilantem. & tu recurre ad locum dictum. & aliquando pro eius cura est necessaria manus chirurgici, ut statim dicetur de hæmorrhoidibus nasi. & tu ad hoc lege iam sequentem rubricam.

De polypo, hæmor. & cancro. Rub. 10.

POLYPUS est quedam crescentia carnis media inter duritiem & molliem sub quantitate ciceris, uel lupini, in foraminibus nasi in parte superiori secundum plurimum circa stricturam eius satis fixa. cuius causa est humiditas a capite descendens ibidem collecta mixta ex phlegmate, & melancholia, quæ a calore accidentali per putrefactionem, aut corruptionem innato in formam illam, & carnem conuertitur. & dicitur polypus ad similitudinem illius piscis sic nominati; quia plures habet pedes; unde ab Auenzo. dicitur multiceps; suis enim multis pedibus firmiter adheret loco in quo est. quare fortassis etiam propter hanc causam Auic. eum cancrum dicit; nam solum de hæmorrhoidibus, & cancro mentionem facit sub cancro polypum comprehendens. Gal. tamen eum polypum nominat.

Hæmorrhoidis uero est quedam crescentia carnis mollis alba, quandoque rubea, quandoque fusca sub quantitate grani uuae in foraminibus nasi pendens, ac quasi separata in partibus inferioribus eius, ut plurimum orta. cuius causa est sola materia phlegmatica, aut phlegma cui aliquid sanguinis, uel melancholice commiscetur.

Cancer uero est crescentia carnis dura, & fixa magis in quantitate grani tritici circa cartilagine nasii orta. cuius causa materia melancholica adusta, & indurata currens per uenas ex cerebro ad nasum. ex quibus apparet, quod polypus est quid medium ex parte molliæ, fixationis, siue adhaerentia quantitate inter cancrum, & hæmorrhoides. quidam tamen inter carnem mollem absolute, & hæmorrhoides differentiam ponunt; ut cum per stricturam nasi a carne illa san. affluerit, uel quomodolibet temporaliter; tunc appellant hæmorrhoides; cum uero non fluxerit san. dicunt carnem mollem. & Auic. licet uoluerit polypum cancrum nominari; propter quod Guido condemnat distinctionem datam; tamen pace Auic. ad clariorem doctrinam eam, ut posui, sequar cum Gal. Mes. & Sera. Halyabbas, & ceteri moderni omnes sic senserint; cum cura uariari non uideatur nisi penes forte, & debile: nam dicamus, quod polypus est cancer debilis, siue facilis, siue uia ad cancrum, quæ denominatur magis a termino ad quem, quam a quo. & sufficet pro Auic. ne ab aliis deuiare uideatur. & polypus aliquando est paruus aliquando magnus, ita ut oppilet foramen, uel foramina nasi, aliquando peruenit usque ad uulnam.

Signa demonstratiua hæmorrhoidarum, uel carnis mollis sunt mollietas, & quod nulla soliditas ibi reperitur, & quod humores ab eis emanant temporaliter, & tactus narium est mollis, quando stringuntur, & sunt absque dolore. quod, si sint alba; est facilis cura. quod, si fuerint rubra, aut fusca; sunt uehementis doloris, & difficilis cura præcipue; cum ex eis fluit sanies foetida.

Signa polypi, quia est oppilatio nasi, & grossities, quæ apparet in exteriori, & quæ figura eius est, sicut figura fici, & est ibi durities aliqua, & foetor.

Signa cancri, quia in naso sunt uenæ plenæ sanguine melancholico, & durities ibi reperitur, quasi ultima, & foetor est intolerabilis, & emanat a loco uirus foetens uiride, aut nigrum, liquidum currens, & sentitur in loco calor cum pulsatione, & scintillationes frequenter sentiuntur, & sunt hæc cum dolore aliquo. item corrumpuntur foramina nasi.

Quando autem caro nascitur in naso post ægritudines capitis, & catarrhos; tunc ipsa est hæmorrhoidis: si uero nascitur post priuationem cursus humiditatum, & post sinceritatem capitis; tunc est cancer. & proprie si in cerebro præ-

A cesserunt ægritudines melancholicæ, & fuerit principium eius; sicut cicer, aut auelana, & inceperit augmentari, & acciderit durities in palato. hæmorrhoides autem aliquando sunt pendentes extra nasum.

PROGNOSTICA. Polypus mollis pendens non putridus, non foetidus habens radicem tenuem, & non multum fixam curabilis est: niger uero durus non tractabilis, aut mollis, putridus, siue foetidus habens fixationem fortem uix curabilis, & forte incurabilis.

CURA. ad curam accedens præmitto primò, quod cura horum magis ad chirurgicum, quam ad physicum pertinet; pro quod eorum curam satis tamen exquisitam breuioribus, ut ualero declarabo. secundò, quod, ubi aliquod istorum in carunculis fuerit, non curatur, quin fiat eorum reciduiatio; eo quod radices eorum nec manu, nec aliter euelli possunt. tertio, quod cancer nasi ubicunq; fuerit non recipit curam per chirurgiam, & maximè ubi radicitus euelli non potest pro fitum, aut eius magnitudinem; sed potius augmentum in quantitate, & qualitate, ut alias declarauimus in cancro domini Abbatis de sexto. canones seruandi sunt, ordinatio dietæ, digestio materiæ, euacuatio, diuersio, & particularium applicatio, accidentium correctio.

B Pro ordinatione dietæ, & digestionem, & euacuationem cum plebotomia recurratur ad dicta de soda, & catarrho, ad ea, quæ de ophthalmia, & cum hoc apponantur, quæ nasum respiciunt, ut supra in aliis sæpe rememoratum est. unde nota, quod euacuatio debet sæpe reiterari; antequam perueniatur ad particularium administrationem. unde Mes. & hæc quidem fiant post corporis mundificationem pluries iteratam. de phlebotomia uero dicendum, quod fieri etiam debet ante particularium applicationem, maximè ubi fuerit repletio in toto, aut in parte, aut fuerit sanguis per se, aut per commixtionem peccans. item et competit ratione diuersionis & hoc est quod uoluit Rasis. ix. Almanf. capi. proprio cum dixit. Cephalica erit minuenda. & Mes. Post mundificationem pluries iteratam, & post phlebotomiam.

Diuersio uero fiat, ut in de ophthalmia, & dictum est in rubrica de catarrho.

C Cura uero cum particularibus duobus modis: uno quidem modo cum medicaminibus exiccatis, acutis, corrosiuis, & medicaminibus consolidatiuis. alio uero modo cum incisione cauteriis, & consolidantibus. exemplum primum cum exiccatis, quando scilicet polypus est ualde leuis, ut R. tetram unam, & infunde eam cum aqua ozimi, deinde pulueriza eam cum puluere corticum granatorum & impone sine cessatione: est enim iuuamenti expertis; sed tardi. item ad idem tenta linita cum ficu, & puluerizata cum puluere nucum cupressi. item tenta in succo ozimi solum, aut cum puluere usneæ. aut fortius tenta in succo ozimi puluerizata cum colloquintida, aut ex his pulueribus. quod, si non uidentur conferre; pertranseundum est ad acuta corrosiua; ut est calx uiua, colchotar, arsenicum, æs ustus, cortex æris, calcanthum, atramentum, nitrum, & huiusmodi; ut uerbi gratia, componendo ex his, & aliis ab auctoribus laudatis; ut scorix æris. 3. iiii. ellebori nigri. 3. i. arsenici ru. 3. i. i. tere, & fac puluerem, & insuffla, & cum lycinio impone. ad idem. R. semen serpentariæ, & tere cum cortice granatorum, cum succo eorum liniatur, & est ex leuibus. idem operatur succus radices eius solus, similiter eius semen. & fortius est his medicamen alchadicon; consumit enim polypum, & cancrum, etiam omnes additiones carnum in omnibus locis, cuius confectio est. R. calcis non extinctæ, arsenici citrini, ana. par. ii. colchotar, floris æris, aluminis. ana. part. i. gallarum, balaustrarum ana. par. 5. contere ea in mortario cum aceto forti contritione multa usque ad dies quinq; deinde fiant ex eis trochisci, & reseruentur in uale uitreo, & loco frigido, & cum uti uolueris distempera cum uino, & applica cum lycinio; est enim expertum, & forte. consolidantia uero posita sunt de cura ulcerum, & est olibanum, sarcocola myrrha, aloes, sanguis draconis, mastix, unguentum de cerussa, unguentum triapharmacum Mesue. exemplum secundi. capiat operator speculum, & faciat sedere patientem in loco opposito soli; deinde dilatat narem cum speculo, consequenter cum tenaculis apprehendat polypum, & ipsum

usq; ad radicem cum forpicibus, aut rasorio incidat, demum cum ferro ignito locum cauterizet, aut cum cauterio potenciali, quod addo; quoniam plures timent ignem. ite nec sic commodari potest, & sine periculo partis sanæ; ut potenziale, de quo potenciali dicitur statim. item, si polypus descenderit usq; ad palatum, & guttur; tunc fiat cum tenaculis, incisione &c. ut dictum est, & ultimò cum cauterio, aut fiat incisio cum forpicibus ignitis; in his enim oportet medicum sua peruenire prudentia. quòd, si non poterit commodè sic incidit; tunc duo, uel tres pili caudæ equi adiuicè torqueantur, ex eis fiat chordula una; deinde fiant in eotres, uel quatuor nodi circa medium eius; deinde attrahatur caput chordulæ per nares à patiente, ut eius caput ueniat ad palatum; ut faciunt cum filo pueri in scholis: aut eum acu plumbea mittatur per nares, ut ad palatum ueniat, & per ipsum trahatur; deinde capiendò utranq; extremitatè chordulæ ducatur, & reducatur, & ad modum serræ, usquequo tota caro fuerit consumpta. deinde remota carne curetur cum ungueto uiridi, & medicamine incarnatiuo, aqua cauterizatiua, qua cautè tangi debet polypus; ne lædatur pars sana. aut. ℞. calcis uiuæ, arsenici citrini, floris æris. ana. ʒ. iiii. argenti uiui non extincti. ʒ. i. bulliant in aqua usque ad consumptionem tertiæ partis, & ultimò ponatur argentum, cum quo tangatur locus. quòd, si remanet dolor; tunc. ℞. uittellum oui cum oleo ros. & superpone. unde nota post cauterizationem oportet extrà, & intrà applicare repercussiuam frigidam, & anodynam, quæ cooperiant totum nasum, & circumcirca aliud ruptorium. ℞. aquæ capitelli. ʒ. i. saponis al. ʒ. s. calcis uiuæ. ʒ. s. ʒ. i. saponis nigri. ʒ. i. auripigmenti. drach. s. confice, & intromittatur. de consolidatiuis dictum est.

Correctio accidentium; quoniam consuevit fluere sanguis, & dicta sunt suprà cum albumine oui, bolo, sanguine draconis.

CURA hæmorrhoidarum. de hæmorrhoidibus dicendū quòd in eis cura est eadem, & eum sint leuiores ad curandum polypum, quàm aliis paribus, ut patet his medicinis datis, & modis leuioribus dictis curentur.

CURA cæncri. de cancro autem dicendum puto, quòd, si cæcer fuerit paruus, & ita sit natus, ut radicitus euelli possit; tunc fiat cura eius cum incisione, & cauterio, ut de polypo dictum est. quòd, si fuerit magnus, & descenderit infra cartilagineas; tunc melius est adhærere sententiæ Hippoc. xxxviii. Apho. vi. Sect. cæncros occultos omnes melius est non curare; curati enim citò pereunt; non curati uerò longius tempus durant. item Auic. & uia illius, qui est fusci coloris, & malæ generationis in profunditate plurima blandimētum sine incisione, & rasiōe. sed in hoc aptior est sententia Rasis nono Almanf. cum dixit. in hoc enim loco plerunque cancer exoritur, qui neque acutas patitur medicinas, neq; incisionem, quæ cum ferro fit; imò indiget, ut sua uiter tractetur, & medicaminibus lenientibus parum post. summopere cauendum est, ne hæc ægritudo, uel ei similis ferro, aut acuto medicamine tangatur. in hac materia me non extendo; quoniam multum chirurgicalis est: nam uide Auic. tertia quarti de cancro.

De sternutatione. Rub. 11.

STERNUTATIO est motus proprius cerebri ad expellendum humorem, aut materiam aliam cū auxilio aeris naribus attracti subito per uiam nasi, & oris: hæc enim uirtutem animalem expulsiuam incitant, ut rem nociuam à se impetuose expellant. propter quòd aduertendū, quòd hæc causa quandoque est uiolenta, quandoq; est naturalis. uiolenta quidem, & extrinseca; ut sol, puluis; intrinseca uerò, uapor eleuatus; ut in pleuresi, peripneumonia, & huiusmodi, aut materia aromatizans mordicatiua. & hæc sternutatio propriè dici debet motus cerebri: nam aliquando est motus naturæ; ut cum aliqua superflua materia in cerebro est, quæ ipsum aggrauat, aut sua mordicatione stimulat; quare incitatur expulsiua de quo. v. de accidenti, & morbo dicitur, quod est ui naturæ. de sternutatione autem uidenda sunt quinque. primum, quæ sunt iuuamenta eius. secundum, quæ sunt nocumenta. tertium, quæ est laudabilis, & bona, & quæ non.

E quartum, quæ sunt sternutationem facientia, & prohibentia. quintum, quæ sit eius cura.

Iuuamenta quidem sunt, quoniam per ipsam exiccatur, aut mundificatur caput à materia; quamuis non sit digesta, & specialiter si pauca fuerit. secundò mundificatur ab ea uaporosa, uel uentosa; quamuis sit plurima. unde Auic. proprio cap. sternutatio est ex rebus magis ualentibus ad repletionem uaporosam. item facit partum facilem. iuuat ad expellendum secundinam, & superfluitates retentas. unde solatiose narro. quædam puella in os uulua eius imposuerat castaneam paruam, & cum manibus trahi extrà non posset, & uetula quædam cum pipere fecit eam sternutare, & subito egressa fuit. item consimiliter contigit in puella, in cuius naso erat os cerasæ. iuuat consimiliter in expellendo, quæ aures ingrediuntur, ut suprà. & breuiter capitis grauitatem sedat.

Nocumenta uerò sunt, quoniam nocet catarrho in principio eius, quando quæritur maturatio ipsius; maturatur etenim quiete. item quadoq; multiplicatur ita in febribus ut uirtutem deiiciat, caput superfluitatibus repleat, scotomiam inducat, & ut Auic. ut sit in his festina retentio. item nocet habenti materiam crudam, aut multam in pectore, & pulmone. & breuiter in omni ægritudine, in cuius maturatio quæritur quies.

Bona, & laudabilis est, quæ est post maturationem coryzæ, sodæ, phrenesis, lethargiæ, subeth, apoplexiæ, epilepsiæ, scotomiæ, & post materiæ minutionem. mala autem est illa, quæ fit præter ordinem dictum, & illa, quæ cum rheumate existit, & maximè in principio. si uerò in aliqua ægritudine applicantur sternutatoria, & fortia, & patiens nò possit sternutare: est de eo desperandum. Mes. Auic.

Promouentia sternutationem sunt ab intrà sumpta, & specialiter ab ore cœpe acutum, allium, sinapis, uinum forte, & similia. ab extra uerò radius solis, uentus, puluis, fumus, & similia. & plurima odorabilia frigida, & maximè in calefactis; ut sunt folia myrti cum aceto, camphora cum oleo omphacino instillata in nares, nenuphar, solatru odoratum, & huiusmodi. in infrigidatis, & etiam in calefactis elleborus, & est usualis, condisi, piper, mezereon, euphorbium, arthanita, castoreum, fella, allium, cucumer asininus, ireos, sansuccus, nigella infusa in aceto, pulpa colloquintidæ, aloe, sinapis, oppopanacum, serapinum, ruta syluestris, & ex istis potes componere, ut placet. item impositio penæ, uel festucæ idem operatur. item ex accidentibus animæ; ut approximatio ad iuuenulam, hæsitatio, ad coitus desiderium.

SIGNA demonstratiua ex se manifesta sunt. **PROGNOSTICA.** Sternutatio in fine morborum bona ualdè secundum Galenum; quia significat fortitudinem uirtutis, & conualescentiam, & materiæ paucitatem. sternutatio sine rheumate mundificato corpore, siue à natura, siue ab arte, bona; quia dolorem capitis remouet, & caput mundificat; & propter hoc ualet in ægritudinibus pectoris, & in ægritudinibus cerebri, & maximè in declinatione. similiter ualet in passionibus matricis; quando uirtus est fortis: excitat enim uirtutem expulsiuam; unde ualet in foetu mortuo, in retentione secundinæ, & similibus. sternutatio cum rheumate mala: & in corpore repleto mala, & maximè ratione signi; quia malam causam significat in capite lædentem, & malum ratione causæ; quoniam sternutatio mala replet caput, & iducit uertiginem, & scotomiã. si in aliqua ægritudine prouocetur sternutatio, in qua debet prouocari, & non sternutat; nunquam curabitur: si tamen erit prouocata; cum rebus fortis uirtutis, sicut est elleborus albus, castoreum, sinapis, & huiusmodi. item de prognosticis habes in fine capituli. & tu ibi.

PROHIBENTIA uerò sunt passiones animales; ut gaudium propriè, ira, sollicitudines, cogitationes, frictiones aurium, contorsio nasi, frictiones gingiuarum, & palati, linguæ, oculorum, & est problema Aristotelis. quòd, si fuerit ex calore, aut uento calido; sedant oleu ros. de salice, & similia odorata effusa etiam in aures, & fugere aqua naribus, & faciem cum ea lauare. quòd, si fuerit ex uento frigido, ut borea; attrahantur olea calida, & ponantur

tur in aures. odorentur res calidæ odoriferæ; ut est gallia, ambra, muscus, & poma odorifera cum eis confecta, herbæ calidæ.

CURA. iam pro cura eius uidentur esse tracta necessaria in narrando prohibentia; ut si fuerit ex causis extrinsecis uento, sole, & similiter ex causis intrinsecis. q̄, si fuerit cum rheumate; fiant suffumigia, & odorationes. in calido frigida, & in frigido calida, ut in de catarrho. ualēt securius odoramenta suffumigiis. item ad facilem sternutationem quandoque sufficit retentio anhelitus, item ligatio extremi raturum, & hæc benè considera.

De pruritu nasi. Rubrica. 12.

QUONIAM pruritus accidit secundum plurimum à materia acuta, catarrhosa descēdēte; hinc ad ea, quæ de ulceribus nasi, & ad illa, quæ de catarrho dicta sunt; recurratur. dicitur s̄m plurimum; quoniam aliquando à uaporibus acutis, aut uehemēter putridis eleuatis aliunde; ut in febribus, uermibus, & est quasi semper concomitans signum eorum. & cura pendet ex cura suarum causarum, de quibus post. fit etiā quandoq; propter catarrhum fortis cursus; quāuis sic frigidus: item propter fluxum sanguinis narium, & est de signis crisis uariolarum, & morbillorum. & cura est, ut dictum est.

D V B I A.

DUBITATUR utrū in omni fluxu sanguinis narium competat phlebotomia. arguitur, quod non; quoniam in fluxu sanguinis peccantis sola qualitate, & non quantitate sufficit sola alteratio; ergo patet consequentia; quoniam phlebotomia principaliter respicit quantitatem, & non qualitatem, ut quarta primi de phlebotomia. confirmatur, quoniam medicus debet semper, & principaliter custodire uirtutem quanto plus potest: sed procedendo cum alterantibus solis custoditur magis uirtus, & accidens sufficienter remouetur, ut patet: ergo. item contingēt potest accidere in corpore senili, aut debili, aut in ætate pueritæ, quibus casibus non uidetur posse fieri phlebotomia conuenienter. item in fluxu critico, item in fluxu succedente sodæ sedante sodam & propriè pulsatiuam, item in fluxu fracturæ arteriarum cerebri non competit, ut patet intelligenti.

In oppositū est Aui. cap. de curationibus eius, ubi inquit & phlebotomia quidē est res melior, qua retinetur fluxus sanguinis nariū, & Mes. fiat diuersio sanguinis ad oppositū cum phlebotomia subtili ex latere.

Pro responsione ad dubium præmittendum, quod phlebotomia fit aut ratione diuersionis, aut ratione euacuationis, aut ratione utriusque simul: exempla patent intelligenti. secundò præmittendum, in quæstione est uidendum etiā, an competat ex eodem, uel diuerso latere facta. iuxta quæ ponuntur conclusiones. prima, quod in fluxu sanguinis peccantis quantitate, consentiente uirtute competit phlebotomia. secunda, quod in fluxu peccante quantitate, & qualitate competit phlebotomia. & has duas conclusiones uoluit Auic. de curationibus eius, cum inquit. In eo, qui factus est propter præparationem corporis, idest, repletionem quantitatiuam, & caliditatem eius, oportet, ut assiduetur euacuatio cholerae ex eo, quod commensuratio sanguinis cum cibis, & potibus. & phlebotomia quidem est melior res, qua retinetur fluxus sanguinis narium, quarum duarum per suasio etiam apud intelligentem satis facilliter habetur. tertia conclusio, quod in fluxu, qui restringi non potest cum medicinis, & sanguis est multus calidus uehementer, aut ex eruptione arteriarum uehementer est phlebotomia necessaria usque ad syncopim. patet conclusio; quoniam tunc restringetur diminuta potente causa, quæ erat causa fluxus, ut patet intelligenti. quarta conclusio, quod huiusmodi phlebotomia debet uelociter fieri; antequam cadat uirtus. patet ex sequenti. quinta conclusio, quod in fluxu sanguinis guttatum eueniente, & non furiosè competit phlebotomia parua. quod, si fuerit paroxysmaliter ueniens, & paulatinè debet fieri phlebotomia, quæ tres conclusiones omnes debent intelligi non ualentibus medicinis, ut dictum est in tertia. & has uoluit Auic. de cura eius illa parte. in eo autē qui prauior est illo, & factus propter feruorem & tu recur

A re ibi. sexta conclusio, quod sanguine peccante in quanto in fluxu eius, si ætas patitur; non debemus esse contenti sola applicatione uentosarum, & ratio; quoniam, ut inquit Aui. uentosa uerò sanguini dominanti resistere non ualet; imò oportet in principio, ut phlebotomia extrahatur, deinde ponatur uentosa. septima conclusio, quod in fluxu critico non fiat phlebotomia; imò cadit Aui. nec retineat nisi sentiat casus uirtutis. hæc est conclusio Auic. de curationibus eius, cum inquit. Critici quidem, & simul ei, qui accidit ex seipso, uia est, ut non curetur, aut restringatur, donec sentiat casus uirtutis. octaua, quod in fluxu qui sequitur sodam pulsatiuam, non competit, ut patet. nona, quod in fluxu, qui est ex fractura arteriarum cerebri, melius est dimittere phlebotomiam, & uti rebus aliis, ut diuersione restrictiuis, ut supra, & causa quoniam rarò ut Mes. & cæteri recipit curā; & quia in fluxu sanguinis phlebotomia est ignominiosa, tum propter infamiam, & periculum imminens mortis; melius est dimittere: nam communiter infirmi non ueniunt ad medicum in fluxu, nisi egressa prius notabili quantitate. & ideo uenientes ex fractura arteriarum sunt quasi mortui antequam ad medicum ueniant. decima conclusio, quod in fluxu ubi sit sang. peccans sola qualitate, aut quantitate diminuta, aut uirtus, uel ætas non consentiat, non est fienda phlebotomia. hanc conclusionem cum suis particulis probant argumenta adducta ante oppositum. ex quibus apparet, in quibus casibus competit phlebotomia ratione euacuationis, & in quibus non. restat, ut dicamus de ea, ut est diuersua, & pro parte euacuatua, & consequenter ponatur. undecima conclusio, quod in principio fluxus sanguinis narium, in quo expectatur phlebotomia, competit phlebotomia diuersua. hanc conclusionem uoluerunt auctores omnes, & patet ratione; quia per ipsam prohibetur fluxus, cuius prohibitio principaliter queritur; ut patet: ergo. duodecima conclusio, quod stante peccato sanguinis in quantitate competit phlebotomia saphenæ eiusdem partis patet; quoniam per ipsam sufficienter fit diuersio, & euacuatio, & magis, siue conuenientius, quàm aliquam aliam, ut patet discurrendo per phlebotomiam aliarum uenarum: ergo. & hanc conclusionem posui merè probabilem, & pro ista est Aui. quarta primi de phlebotomia, cum inquit. Et ipsa quidem saphena phlebotomatur; propterea ut sanguis euacuetur ex membris, quæ sunt sub hepate, & ut sanguis à partibus superioribus ad inferiores declinetur, & parum infra. & ad summum uenarum pedis phlebotomia confert ægritudinibus, quæ fiunt ex materiis ad caput declinatibus. decimatertia conclusio probabiliter ponitur contra duodecimam: quod in eo casu conuenientior est phlebotomia basilicæ. probatur; quoniam per ipsam sufficienter fit euacuatio; cum euacuetur immediatè à fronte, & per eandem fit conuenientius diuersio, ut patet; quoniam non fit transitus per plures diametros; sed per conuenientem distantiam maxime si sit super manu, & non tantum debilitatur æger ex ea; cum ex saphena maior sequatur debilitatio, ut Auic. quarta primi de phlebotomia; ergo. & hanc conclusionem sentit Placentinus. contra istas conclusiones uidetur sententia Mes. qui uult, quod in principio fiat ex latere opposito, deinde ex eodem. item contra ipsas uidetur sententia Ras. no no Almanf. ubi de hoc cum dixit. si uerò passio inualuerit; minuatur cephalica eius partis, de qua fluit sanguis. idem in libro diuisionum. & pro isto etiam uidetur Auic. quinta tertii in hoc cap. cum inquit. necessaria est phlebotomia ex cephalica, quæ sequitur illam narem. & antequam respondeatur ad adducta; ponatur hæc conclusio decimaquarta, quam credo ueram, quod stante peccato sanguinis in quanto superfluo cæteris consentientibus ex parte uirtutis in principio fluxus eius ex naribus competat phlebotomia primò saphenæ secundò cephalicæ, & hæc ex eadem parte tantum. hanc conclusionem credo uoluit Auic. ex dictis suis quarta primi allegato loco, & quinta tertii de cura eius, & positi sunt textus. & pro ista est textus eius quarta primi, de ubi, quando, & quomodo fiat euacuatio saltem pro prima parte eius inquit. nam si materia fuerit in supremo dextræ partis; non erit trahenda ad infimum sinistræ; imò ad infimum ipsius dextræ. & ibi, ut patet, loquitur

Phlebotomia ignominiosa quando.

Contrarietas authoris.

de tractione fienda per phlebotomiam, præterea ex canone, & non oportet quidem, ut in duas diametros prolongationem facias. & ad Auicem. dicendum, quod in quinta tertii locutus est de particulari phlebotomia fienda in tali diuersione: nam in quarta primi allegato cap. locutus erat de uniuersali, quam uolebat te memoria habere. & consimiliter dicendum ad Rasim. ad Mes. uero dicendum, quod, cum dixit ex latere opposito, deinde ex eodem, quod iste dicuntur phlebotomiam factam secundum duas diametros incompletas, tenent locum unius completæ, & magnæ, & ex consequenti tantum ualent, quantum facta ex saphena. decima quinta conclusio, quod communiter, & secundum plurimum infirmi ex tali accidente ad medicos uenientes sunt multum euacuati suo sanguine; sed in tali casu sola sufficit ex cephalica: ergo. patet consequentia cum maiore; minor declaratur, quoniam ex tali phlebotomia sufficienter fit pauci sanguinis diuersio; ut patet; ergo. & fortassis auctores plures hanc intellexerunt conclusionem; cum dixerunt à cephalica esse inchoandum; unde multum nota uerba Ras. & almâ foris, cum inquebat. si uero passio non ualuerit, nam inualuisset, cum multus sanguis exiuerit. propter quod considera. decimasexta conclusio, quod magis diuersua omnium est phlebotomia uenæ spatulæ. hanc conclusionem uoluit Auicem. proprio capitulo quinta tertii, cum inquit. & ex uena spatulæ, quæ est posterius, quoniam est magis ultima; quia prohibet sanguinem eleuari ad caput. ipsa nanque cum ad syncopim producit; sedat statim. sed medicus nouus cum sit inexpertus: ne ignominiam uulgi incurrat; nõ ex ea phlebotomiam faciat: nam hoc dubium sic diffusum, ac quasi cufusum posui; quia nihil de eo memoratum inueni, aut legi. postremò notandum, quod in fluxu nimio menstruorum competit balneum; subtiliat sang. mēstruum, & ipse sang. sic subtiliatus facilius attrahitur ad membra. in fluxu uero nariū nõ sic; quia amplius subtiliatus superiora magis peteret, & ex consequenti augmentaretur fluxus.

DE CATARRHO dubitatur, quæ corpora sunt magis catarrho disposita, an calida, an frigida. pro responsione ad dubium ponuntur conclusiones quinque, prima quod indicatione sumpta à causis extrinsecis duabus specialiter, quæ sunt dissolutio humidi à calido, & expressio humidi à frigido; calida aliis paribus sunt catarrho magis disposita. hæc conclusio est Auicem. de coryza, & catarrho, & probatur ratione; quoniam talia corpora sunt magis rara. quare calidum extrinsecum dissoluens, & frigidum exprimens facilius penetrant, & effectum inducunt; qui est dissolutio, aut expressio: ergo. secunda conclusio, quod indicatione sumpta à causa, quæ est repletio humiditatum corpora frigida aliis paribus sunt calidioribus catarrho magis præparata. hanc etiã uoluit Auicem. loco allegato. & patet ex causa, nam plures aggregantur humiditates aliis paribus in frigido cerebro; cum eas, quæ ad ipsum perueniunt, non possit digerere, & resolvere, ut in calida: quare. tertia conclusio, quod, licet ita sit; tamen catarrhus est citius curabilis in calidis, quam in frigidis: patet conclusio. quarta conclusio, quod, licet in calidis sit citius curabilis; tamen catarrhus calidus est periculiosior: patet conclusio; quoniam ad plures, & periculosiores ægitudines est aptus inducere; ut supra de curatione accidētium in fine rubricæ de catarrho. aliis enim paribus ex materia calida semper acutiores perueniunt ægitudines. ultima conclusio probabilis. corpora frigida aliis paribus sunt calidioribus catarrho magis prona. probatur conclusio; quoniam catarrhus ex se uidetur dicere repletionem materiæ à capite ad inferiora descendētis; sed frigida sunt repletionem magis apta incurrere, ut uult secunda conclusio: ergo. pro ista est Auicem. secunda primi de causis debilitatis membrorum; inquit autem. quæ maiorem proprietatē habent; ne in homine appareat nocumentum, neque ægritudo, neque dolor, est raritas texturæ in suis poris; eo quod superflua generata liberius educuntur, sed in frigidis est &c. ergo. ex quibus infertur, quod frigida raræ texturæ propter debilitatem uirtutis in digerendo sunt cæteris paratiora.

DUBIUM, an in catarrho competat phlebotomia. arguitur specialiter in frigido non competere; quia per ipsam

debilitaretur uirtus, & in crudaretur materia, cuius digestio quæritur, ut patet: ergo; nam sanguis iuuat ad digestionem phlegmatis. quod non in calido probatur; quoniam sanguis est frænum cholere quarta primi de phlebotomia; ergo per ipsius euacuationem maior sequetur fluxus: ergo; nam hic non est mentio de calido sanguineo, quoniam iam cõclusum est, quod omnis catarrhus calidus est cholericus, uel ex phlegmate falso. item coniunctim per phlebotomiam euacuat humor, cuius euacuatio queritur, & debilitat uirtus. & hoc tam in calido, quam in frigido: ergo. ad oppositum est Auicem. inquit de cura eius. & incipiat à fluxu uentris, & extractione sanguinis. & parum infra significat quod materia declinat ad latus. fiat ergo inceptio cum phlebotomia. & Ras. nouo Alman. fiat minutio ex cephalica, & soluaturs natura. & Mes. inquit. tertiam rem complet phlebotomia. respondetur ponendo has cõclusiones. prima, quod indicatione sumpta à materia catarrhali, neque in frigido, neque in calido competit phlebotomia euacuatiua. patet conclusio per argumenta ante oppositum. secunda conclusio. tam in calido quam in frigido potest competere phlebotomia, ubi in toto fuerit sanguinis repletio, aut in corpore fuerit plethoria. patet conclusio ex descriptione phlebotomiam quarta primi. tertia conclusio, quod in catarrho solum in tribus casibus competit phlebotomia, & magis diuersua. hæc conclusio est Mes. in suo de appropriatis capitulo de catarrho, ubi inquit. phlebotomia autem in hac ægitudine solum in tribus casibus est necessaria. primus, si catarrhus est calidus in corpore calido, & abundante, in quo sit oculorum rubedo, & uenarum plenitudo. secundus, si sit calidus declinans ad oculos, aut qualiscunque sit, aut timeatur in faucibus, aut pulmone, aut costis, aut diaphragmate, & figatur in eis ad collectionem. & propterea dixit Auic. si autem tussis sit parui sputi; tunc necessaria est parua phlebotomia, & leuis numeri. tertius, si catarrhus accidit cum feb. in his enim solum casibus phlebotomiam catarrho uilem inuenimus. ex quo infero, quod in catarrho frigido, ubi materia fluxerit, ut dictum est, phlebotomia diuersua est utilis. & istud correlarium uoluit Mes. cum dixit. qualiscunque sit. quod, si adducantur auctores, quod in frigido non competit; intelligendi sunt de phlebotomia euacuatiua. & quod dictum est, si accidat cum feb. credo exponendum, id est, si timeatur, quod ex ea foueatur feb. aut quod ex eius fluxu ad uenas timeatur commotio humorum in uenis, quare fiat continua. uel aliter intelligendo per febrem continuam; nam in omni cõtina uidetur competere phlebotomia iuxta illud Auicem. prima quarti de cura quartanæ continuæ, cum inquit. & de illis est, quod phlebotomia in hac est magis necessaria; quoniam materia est apprehensa in uenis. & tu considera. nam uult Placentinus in capitulo de hemitritæo, quod in omni continua competit phlebotomia. uel dic quod feb. continua sua caliditate est dissolutiua catarrhi, & causæ fluxus. unde per phlebotomiam feruor remittitur, & sic prohibetur fluxus. quartam conclusionem posuit Gilbertus, quod in simplici coryza non est fienda phlebotomia. patet; quoniam per ipsum fit attractio humoris currētis ad extra ad intra uenas, & sic sequitur feb. pleuresis, ut dicit se pluries uidisse. quintam uoluit, & est, quod post rheuma antiquatum, & post digestionem potest phlebotomia competere. tu considera; quoniam ratione ante oppositum uadunt uis suis.

UTRUM in catarrho competat uinum, uel aqua. quod uinum, arguitur; quia confortat uirtutē, digerit, & maturat catarrhum saltem frigidum: ergo, pro isto uidetur Auicem. de cura eius in fine, dum dicit. & uinum quandoque conuenit, ut conferat eis hoc in principio. ad oppositum est Auicem. allegato loco inquit. & uinum quidem non est conueniens eis. & Mes. & prohibitio uini omnino. respondetur prima cõclusio, quod communiter uinum in principio ad digestionem catarrhi non competit: patet conclusio; quoniam pro tunc caput fumis repletur, & materiam indigestam commouet, & propter eius multitudinem non educit: ergo. & dicitur communiter; quia materia posset esse ita pauca, quod benè competeret in principio, ut patet ex sequenti conclusione. & forte hoc uoluit Auicem. in adductis ante oppositum

oppositum, & ita exponendus est. secunda conclusio, q̄ in declinatione, facta digestionē iā materia existente pauca competit vinum: patet; quoniam tunc virtutem debilitatam confortat, & iuvat ad expellendum; cum materia sit pauca cum sua caliditate ad resoluendū. non sic in principio erat necessarium, & utile; nam virtus in principio erat fortis. tertia conclusio, quod in assuetis, senibus, & debilibus licet dare vinum in principio multum commixtum aqua: patet conclusio; quoniam iuamenta eo casu sunt plura nocentis, ut patet intelligenti. nam medicus sua discretione debet commensurare vini porum in his & in quantitate, & qualitate. quarta conclusio, quod vinum in catarrho conueniens iuxta secundam conclusionem debet esse ad dulcedinem declinans. probatur; nam tale minus grauat caput, & guttur ampliat tertio regiminis acutorum. §. Potus dulcis, & virtuti est magis conforme: ergo &c. quinta conclusio, quod in catarrho calido cōpetit aqua calida ordeata, & in frigido calida zuccharata, vel liquiritiata. hanc conclusionem uoluerunt auctores nostri; cum dixerunt aquam calidam maturare catarrhos.

Ad rationes patet quid dicendum.

Quia facta est mentio de cauterio in cura catarrhi; notandum, q̄ cauterium fit multis ex causis; quandoq; enim, ut remoueatur complexio frigida, & humida; cum alia non conferunt, & est ultima medicina, ut Albucaſis. non tamen ultimā terminans; sed yltimitate ordinis; quia semp post dietam, & pharmaciam, & phlebotomiam debet fieri. & tu cōsidera in hoc errorem eorum, qui uniuersalia prætermittunt, & quot periculis ægrotantes exponunt. aliquando fit ad prohibendum euacuationem, uel fluxum; sicut in fluxu sanguinis arteriarum, uel venarum cauterizamus arterias. aliquando fit, ut subtrahamus corruptionē membri; sicut in cancro, & huiusmodi. aliquando fit, ut diuertamus materiam ad alium locum; sicut in catarrho, ut faciendo cauterium usque ad os, ut supra, ita tamen, q̄ non cauterizetur; ne cerebrum cū tunicis interioribus ferueat, & alteretur. & debet stare apertū uulnus pluribus diebus; ut supra. ualet actuale, & potentiale, & conuenit magis in frigido, quā in calido. unde Albucaſ. Leprosi quandoq; iuuantur cauterio iuamento maximo, & præcipue species lepræ, quæ fit ex putrefactione phlegmatis, & melancholiæ, ita q̄ specialiter in causa frig. considera. & Mes. summa quinta de ægritudinibus oculorum. & primū incipiamus experiri super cauterio capitis, quod fit super cōmissura coronali in parte cōi, quæ dicitur zuendeneghi, idest continuatio capistri, cuius iuamenta sunt multa, & sublimia, & propriè ad ægritudines capitis frigidæ, & hum. & nota illud uerbum propriè, ponitur propter aliquos, qui non uerentur eum in ægritudinibus capitis calidis; ut in catarrho calido administrare. unde & Albucaſis. Cauteria competunt in omnibus dispositionibus, præcipue tamen in humoralibus, & maxime frigidis, & humidis: calidis autem humoribus licet non contrariantur; tamen accidentaliter per remotionem causæ, calidis autem, & siccis naturis, & materialibus non sunt utilia; imo in eis faciunt multa mala, ut tenet prædictus, & alij doctores.

De somno diurno in catarrho dicendum, q̄ neq; in regimine sanitatis competit somnus diurnus, nedum in catarrho iuxta uersum.

Febri, segnicies, dolor capitis, atq; catarrhus: hæc tibi pro somno proueniunt meridiano.

Tamen in consuetis conceditur, distate tamen à prandio. Item in declinatione eius potest competere.

De catarrho aduertendum, quod catarrhus ob multitudinem materiæ causatus in uere magis multiplicatur: qui uerò ex caliditate magis in æstate: qui uerò ex frigiditate magis in hyeme: qui ex raritate pororum magis in autumno.

Postremo aduertendum, q̄ suspecti ad rheuma præseruari possunt à catarrho secundum Gordonium duplici uia. prima, ut mundificato corpore diu in stussa sudent, cauendo se deinde à uento, somno diurno, & à repletionem, & præcipue potu uini, & q̄ caput exiccetur optimè. secunda uia est detentio pilularum in ore, quæ et prohibent descen-

A sum eius ad partes inferiores; ut exempli gratia in calido. Reci. se. papaueris albi. se. portulacæ candi. penidjarum, draganti infusi, ana. 3. i. opij, croci. ana. ʒ. i. confice cū syrupo myrtino, aut cum syrupo de papauere. fiant, ut lupini. & in ore die, ac nocte teneantur. in frigida uerò Rec. storacis calamitæ, nucis cupressi, masticis, thuris, laudani, ambræ. ana. 3. i. liquiritiæ mundæ, uuarum passularum mundatarum ab arillis. ana. 3. i. 5. confice cum hydromelle, fiant pilulæ, & teneantur in ore, ut dictum est; sunt enim multū necessariæ; ne materia uadat ad pectus.

De foetore narium notandum, q̄ aliquando materia foetida in cerebro existens potest inducere foetorem anhelitus aliis partibus existētib; sanis. & hoc est, quia una materia à natura q̄q; mittitur ad unā partem, aliq̄ ad aliam, aliquando est vna pars apta recipere, & non alia. cōsidera, sed infra de foetore oris in sequenti cap. dicetur ampliū.

A P H O R I S M I.

De narium passionibus.

Ex. ij. Sect. xl. Aphor.

Raucedines, & grauedines in ualdē senibus coctionem non admittunt.

Ex. iij. Sect. xij. Aphor.

Si uerò hyems australis, & pluuiosa, & serena fuerit: uerum autem siccum, & aquilonium; mulieres, quibus ad uer parus inest, ex quacunque occasione abortiunt: quæ uerò parient, imbecilles, & morbosos infantes pariunt. quare, uel statim intereunt, uel tenues, & ualetudinarij uiuunt. cæteris uerò mortalibus difficultates intestinorum, lippitudines siccæ fiunt. senioribus autem destillationes, quæ cito interiment.

xij. Aphor.

Si uerò æstas sicca fuerit, & aquilonia: autumnus uerò pluuiosus, & australis; dolores capitis ad hyemem fiunt, & tusses, raucedines, atque grauedines, quibusdam autem & tabes.

xiii. Aphor.

Si uerò aquilonius, & siccus; his, qui naturam habent humidiorē, & mulieribus confert: reliquis autem erunt lippitudines siccæ, & febres acutæ, & grauedines: nonnullis uerò & atræ biles.

xxxi. Aphor.

Senibus spirandi difficultates, distillationes cum tusse, urinx stillicidia, urinx difficultates, articulorum dolores, renum passionēs, uertigines, apoplexiæ, mali habitus, pruritus totius corporis, uigiliæ, alui, oculorum, & narium humiditates, visus obtusus, glaucedines, auditus graues.

Ex. v. Sect. xxiiij. Aphor.

Frigida qualis nix, & glacies pectori inimica, tusses mouent, & sanguinem, & destillationes.

Ex. vi. Sect. ij. Aphor.

Quibus nares natura humidiores, & genitura humidior, minus integra sanitate fruuntur; quibus uerò contraria, salubrius degunt.

Ex. viij. Sect. xxxviij. Aphor.

Destillationes in uentrem superiorem suppurantur intra uiginti dies.

De fluxu sanguinis narium.

Ex. iij. Sect. xxvij. Aphor.

Grandioribus autem, & iam accedentibus ad pubertatem plurimā ex his, & febres diuturnæ magis, & naribus profluua sanguinis.

Ex. iij. Sect. xxvij. Aphor.

Quibus in febris sanguinis fluxerit multitudo, quacūque ex parte, cum resciantur; alui iis humectantur.

Ex. lxxiiij. Aphor.

Quibus in febris aures obsurduerunt; sanguis ex naribus fluens, aut aluus turbata, soluit morbum.

Ex. lxxiiij. Aphor.

Quibus speratur abscessum futurum ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba facta; qualis in laboriosis febris quarto die, quibusdam incipit fieri: si uerò

Zuēdeneghi quid arabibus.
Cauteria quibus diſponibus cōpetant.

verò etiam ex naribus fluxerit sanguis; breui admodum solutio fit.

Ex.v.Sect.xxxiii.Aphor.

Menstruis deficientibus sanguis ex naribus fluens bonum.

Ex.vi.Sect.x.Aphor.

Caput dolenti, & circum dolenti, pus, uel aqua, uel sanguis effluens per nares, aut os, aut aures morbum soluit.

De sternutatione.

Ex.v.Sect.xxxv.Aphor.

Mulieri, quæ uterinis molestat, aut difficulter parit, superueniens sternutatio, bonum.

Ex.vi.Sect.xiii.Aphor.

A singultu habituo, sternutatio superueniens liberat.

Ex.vii.Sect.lii.Aphor.

Sternutamentum fit ex capite, calefacto cerebro, aut humectato eo, quod in capite inani: aer enim intus contentus extra erumpit. sonat autem; quoniam per angustum ipsi est exitus.

ARGUMENTVM IN CAP. VI.

DE oris, & linguæ dispositione dicetur, quæ sunt diminutio, & ablatio, & corruptio gustus, mollificatio linguæ, spasmus, magnitudo, & breuitas, multitudo & cursus sputi in somno, abscissio odorum horribilium, sputum sanguinis, apostema linguæ, ranula adustio, scissura, bothor, alcola, & fætor. diminutio igitur gustus est, cum solum percipit saporis excellentias: corruptio; cum iudicat omnia esse amara, uel dulcia, uel alius saporis. ablatio; cum de gustabili nihil omnino iudicat. causæ sunt aut mala complexio, qui est talis uel per essentiam, uel per communitatem à stomacho, uel capite, uel alio membro, aut apostema aut oppilatio in uia, aut solutio continuitatis. mollificatio linguæ intelligitur omne impedimentum in ea contingens ex parte diminutionis, corruptionis, & ablationis: causa cuius ut plurimum est humiditas sanguinea, uel aquosa imbibita in lacertis, & musculis linguæ. de spasmo linguæ dicitur idem, quod de spasmo uniuersali est dictum. sed magnitudinis linguæ causa est ut plurimum materia phlegmatica in lacertis linguæ, & in eius substantia multiplicata: sputi uerò humiditas multa in stomacho per indigestionem, aut humidam rei usum multiplicata. ranula quidem est carnositas quidam oblonga, uel rotunda sub lingua: cuius causa est humiditas uiscosa in substantiam curatam conuersa. adustio linguæ accidit ob communitatem à uaporibus eleuatis aut à materia febrili acuta, aut apostemate, aut cholera ex ore stomachi proueniente, aut ex capite, aut ex re extrinseca. accidunt porrò scissura ex phlegmate salso, uel alia materia acuta, uel melancholia adusta. bothor linguæ, uel oris sunt apostemata parua in eis apparentia, quæ fiunt in prouecta etate à uaporibus aliunde eleuatis mali corrupti. alcola quidem sunt parua pustula nascentes in superficie cutis oris, & linguæ cum eius expansione; cuius causa ut plurimum est materia phlegmatica salsa, aut phlegma ipsum putrefactum. ultimò fætor oris fit ex resolutione humorum ob dominium coloris extranei in eis à partibus oris, uel aliunde egrediens.

De dispositionibus oris, & linguæ.

De ore, & lingua, & anatomia, & utilitatibus eorum. Rubrica. i.

OS est membrum compositum ex labiis, dentibus, palato, uuula, gingiuis, & faucibus, de quibus omnibus particulariter dicit in sequentibus capitulis successiue, de unoquoque eorum pertractando, quantum ad

E eorum anatomiam, ut proposito necessaria erunt. de complexione uerò eius nihil ad præsens; nam non iudico necessariam; cum non sit membrum simplex, siue homogeneous imo est quid compositum ex multis membris, ut patet, quorum queritur notitia particularis de complexione uniuscuiusque eorum: oportet enim, ut si quis eius complexionem uoluerit inuestigare; debet complexionem resultatem ex refractione complexionum membrorum componentium annotare. quod speculanti magis, quam practicante saltem hoc in casu relinquendum iudico. os est membrum ad accipiendum cibum principaliter creatum. & dicitur principaliter; quoniam secundario propter alias causas est etiam à Deo optimè productum. unde factum est, ut per ipsum expellatur superfluitates stomachi, quæ per inferius ita bene expelli non possunt: item & illas pulmonis: item, ut per ipsum attrahatur aer ad cordis euentationem; licet nares, siue nasus ad hoc principaliter: item ad uocem, & sermonem faciendum, & specialiter in hominibus. scito tamen, quòd non semper ad uocem causandam requiritur os; quoniam

F aliqua animalia sine ore uociferant; ut cicadæ. lingua est membrum carnosum, molle spongiosum, panniculosum, ex neruis, ligamentis, & arteriis contextum ad gustum principaliter inuentum ad loquendum, & cibum in ore gubernandum utilitatem præbens. &, quia ualde mollis est, ut habeat aliquid cui innitatur, & appodietur; creauit natura os in modum laude, quod est eius sustentamentum. & in eius extremitate sunt duo orificia satis magna, quæ perueniunt ad carnem glandosam, quæ est in radice eius, & ista appellantur fontes, seu hauritoria saliuæ, quæ conseruant rorem linguæ, ut Auicenn. & panniculus, quo inuoluitur, est coniunctus cum panniculo oris meri, & stomachi. & notanter Auicenn. sic dicit, quòd habens linguam magnam latam ualde, aut paruam, sicut spuma tam non potest loqui. hoc notauit; quia iam mihi contradicebat medicus bene peritus. qui uerò sunt nerui dantes sensum, & motum linguæ dictum est in principio tractatus sexti. nota tamen, quòd Aui. dicit prima primi de anatomia neruorum cerebri circa medium capitulis. gustus autem in quarto fuit creatus neruo. & infra de anatomia oris sexta tertii, & supra dictum est, quòd à septimo pari neruorum uenit gustus; & ideò considera. & sub lingua sunt duæ uenæ magnæ uirides, ex quibus procedunt uenæ plurimæ, & uocantur duæ ranulæ; unde fortassis apostema quod ibi oritur, nominatur ranula, de quo infra: de complexione cuius dictum est supra tractatu secundo. ex quibus apparet anatomia, descriptio, & complexio. &, quemadmodum dictum est supra de operationibus aliorum membrorum; ita de operationibus linguæ contingit: nam lingua operationes principaliter habet, in quibus contingit eam lædi diminutè scilicet, ablatè, & corruptè; & sunt gustus, & motus. ideòque prius de læsione eius ex parte gustus dicendum.

De diminutione, ablatione, & corruptione gustus. Rubrica. 2.

QUID autem sit diminutio corruptio &c. gustus patet ex dictis de uisu, & auditu: nam diminutio est; cū solū percipit excellentias saporis: corruptio uerò; cū iudicat omnia esse amara, aut dulcia, aut alterius saporis ablatio autè; cū de gustabili nihil omnino iudicat.

CAUSÆ autem sunt, aut mala complexio, quæ est talis per essentiam, aut per communitatem à stomacho, uel capite, uel alio membro, aut apostema, uel oppilatio in uia, aut solutio continuitatis. mala autem complexio, quia calida, aut frigida materialis, aut immaterialis, similiter & humida: sicca tñ magis destruit, quàm humiditas; est enim humiditas qualitas gustui proportionata, secundo de anima. cæteræ qualitates dictæ cū excedunt; gustum lædunt. item oppilatio in neruis deseruientibus gustui contingens, de quibus ita præcedenti rubrica. & ex his apparet, quare in alimētis diminuitur, aut corrumpitur gustus.

SI G N A demonstratiua nota sunt infirmi relatione. & malæ complexionis signa sunt nota ex frequenter habitis. oppilatio autem cognoscitur ex læsione cerebri, & similiter si fuerit à cerebro, uel capite, uel aliunde.

PR O G N O S T I C A. tantum pro nunc dicatur, quòd diminutio,

Uterus, id est uteri præfocacionibus.

Os cur in homine.

Lingua.

Alcola, pustula nascentes in superficie cutis oris, & linguæ.

diminutio, siue corruptio cum perseverat; lædunt digestionem.

CURA canones generales. Primus canon, quod in administrando ea, quæ rectificant malam complexionem debemus abstinere ab his, quæ lædunt guttur, & pulmonem de quibus infra suis capitulis. secundus, quod medicinæ euacuativæ sunt per secessum, & per uomitum eductivæ; quoniam tales, ut patet, sunt magis iuuativæ aliis paribus. tertius, quod tales administrêtur post assumptum cibum. quartus, quod, si fuerit per communitatem, prius rectificetur membrum communicans nocentis: quod secundum plurimum est caput, aut stomachus.

CURA particularis canones particularis ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, particularum administratio. Ordinatio diætæ ad oppositum causæ, ut sæpe dictum est dirigatur: nam supra tract. iii. ex parte ciborum, & potuum positum est, ex parte uerò aeris tractatu secundo.

De digestiuis uerò, & euacuativis dictum est tract. iiii. unde, ut supra de soda, oportet retinere has euacuationes.

Quartus uerò compleatur cum collutionibus, masticatoriis, gargarismatibus, pilulis in ore retētis, aut aliis locorum, ut confectionibus, & huiusmodi. componendo autē calefacientia, aut infrigidātia, aut exiccantia, aut humectantia, ut dispositio exiget, de quibus ponentur exempla plurima à simplicitate, & compositione statim cum pertractabo de cura dispositionis linguæ ex parte motus; nā & illa sunt huic negotio aptissima.

CURA si fuerit per communitatem; primò rectificetur membrum mādans, ut dictum est, cum appropriatis, de quibus suo capitulo. secundò fiat diuersio. tertio confortetur lingua cum stypticis; ne recipiat, ex quibus patet tres canones esse addendos quatuor primis particularibus; quando talis per communitatem fuerit, cum quibus etiam perficiatur hi tres. satis patet quantum ad primum in capitulo suo proprio, & quantum ad secundum cum his, quæ posita sunt supra de soda canone de diuersione. & quantum ad tertium patebit eius complementum in narratione statim siēda de cura mollificationis linguæ. & tu ibi.

De mollificatione linguæ, & grauitate, & destructione introitus in sermonem. Rubrica. 3.

MOLLIFICATIO licet propriè accepta dicat priuationem motus, ut supra cap. ii. tamen hic per mollificationem linguæ intelligere debemus omne impedimentum in ea cōtingēs ex parte diminutionis, corruptionis, siue ablationis ad sermonem faciens. ita q̄ mollificatio sit genus; diminutio uerò corruptio, ac ablatio sermoni sint species. & istud uidetur uelle Auic. cum inquit, & quandoq; peruenit mollificatio linguæ, ut prius loquelā, aut fiat difficilis, aut alteretur. & ex ea est alfefe, & altem.

CAUSA eius secundum plurimum est humiditas sanguinea, uel aquosa sepulta seu imbibita in lacertis & musculis linguæ ut Mesue. & dicitur secundum plurimum; quoniam etiam contingit ipsam aliquando à siccitate superflua causari impediēte debitum motum eius; ut in febribus in censiuis manifestè apparet, de quo suo loco dicetur. item à breuitate instrumenti, siue ligamenti, quod est sub ea, & dicitur in nostro uulgari de sillelo. item à breuitate, aut magnitudine, siue latitudine eius, ut supra in prin. capit. & dicitur infra. item accidit communitate aliorum membrorū ut est stomachus, caput præcipuè maximè quando accidit defectio in uirtute motiua, uel in nervo aliquando ab ægritudine in alio existente membro; ut est apoplexia, phrenesis, mania, pleuresis, peripneumonia. postremò & rarò fit à materia calida acuta mordicatiua; contingit tamen ex hac quandoque linguam scindi, & pati solutionem: propter quod in sermone impeditur, ut aliquoties uidi, & de hoc infra de scissura eius. idem operatur mala complexio calida, frigida, humida, & sicca, apostema, tumor, uel similia, nimia ciborum repletio, & potuum, percussio, & huiusmodi. impeditur nanque lingua in sermone tripliciter, ut dictum est nam primò aufertur omninò sermo in mutis. secundò diminitur; ut cum quis conceptum cum difficultate exprimit. tertio corrumpitur; sicut in traulis, blesis, & scindentibus.

A ubi notandum, quod isti omnes nomine generali appellantur balbutientes; sed non potentes exprimere, l, r, qui non possunt dicere trau, sed ponunt, l, loco eius, dicuntur trauli, ut colligitur. xxxii. Aph. vi. sectionis. scindentis uerò dicuntur, quod primam syllabam duplicant dicentes dodominus debentes dicere dominus. uel propriè qui dimittunt syllabam, & cum debent dicere Aristoteles; dicunt Aristoteles. sunt sub peccato augmenti, & diminutionis: nam non prosequor, quia materia non multum utilis practicæ, ut patet. ultimò notandum, quod termini in rubrica positi dicuntur synonymi; licet diuersas rationes habeant, ut patet consideranti.

SIGNA demonstratiua quando est ex humiditate sanguinea; est linguæ rubedo cum caliditate eius. quod, si fuerit subtilis, aquosa; erit saliuæ multitudo subtilis, & quod parum iuuatur ex resolutiuis, sed ex stypticis magis. quod, si fuerit in causa siccitas; erit lingua sicca contracta. si à breuitate instrumenti; cognoscitur, quia patiens non potest linguam extendere, sed in eius extremitate retorquentē ad intra propter ligamenti breuitatem. si propter latitudinem, magnitudinem, aut breuitatē linguæ; cognoscitur inspectione eius; ut quia propter eius magnitudinem non potest plicari, & q̄ in omni dimensione magna est, & similiter si parua, & de his infra. quæ autem est à communitate aliorum cognoscitur ex læsione existente in eis, & caput est maximè suspectum. si fuerit ex ranula, aut aliis apostematibus; signa manifesta sunt. consimiliter, si ex causis fuerit primitiuis; dicunt quidam, quod, quando causa est in lacertis. dolor adest, & nihil extrinsecus apparet. & si nerui linguæ totaliter repleant; fit spasmus. quæ autem est uitio malæ complexionis, facillè cognoscitur, & plurimi existimant symias propter magnitudinem linguæ non posse loqui.

PROGNOSTICA. natiua non recipit curam. Mesue. & fortasse in pluribus rectificatur in processu dierum; & maximè in pueris, & specialiter quando prouenit tale nocentum à caliditate dissolvente humiditatē, quæ humiditas fluxa fuerit causa impediēti. unde tunc puer fit alcaga. & cum sit adolescens; temperatur humiditas, & fit

Simiæ cur
loq. haud
possint.

C loquens expedite. Auic. chronica non recipit curam. unde in diuisionibus, & si sit antiqua. Haly. ex percussione, & ruptura nerui non sanatur omninò. in febribus acutis pustula nigra apparens signum est mortale. Hippo. de experimentis. in febribus acutis nigredo linguæ, & ulceratio malum.

CURA canones seruandi sunt sex. primus est ordinatio diætæ, secundus digestio eius, tertius euacuatio, quartus diuersio, quintus resolutio, & exiccatio causæ antecedentis, sextus resolutio, & exiccatio causæ coniunctæ.

Primi complementū habetur ex dictis supra in. ii. cap. tractatus huius de paralyfi; debet enim regimen ad contrarium causæ, ut dictum est, à medico dirigi; quæ autē sint per secientia hoc patet ex dictis in tertio tractatu.

Digestio fiat in causa humida phlegmatica cum oxymelle composita, uel oxymelle scillitico. & consimiliter suo modo respectu aliarum medicinarum; ut in quarto tractatu ponitur.

De euacuatione consimiliter fiat, ut de paralyfi dictum est; nam euacuetur euacuatione post euacuationē reiterando, & à debilioribus incipiendo, & gradatim procedatur ad fortiora ut Mes. & ideo dixit Auic. Mundificetur corpus cum hiera minori; deinde cum hieris maioribus. quod, si materia fuerit sanguinea; fiat phlebotomia; nam, si materia fuerit multa; fiat ex cephalica; deinde ex uenis, quæ sunt sub lingua. & si ulterius necessitas cogit; fiat uentofatio sub mento. q̄, si pauca fuerit, sufficit phlebotomia uenarum linguæ, & uentofatio menti, ut Mes.

Quartus perficitur cum fricationibus extremitatum, ut supra de soda, & uentofationibus administratione clysteriorum primò lenium, secundo acutorum, administrando unū post aliud, de quibus de paralyfi, & de soda. & tu ibi.

Quintus completur cum administratione medicaminū priorum puppi, & nuchæ resoluentium ab eis superfluitates humiditatum aggregatarum in ipsis, & neruis, & lacertis seruiētib; linguæ; sicut sunt euaporatoria, embrochationes

brochationes, emplastra, unctioes, linimenta. unde Auic. Et oportet, ut ponantur ista medicina, & earum similes super collum. & ultimò, cū alia non contulerint, cauteria. & hic nota, q̄ euaporatoria debent prius administrari; secundò embrochationes, tertio linimenta, & unguenta, quartò emplastratio, ultimò, cum alia non contulerint; cauteria. & hic est ordo gradualis de debili, & forti.

Sextus perficitur cum gargarismis, collutionibus, frictionibus, pilulis, aut confectionibus aliis in ore retentis. & hic similiter à debilibus incipiendo ad fortiora paulatim procedat faciendo interuallationem, in quo tempore dari poterit theriaca, mitridatum, & similia usque ad curæ complementum. & pro clariori doctrina ad particularia uenio ponendo primò simplicia; deinde composita quibus prædicti canones cum suis complentur intentionibus. unde simplicia conferentia sunt acorus, assa, caulis, calamentum, castoreum, cortex capparum, euphorbium, prunula, piper, stafilagria, sal armoniacum, sinapis, struthium, zinziber, nux muscata, nitrum, nasturtium, mentha, mummia, organum, oleum chrysomillorum, pirethrum, ruta, sal nitrum, sal indum, sal, thus. composita resolutiua sunt hæc, hieralogodion Nico. confectio philosophorum Auic. primo tract. quinta, hierapicra Auic. in hoc secundo tract. Halyabbas septimo antidotarij. Serapio tertio antidotarij. & breuiter, quæ dicta sunt de paralyfi, ad hunc trahantur locum: nam, licet posita sint simplicia composita tantum conferentia mollificationi ex causa frigidi. tu tamen intellige, quòd ista in causa calida non conferunt, ut patet. sed pro conferentibus ad eam recurre supra de soda secundum, quòd exigit materia, ut, si fuerit sanguinea; ad sodam sanguineam: si cholericam; ad cholericam. in causa itaq; frigida fiat euaporatio, siue embrochatio, emplastra, linimenta, & unctioes ex datis calidis, & ex saluia, mentha, stecados, calamento, chamamilla. quòd, si uidetur res nimium calida; temperetur cum frigidis; ut rosæ, viol. ut supra de soda cholericam. & consimiliter ex oleis dictarum reru fiant linimenta cum pulueribus additis, cera, & aceto modico. & unguenta similiter suo modo dicendum, ut uidebitur expedire. & nota, quòd theriaca est ualde conueniens, & confectio anacardina est medicina singularis & propria, & maximè quando illinitur lingua, aut quando parti posteriori applicatur. sed considera eius caliditatem. & excellentior est, quam ponit Mesue, de passionibus neruorum auctoritate filij zachariæ. & caputpurgia etiam trahendo ad diuersum sunt hoc casu conuenientissima. pro quibus require supra de soda, & de paralyfi.

De cauterio uerò dicendum, q̄ fieri debet in fontanella puppis, quæ dicitur linealis, & duo alia fiant ex transuerso cranei in radice eius distantia ad mensuram pollicis: deinde fiant tria alia linealiter distincta separantia spondiles colli. & diceret aliquis, in principio tractatus sexti dictum est, q̄ septimum par neruorum ueniens à primo ventriculo deseruit motui linguæ: ergo uidetur, q̄ magis deberet fieri cauterium in parte anteriori. considera. habes autem ab Auic. prima primi de anatomia neruorum cerebri, q̄ à quarto pari, ut supra in principio capituli allegabantur in hoc itaq; uidetur contradicere Mundinus Auic.

In causa uerò calida, ut dictum est, facta phlebotomia, ventosatione, euacuatione &c. embrochæ &c. fiant cum frigidis positis, supra de soda calida, & gargarismata cum solatro, cucurbita, lactuca, portulaca, cucumere, & succis eorum. pro sexto gargarisma, & specialiter in causa frigida. Recip: origani, pirethri, zinzini, cinnamomi, hyssopi, salis communis, conficiantur cum oxymelle scillitico, & cū rob, & cum eo gargarizetur diebus continuis. item oxymel scilliticum est iuuamenti sublimis, & quandoque confortatur cum prædictis, quandoque cum sinapi, condiss, pirethro, quandoque cum pipere longo nigro, ita quòd possunt fieri fortia, & debilia gargarismata. possent fieri collutiones oris, ut patet intuenti, faciendo leuiores, & fortiores, ut placebit. sed pro gargarismis aduertatur ad canones positos in principio capituli. frictiones fiant cum sale panis, sale armoniaco, pipere, stafilagria, acoro, & huiusmodi, & fiant pluries in die. nota, q̄ acorus secundum omnem

modum administrationis eius in hoc casu est medicina sublimis, & propria mollificationi linguæ, & paralyfi. & similiter castoreum retentum in ore, & præcipue in causa frigida. scito, quòd frictiones sunt maximè laudatæ, & proprie cum theriaca. pilulæ in ore retinendæ. Recip: castorei, assæ foetidæ. ana. conficiantur in modum lupini cū gummi albotim, & ex aliis poteris conficere alias. electarium ad idem. Recip: cimini, cinnamomi, salis indi. ana. 3. 5. piperis longi grana centum, piperis nigri gra. quinque, zuchari. 5. iij. sumatur ex eo omni die, & est Auic. & commendatum. unde in summa nota, q̄ tales medicina dicuntur esse incisua, subtiliatua, & resolutiua. q̄, si humiditas fuerit subtilis currens; tunc adhibe resolutiua styptica; ut cinnamomum permixtum cum rox. aut ros. quinanti cum spondio. item fiat frictio cum acetosis stypticis; constringunt enim cum resolutione saliuæ. Auic.

CURA per communitatem. primò curetur dispositio membri communicantis, ut sæpe dictum est; deinde attendatur ad curam cum particularibus positis. & similiter dicendum; si communitate ægritudinis contigerit, ut dictum est supra.

CURA facta in febribus acutis, in quibus facta est exiccatio, tunc fundatur aqua calida super spondiles colli, & inungantur, & pars posterior, ut dictum est, cum humectantibus, quæ non sint nimium frigida, ut in canonibus supra in principio tract. vi. in ore; similiter teneatur frigida hum. ut uerbi gratia. & succi pomorum acetosorum, succi acetosa, aceti, aquæ ros. uini malorum granatorum. an. misce: deinde. & semen citoniorum, psillium, dragagantum ponantur in dicto liquore sic mixto, fiatq; mucillago, & exprimatur, & expressum cum zucharo optimo misceantur, & fiat pilulæ, quæ in ore teneantur.

CURA euenientis propter breuitatem ligamenti. procedatur cum incisione eius, & signum est, cum extrahitur lingua, rotundatur, & non uenit cum acucie sua; imo quasi duplicatur. facta autem incisione cum rasorio ferreo, uel argenteo tunc applicentur, quæ prohibent eis consolidationem; ut est frictio facta cum uitreolo, aut attramento, aut cum sale, & saluia adiuuicem commixtis, & pistatis, & est magis domesticum, & saltem in pueris. quòd, si timetur incisio cum rasorio propter uenas; intromittatur filum sericum duplicatum cum acu, & ligetur; donec per se rumpatur: aut secundum consilium Lanfranci cum rasorio argenteo ignito incidendo cauterizentur. sed nota, q̄ facta incisione cum rasorio non ignito, & post frictionem competit ablutio aquæ calidæ cum melle rosa. postremò scito, q̄, si tale accidens contingeret ex apostemate linguæ sub lingua, uel circa linguam ex magnitudine, uel paruitate eius, cuius cura eius pendebit ex cura illorum, de quibus satis particulariter infra.

De spasmo linguæ dicendum proportionaliter, ut de spasmo uniuersali dictum est ex parte dietæ, & euacuationis, & caeterorum; uide ergo ibi. ex parte uerò medicaminum particularium fiant gargarismata, collutiones, pilulæ in ore retinendæ, aut confectio alia ex his, quæ spasmo conferunt, de quibus supra, embrochationes ex meliloto, chamamilla, anetho, trifolio. similiter euaporationes, unctioes, emplastra, & parti posteriori applicentur, ut dictum est in præcedenti rubrica. quòd, si cum eo fuerit humiditas uiscosa tendens lacertos eius in latitudine; poterit ei conferre cauterium, ut in præcedenti rubrica. quòd, si causa fuerit siccitas uehemens, & quòd fuerit ex inanitione, sicut in febribus quandoque contingit; tunc regimen declinet ad humidum, ut dictum est supra de spasmo uniuersali. & collum inungatur cum oleo uiol. nenupharino, de salice, & huiusmodi. & similiter lingua humectetur cū collutionibus, gargarismatibus, pilulis, confectionibus. & nota hic, quòd oportet te seruare canones ex parte euacuationis positos de spasmo uniuersali reiterando.

Secundò, quòd multi auctores ut Auic. Mesue, & alij laudant collutiones, & retentiones oleorum in ore: quòd est apud modernos abominabile. & consulo abstinendum esse, & ad domestica magis pertransire, de quibus facta est

est mentio in tertio tractatu, & in præcedenti rubrica, & in de soda sanguinea, & cholericæ: nam loco olei uiolati uti possumus iulep longo uiol. & ita consimiliter de aliis; ut succo portulacæ dulcorato, & huiusmodi. & tu bene stude, ac ualde considera.

De magnitudine, & breuitate linguæ. Rub. 5.

MAGNITUDO linguæ est ultra debitam mensuram eius egressio: causa cuius sem plurimum est materia phlegmatica in lacertis linguæ, & eius substantia multiplicata. dicitur causa cuius secundum plurimum; quoniam etiam à materia sanguinea consuevit uenire, quæ per signa distingui habent. uidi enim linguam tantæ magnitudinis, ut in os claudi non posset, & ipsa exterius sem magnam partem eminebat, & deglutire nisi cum magna difficultate poterat. item fit quandoque à ventositate uaporosa implente ipsam, & inflante.

CURA canones in sanguinea obseruato debito regimine sex rerum non naturalium, ut supra de soda sanguinea.

Primo fiat phlebotomia uenarum linguæ. & si non potest fieri propter ætatem; fiat uentositatio cum scarificatione super spatulas in collo. & quandoque cum phlebotomia conueniunt uentositatis etiam secundum multitudinem sanguinis. quod relinquo discretioni medici.

Secundo fiat euacuatio, si possibile est, cum medicinis per superius, ut in de soda sanguinea dictum est. quod, si non; fiat cum clysteri ut ibi.

Tertio fiant diuersiones fortes satis, non multum tamen; ne fiat inflammatio, & agitatio, ut de soda dictum est.

Quarto fiat linguæ frictio cum incisuiis stypticis; ut cum cortice mali granati, acetositate citri, cum ribes, cum syrupo acetoso simplici addito modico uini granatorum, aut cum oxyzachara, & huiusmodi.

CURA in ea, quæ est ex humiditate phlegmatica. primo, si adsit plethoria; fiat phlebotomia obseruatis ex parte sex rerum non naturalium necessariis. quod, si non fuerit plethoria materia existente fluxa, & multa de eius multitudine timeamus, & virtus, ætas, & cæteraque consentiant; fiat phlebotomia diuersa. item applicatio uentositatum, ut supra; nam licet ratione euacuationis materia non competat phlebotomia; tamen ratione diuersionis bene potest competere, ut patet. fiatque deinde euacuatio. & si possibile est, quod deglutiat, fiat cum pharmacia, aut pilulis appropriatis, de quibus omnibus ad plenum de soda phlegmatica. quod, si deglutire non poterit; fiat cum clysteribus in principio non multum acutis; sed procedatur gradatim ad acutiora.

Secundo principaliter fiat diuersio, & fortior, quam in sanguinea, ut de soda phlegmatica dictum est.

Tertio fiat frictio linguæ cum incisuiis, resolutiuis, exiccantiuis; ut uerbi gratia, cum zinzib. pipere, sal gema, cæpis; item cum aceto, & sale, & consimiliter de aliis ex aliquibus, aut ex omnibus simul mixtis, ut uidebitur expedire. item in hoc casu facta purgatione, & non dubitando de fluxu materiae fiant gargarismata ex his incisuiis; ut ex oxymelle, pirethro, ireos, & ex aliis, ut supra de mollificatione linguæ per essentiam circa finem dicebatur. & tu ibi.

CURA in facta per uentositatem. purgetur corpus cum rebus dictis, & fiat gargarizatio cum rebus appropriatis in calida cum decoctione prunorum, rosarum, & huiusmodi; in frigida cum carui, pipere. item multi commendant aquam frigidam. ij. lib. diuisionum. cap. de ægritudinibus linguæ & causa est eadem cum causa Aphor. est autem ubi in tetano, siue uulnere, iuuenes carnosus, ætate media infusio aquæ frigide. 5. Aphor. & tu ibi.

DE breuitate autem linguæ dicendum, quod breuitas linguæ est citra mensuram eius debitam ingressio. cuius causa est spasmus, aut impedimentum ligamenti, aut mala complexio sicca, de quibus omnibus ad plenum dictum est, ut patet consideranti.

De multitudine sputi, & cursu eius in somno. Rubrica. 6.

MULTITUDO sputi est eius superfluus exitus, siue emissio ab ore. causa cuius secundum plurimum est humiditas multa in stomacho per uiam indigestionis, aut per humiditatem rei usum multiplicata. & dicitur sem plurimum; quoniam quandoque à caliditate dissolvente, aut frigiditate comprime-

A te, siue exprimente humiditatem à cerebro contingere potest. nam, cum stomachus se noceri sentit superflua humiditate; insurgit eius uirtus expulsiua ad expellendum. & aduerte, quod, sicut caliditas solis potest esse causa huius; ita excessiua caliditas à bireto magno eueniens potest esse causa eius; & hoc maxime in habentibus caput calidum.

CURA canones quinque; ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, diuersio, membri confortatio.

Primus completur cum his, quæ se opponunt causæ; ut in calida cum frigidis, ut sæpe supra. pro quibus ad tertium recurre tractatum.

Secundus consimiliter, pro quo ad quartum.

Tertius, si caliditas excessiua fuerit in causa; perficitur cum phlebotomia primo ex basilica, deinde ex cephalica. sed tu pro hac fienda uide, quæ posita sunt supra de phlebotomia in soda sanguinea. si uero fuerit presentia cholera; euacua, & digeras in. iij. tract. & de soda cholericæ dictum est.

CURA in facta ex humiditate phlegmatica. euacua cum appropriatis tract. iij. deinde perueni ad diuersionem, cum quibus fiat. dictum est ad plenum de soda, & alibi sæpe. confortatio autem membri fit dupliciter; aut confortando os ipsum; ut non recipiat; aut membrum mandans; ut non mandet. exemplum primi; ut si ex caliditate utatur gargarismate ex rebus frigidis stypticis; ut sunt diamoron, granata acetosa, & reliqui fructus acetosi, ut citonium non bene maturum, ut decoquendo, aut miscendo cum uino antiquo styptico commixto cum aqua chalybeata plurima commixtione. item colluat os sæpe ex decoctione lentium sumach, & huiusmodi. exemplum secundi. confortetur caput, ne mandet, ut dictum est de catarrho, & de soda ex caliditate. quod, si est stomachus; confortetur, ut infra de eo. exemplum ex humiditate cum similibus stypticis, ut in de mollificatione linguæ, ubi etiam nota quedam pro causa frigida. Rec. olibani, masticeis, nucum cupressi, & huiusmodi fiant decoctiones, collutiones, gargarismata proportionaliter, ut in facta ex causa calida dictum est. & consimiliter per omnia dicatur ex parte membri mandantis. nota tamen, quod in causa frigida oportet omni hebdomada prouocare vomitum, si id commodè, & leuiter fieri potest. item bis, aut ter in hebdomada dentur pilule alephangine. post quas administretur theriaca, & electuaria calida, uel confectio- nes, ut diagalanga, aromaticum rosa. garyophyllatum & huiusmodi. item fiat frictio linguæ, & oris cum exiccantibus, de quibus de mollificatione linguæ. & breuiter corpus utatur dieta subtili, & exiccantis ut assatis, & huiusmodi. & tu considera.

De abscissione odorum horribilium. Rub. 7.

AD illud confert masticatio rutæ, cyperi, & zedoariæ maxime, & collutio oris post eas ex aceto scillico cum modico aquæ.

De sputo sanguinis ex ore. Rub. 8.

SI fuerit ex partibus oris, aut eius cutis; cura est cum constringentibus: nam singularis rubrica fiet infra capitulo decimo. & tu ibi.

De apostematibus linguæ. Rub. 9.

APOSTEMATA linguæ in principio regiminis eorum curantur phlebotomia solutione uentris, ut Mes. in calido quidem cum phlebotomia euacuatiua: in frigido uero timendo magnitudinem apostematis cum phlebotomia diuersa supra in dubiis de ophthalmia. & particularius procedendo dicatur primo, quod apostematum linguæ quedam calida, quedam frigida phlegmatica, quedam melancholica dura; ut est cancer.

CAUSAE fiunt & quandoque potu ueneni fungorum, & opij.

SIGNA demonstratiua calidi. rubedo, caliditas linguæ, rubedo faciei, palati, & labiorum, & ipsorum ardor, & oris. & quod color dato, quod sit citrinus, declinat ad rubedinem: frigidi uero albedo linguæ, & faciei, labiorum, palati, & oris, & multiplicatio saliuæ.

CURA canones in calido. in principio ordinata dieta ut conuenit, primo fiat phlebotomia ex cephalica; deinde, si opus erit ex uenis, quæ sunt sub lingua. tu tamen habe menti

Practica S. S. quæ

quæ posita sunt supra de phlebotomia de soda sanguinea. item competit uentofatio sub mento. & scalpellatio facta in spatio, quod est inter fontes saliuæ, & dentes, est uehementis iuuamenti, ut Rufus, & plures alii post eum, & Mes.

Secundò fiat euacuatio, si expedit, cum euacuatuis dictis supra de soda sanguinea dirigendo ea ad caput, uel ad aliud membrum, ut erit expediens. tertius est administratio repercussiuorum, & illud fit cum succo solatri, succo lactucæ, aut endiuæ, & huiusmodi retentis in ore, aut cum aqua ros. aut decoctione ro. & uirgæ pastoris, & succo eius, ex quibus fiant gargarismata; si non timetur fluxus à capite, ut supra de catarrho. & tu ibi. item fiat ex uino granatorum, & aqua ros. aut cum aceto, & mucillagine dragaganti: item syrupus acetosus simplex cum aqua frigida. quartus administratio repercussiuorum, & resolutiuorum simul ut cum pertranseunt principium; utere diamoron cum decoctione saluæ, & similibus. quintus administratio maturatiuorum cum resolutiuis erit, aut est administrare lac cum melle, aut decoctione ex ficibus, passulis, fœniculo, & huiusmodi. sextus est apertio apostematis cum ad saniationem peruenit; & tunc curetur cura apostematum, & chirurgico relinquuntur.

CURA in phlegmatico principio fluente materia, ex qua timeatur magnificari apostema, fiat phlebotomia diuersa primò. secundò euacuetur præcedente digestionem; si materia expectat cum appropriatis. pro quibus quære tract. iiii. tertio fiat repercussio, ut dictum est, cum oxymelle multæ acetositate. deinde procedatur ad seaniabin mel ros. cum aliquantulo sinapis aut zinzib. aut huiusmodi: ultimo ad maturantia cum decoctione ficuum cum modico salis armoniaci. non enim multiplicauit in exemplis; quoniam in particularibus rubricis habebuntur particularia, & multa exempla. quòd, si ad suppurationem uenerit; aperiatur, ut dictum est.

CURA in duro, & melancholico. subtiliter diæta, & usus sit leuiorum, & laudabiliorum ciborum, pro quibus. iiii. tract. secundò euacuetur humor præcedente digestionem tertio administrantur subtiliatiua, mollificatiua, quæ teneantur in ore; ut decoctio fœnugræci cum ficibus, infusio sola fœnugræci, item decoctio passularum cum granis lauri, ite lac muliebre, asininum, caprinum, item decoctio dactylorum cum ficibus, & uino dulci, & fiant pilulæ ad hanc intentionem ex his. & in isto assiduetur lenificatio naturæ cum hiera, & casia. postremò nota quòd recitat Auicenna. auctoritate Gal. hic de illo, qui se somniauit tenere succum lactucæ in ore: nam ex illo sanatus est. & tu ibi uide. nam ad curam apostematis calidi magis uidetur attinere. & si post mundificationem calidi, uel frigidi remaneret excoarctio, quæ non sanaretur; tunc Recipe mastice, dragaganti. ana. misce, & pulueriza, & fac lauare linguam cum uino calido nigro. & post lotionem superpone puluerem: nam uinum de sui proprietate facit adhærere carnem. unde Serapio de uino inquit, & uinum nigrum grossum est malum stomacho inflatiuum, nisi quòd auget carnem. & Gal. Vitet uinum agreste, nigrum, stypticum: confert omnibus ægritudinibus quibus necesse est stypticare, & congregare. & tu benè considera.

De ranula quæ βάρταξος Græcis nuncupatur. Rubrica 10.

RANULA est quædam carnositas oblonga, uel rotunda sub lingua ad formam parue linguæ, aut ranæ, siue glandulæ duræ generata, color similis colori composito ex colore linguæ, & uenarum, quæ sunt sub ea.

CAUSA eius est humiditas uiscosa in substantiam carneam conuersa. ex quibus patet ipsam recipere duplicem figuram: unam oblongam, quæ est ad formam parue linguæ; alteram quæ est rotunda ad similitudinem ranæ, & hæc propriè ranula dicitur. unde Auicenna. describendo ranulam dixit. est similis glandulæ duræ, & est similis ranæ: prima tamen etiam ranula uocatur; licet non ita propriè.

CURA uniuersalis, pro qua nota canones, primus uniuersalis, quòd prius debemus tentare omnes alias medicinas pro eius cura, de quibus infra, antequam ad operationem perueniam manualementem. & hunc canonem sensit Auicenna.

E cum inquit de cura eius. si autem non ualuerint; non erit excusatio ab operatione manus.

CURA particularis, pro qua canones. Primus canon particularis ordinatio diætæ; debet enim ordinari in qualitate, & quantitate, ut uidebitur expedire.

Secundus est euacuatio reiterata; nam, cum materia sit uiscosa, & remota à uis ductu; non potest nisi in pluribus uicibus conuenienter euacuari, ut patet intelligenti, & iam dicta est causa supra de soda phlegmatica. de digestiuis est dicendum, quod conferunt, & dari possent; sed in die, uerbi gratia, in meridie, uel circa per sex horas post cibum ad minus non impediendo subitam euacuationem: nam hic morbus quærit statim applicationem particularium, unde Auicenna. & ceteri auctores statim scribunt particularia. de phlebotomia uerò dicendum, quod, ubi esset plenitudo, fiat prius de uena cephalica: quæ si non; fiat de uenis linguæ. unde Auicenna. & administratio phlebotomiæ sub lingua.

Tertius licet non sit multum necessarius; utilis tamè est & est diuerso, quibus fiat. patet ex dictis de soda.

F Quartus est administratio particularium, in quibus procedendum à debili ad forte, & fortius: nam in principio, & maximè in ætate tenera, uel satis tenera uidentur sufficere styptica resolutiua uehementis exiccationis; ut uerbi gratia, cortices granatorum cum origano, & sale. & fiat cum eis frictio, uel dragagantum adustum cum hermodactylis compositis cum albumine oui, & detenta sub lingua; nam infantibus, & similibus conferunt potenter. deinde transeundo ad fortiora fiat frictio cum sale armoniaco, & aceto, aut cum flore æris, aut dragaganto. deinde transeundo ad fortiora Rec. arsenici ru. citrini. ana. 3. 5. salis, gallarum, piperis, aluminis. ana. 3. i. conficiantur cum aceto forti, & madefiat coctum in eo, & fricet, deinde ad mitigandum dolorem teneatur in ore oleum ros. nota tamen, quòd diligenter est aduertendum, quòd de his, & similibus deglutiat propter periculum; & ideò stet patiens, dum est madefactus etià in madefiendo capite inclinato ad terram, & ore semiaperto. potest tamen loco arsenici poni calx uiua, & non est ita periculosa, & consulo magis fieri. quòd, si ista non conferunt;

G tunc perueniatur ad operationem manualementem, quæ est magis uia expedita, & ad hæc ego quamcunq; possum, peruenio, cum non uideo periculum. sed nota Rasim in diuisionibus. Si grauitas linguæ est propter ranulam oportet, ut ranula scindatur, & extrahatur: si fuerit magna; & si fuerit parua; fricetur cum medicamine acuto, quod est ad gingiuam sanguinolentam in qua operatione oportet attendere prius colorem, & sensum. quod, si fuerit fusca, nigra, dura, & sine sensu; non tangat; quia cancerosa est, & hac uia incurabilis est quòd, si fuerit alba, & ad albedinem decliuis, & benè tractabilis; quia non euacuatur ab humiditate; tunc capiatur cum uncino, & scindatur cum spatamine, uel incisorio, & ab utraq; eius parte, & extrahatur, deinde abluat os cum aceto, & sale. quòd, si superabundauerit sanguis; abstergatur cum spongia. quòd, si quidem emanauerit; superponatur uitriolum, & dimittatur operatio, quousq; fuerit restrictus deinde redeat minister ad incidendum, & ad extrahendum residuum, quòd remansit ita, quod pro eius cura completa cum operatione manuali debet fieri eius eradicatio. post autem eius extirpationem debet fieri collutio oris cum aceto, & sale, aut cum aceto solo etiam aqua calida mixtim, & superponatur atramentum, & alumen, & cum eis fricetur continuando per unam, aut per duas dies, aut cum uino nigro, in quo bullita fuerint thus, & balaustræ. ego autem quandoq; curauit cum solis scarificationibus, deinde frictione cum rebus dictis primò leuibus, deinde fortibus. & existimo ab his primò inchoandum fore. nam primus modus ab auctoribus ponitur, & intelligitur, ubi tale apostema fuerit magnum. quòd si fuerit paruū, ut ibi experientiam habui, fiat scarificationes, & collutiones, & applicationes rerum, ut dictum est de magno. postremò aduertendū, quòd cum lingua affinitatem habeat cum canna pulmonis aliquando propter dolorè accidentem in tali apostemate accidit tumor in gula, de quo dubitandum, ne fiat suffocatio ab eo, & ex consequenti mors contingat. quare eo casu festinandum est ad phlebotomiam cephalicæ, ut dictum est.

H

De adustione linguæ.

Rubrica. 11.

A D U S T I O linguæ accidit propter communitatē à uaporibus eleuatis, aut à materia febrili acuta, aut apostemate, aut cholera ex ore stomachi proueniente, aut descendente à capite ad eam, aut ex re extrinseca nota, ut est acuta, falsa, amara.

C V R A canones, ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, confortatio linguæ, ne recipiat, & mala qualitas iam impressa remoueat. primus, secundus, & tertius, cum quibus perficiantur; recurre ad ea, quæ de sôda cholericâ, de phrenesi, & de aliis ægritudinibus acutis dicta sunt.

Quartus completur cū rebus frigidis, & hum. ut lacte, & præcipuè canis, ut Plinius 30. cap. statim enim sanat. ualet, & lac capræ, ut idem. 28. item tenere in ore pilulas factas ex semine lactucæ, candi, citrullorum, cucurbitæ, cucumeris, tereniabin, & similibus. item teneat os apertum, & ad se aerem trahat maximè declinando os per situlam aquæ usque etiam ad positionem labiorum in aqua exclusiue. & in summa teneat in ore succos infrigidâtes, & humectâtes ut pruna, thamarindos, zuccharum uiol. sebesten, iulep uiol. ite

B semina citoniorum, & per os ducantur ipsis prius infusis in aqua; si nō sunt recētia: sunt enim de his, quæ maximè humectant linguam prima quarti de asperitate linguæ. Quod, si illic fuerit uiscositas; fiat absterfio fricando cū mentha, & os abluendo cū succis, & mucillaginibus: item cum aqua mellis ros. cuius dosis ad mel sit uigintupla: item cum aqua hordei, cum diadraganto, uel zuccharo tabarzet. item fiat eius abrasio, siue absterfio cū petia, aut spongia, aut plicando cannam ad formam hic in margi ne figuratam quæ conuenientius mūdificat usque ad radicē linguæ, quàm coclear, aut lignū alio modo dispositū. postremo nota Aui. prima quarti de asperitate linguæ in fine. & oportet, ut nō ponantur puluina multa neq; resupinet dormiens; nam duo hæc exiccāt linguam. unde in initio partis posterioris capitis confert multum in humectando, & in fricando. & tu benè considera.

De scissuris in lingua. Rubrica. 12

A C C I D U N T scissuræ ex phlegmate falso, uel alia materia acuta, uel melancholia adusta, de qua infra de scissuris labiorum: nam non oportet, ut eorum mortificationem præmittam, sicut neque adustio; cum talia sint sensui maximè manifesta.

C V R A canones, ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, diuersio, rectificatio membri mandantis, confortatio linguæ & eius consolidatio.

Quibus perficiantur primus, secundus, tertius, & quartus patet ex dictis de sôda; nam à capite communiter euenit.

Quod, si à stomacho; rectificet cum diætâ, euacuationibus, diuersionibus, ut infra de eo. & utatur patiens his, quæ prohibent eleuationem uaporū ab eo, ut supra de sôda per communitatem. q. si à capite; habitus est modus constringēdi ipsum, ut supra de sôda. & sic completur quintus.

Sextus completur cum remouentibus malam qualitatem impressam, & consolidantibus: uerbi gratia, teneat in ore mucillaginem psillii cum zuccharo tabarzet, aut ex his fiat pilulæ in modum lupini in ore tenende. item teneat in ore albuminis oui recentis conuassati cum modico olei ros. facti ex oliuis immaturis. item masticeæt sæpe portulacam, ita masticeæt pedes uitulorum coctos, item teneat in ore oua mollia in aqua decocta ita, quod sal teneat uitellum, & albumen oui, item teneat frustum cucumeris, item sebesten recens, aut infusum in aqua, item ex expertis teneat butyrum recens ablutum cum aqua plantaginis. item ualet; Recipe mucillaginis psillii, mucillaginis dragaganti, & gummi ar. ana. partes æquales, syrupi uiol. partes. ii. thamarindorum partes. iii. seminis portulacæ afsi, spodi. ana. par. i. tertiam camphoræ octauam partem unius partis. terantur terenda contritione ultima, & fiat linimentum, de quo liniatur lingua hora post horam præcedente prius oris collutione ex aqua ros. par. v. aceti par. i. uel ex acetositate citri, & aqua ros. pro nobilibus, uel ex uino nigro styptico cum aqua plantaginis multa commixtione. & tu uide, quæ posita sunt supra de apostematibus linguæ. aliud, & est efficax in ætate tenera. Rec. seminis portulacæ, seminis ro. amili, zucchari

A tabarzet, spodi, croci, balaustiarum, ros. dragaganti. terantur, conficiantur, ut supra cum syrupo ros. aut uino, & linias, ut dictum est, etiam nō præcedente collutione sed melius est, ut præcedat. item. Rec. puluerem lycii, & cum amilo, penidiis, & aqua ros. confice, & illiniatur lingua, & præcipuè in infantibus. probatum est, & est medicamen mulierū salernitarum. ad hoc propositum satis conferre uidentur quæ scripta sunt supra de adustione linguæ. & ea quæ infra de scissuris labiorum pro parte commoda non parum esse iudicantur.

De bothor in ore, & lingua. Rubrica. 13.

B O T H O R linguæ, aut oris sunt apostemata parua in eis apparatus, quarum causa est in ætate prouecta uapores aliunde eleuati mali corrupti. & dicit in ætate prouecta; quoniam talia in infantibus apparentia sunt ex lactis corruptione secundum plurimum: aut à corruptis humoribus, quos natura à se expellere quærit, & ab eis mundificari. dicitur aliunde; quia à stomacho propter presentiam calidorum, & corruptorum humorum in eo, aut à capite cōsimiliter, aut à matrice. apparent itaque & hæc in feb. acutis ex malitia fumorum, in quibus, cum apparuerint bothor nigræ, moritur febriens in secundo die.

C V R A canones, ordinatio diætæ, digestio, euacuatio, diuersio, rectificatio membri mandantis, particularium ad ministratio.

Diætâ in lactente ordinetur nutrici, ut erit expediens.

Digestio, euacuatio, & diuersio in ætate ultra infantiam fiant, ut opus erit secundum materiam peccantem. pro quibus recurre supra de sôda, & quarto tractatu. sed nota, quod quidam pro diuersione fienda non uerentur scarificatione extremitatum aurium in lactentibus. similiter in modicum prouectioribus applicationes uentosarum sub mento, & collo. ista tamen, etsi fortassis sint multum utilia; sunt tamen apud uulgos multum detestata. laudo tamen, quod cōsentiente ætate, & uirtute, & compræhendatur materiam peccantem esse sanguineam, tunc fiat phlebotomia cephalicæ, deinde, si expedit de uenis labiorum, item de uenis quæ sunt sub lingua, item & fiant scarificationes cum positione uentosarum in collo. deinde fiant euacuationes, ut dictum est cum cassia, thamarindis, manna, & in cholericis cū diaprunis, electario de succo ros. rhabarbaro. & in phlegmatico cum hierapicra, cochiis, turbith, & in melancholico cum dialena, hiera Rufini.

Membrum autem mandans rectificetur aut cum dictis, aut cum dicendis capitulo suo.

V L T I M V S perficitur in calida in principio cum percussiuus; ut gargarizando cum diamoron, & aqua hordei. item decoctio sandalorum, ros. lentium, excorticatarum, item decoctio extremitatum arborum stypticarum in aceto; ut mespillorum, citoniorum, quercus, & huiusmodi. quod, si fuerit ignis, aut carbunculus; fiat gargarisma cum succo plantaginis, coriandri, solatri, portulacæ, uino granatorum; in phlegmatica uerò cum sumach, gallia, balaustia, mastice, thuris melle cum modico aceti. quod si fuerit fistula; fiat cum uino decoctionis agrimonie, & melle; deinde puluerizetur ex radice aristolochie. & quoniam hoc capitulum multum attinere uidetur chirurgicis; hinc leuiter factis pertransiui: nam de hac materia pro parte tactum est supra de apostematibus linguæ, & statim infra multa huic negotio commoda ponentur. etiam tu ea, quæ dicuntur in illa rubrica, cum his applica. dixit tamen Auicē. quod plurimorum infantium bothor sanantur cum zuccha. tabarzet, & camphora.

De alcola & ulceribus malignis. Rubr. 14.

A L C O L A est pustulæ paruæ nascentes in superficie cutis oris, & linguæ cum expansione eius.

C A U S A secundum plurimum est materia phlegmatica falsa, aut phlegma ipsum putrefactum. unde Auicē. & generaliter ex phlegmate falso in pluribus. dicitur cum expansione; nam aperto ore uidentur pustulæ in modum lentis paruæ expansæ super linguam, & circa labia, & pelliculam oris cum multiplicatione, & fluxu saliuæ ex ore, & specialiter in pueris. dicitur secundum plurimum; quoniam aliquando fit à materia sanguinea; ut quando sunt

alcola
Græcis baris, & recentioribus alcola nominantur.

Practica. S. S. 2 rubræ:

rubez: quandoq; à cholera, quando sunt citrinæ: quādoq; à melancholia, ut quando sunt ad melancholiam declinantes, & sic de aliis: quandoque ex corruptione lactis aut ex indigestione, vt in infantibus sæpiſſimè contingit. harum autem quædam sunt sine ulceratione, & istæ à Gal. dicuntur aphthæ, & ab Auicen. nominantur alcola. & quædam cum ulceratione. quæ uerò sunt cum ulceratione notabili, & præcipuè appellantur ulcera maligna ab Auice. & Gal. & multiplicantur in febribus pestilentialibus, & temporibus pluuiosis.

SIGNA demonstratiua, quando ex materia calida contingunt rubedo in ore, caliditas, siue feruor fortis, & quādoq; cū excorticacione palati, & linguæ, & q; à caliditate nocetur, & rem durā, & calidam masticare non potest. eorum aut, quæ à phlegmate putrefacto, sunt albedo pustulæ & latitudo, inflatio labiorū, & gingiuarum, multitudo saliuæ cum aliquali faldine, & calore. eorum uerò, quæ ex putrefactione, & corrosiue sunt, corrosio, & putrefactio linguæ, gingiuarū, & multiplicatio saliuæ cum fluxu aquoso. sanguinea ad rubeū, cholericæ citrinum, phlegmatica ad albedinem, & melancholia ad nigredinem uergunt.

PROGNOSTICA. omne ulcus adueniens in superficie oris est uelox ad dilatandum; propterea q; non deficit ei caliditas inseparabilis, & cutis humida leuis. alcola multiplicatur, ut supra in feb. pestilentialibus, & in pluuiis.

CURA. canones quatuor in eo, quod est sine ulceratione. primus adæquatio causæ facientis alcola: secundus est euacuatio materiæ: tertius diuersio: quartus est particularium administratio.

PRIMVS completur, & maximè in pueris cū his, quæ rectificat lac, si non comedunt. unde Mes. ut rectificetur lac lactantis eos. & Auic. Si autem non sunt comedentes; oportet, ut quæ eos lactant, cibentur eis. quòd, si comedunt cum his, quæ digestionē bonā procurant, ut infra ca. de dispōnibus stomachi, ut uerbi gratia, in causa cal. cū frigidis & in frigida cum calidis reddendo ista cordialia, si fuerit ex febre pestilentiali; nā dicta de regimine in soda calida, & frig. de febre pestilentiali sufficiant tibi. & tu recurre.

Secundus perficitur phlebotomia, & solutione ventris. in calida quidē cōpetit phlebotomia; si ætas, & cætera cōfentiunt. unde Auic. phlebotomia quidem confert omnibus ægritudinibus calidis oris. & si non potest fieri phlebotomia; apponantur uentosa cum scarificatione; sunt enim uicariæ eius, vt quarta primi, de uentosis. & tu pro hoc canone recurras ad dicta supra de apostematibus linguæ.

In frigido uerò dicitur competere phlebotomia; nam saltem utilis est diuertendo. unde Mes. Secundā uerò rem cōplent in calida quidē & fri. euacuationes per phlebotomiā. directius tñ uidetur cōpetere pharmacia, nisi esset in toto plethoria. fiant ergo & in calido, & in frig. euacuationes cum pharmacia appropriata, ut de apostematibus linguæ dictum est, & supra de soda. q; si opus erit digestionē; habitum est, quid agendum ex allegatis dictis.

Tertius perficitur cum uentosis positis sub mento cum scarificatione; si ætas patietur, & in calido cum clysteribus leuibus. quòd, si fuerint maligna, corrosiua; imponantur ea, quæ educunt materiam acutam, ita tamen, q; clyster non transcendat gradum leuiter: non enim fiat acutum. quod dico; qm̄ in frigido oportet clysteria esse acuta, de quibus supra de paralyſi, & apoplexia. & tu ibi. tu tamen nota, q; oportet procedere de debili ad forte, & fortius.

Quartus compleatur obseruatis his canonibus. primus, q; in forti fortibus, in debili debilibus utatur medicinis. secundus, quòd in calido uti debemus in principio medicinis frigidis, in quibus est stypticitas: deinde his, quæ resolunt. tertius, q; in calidiori frigidioribus. quartus, quòd in frigido in principio cum his, quæ abstergunt, & exiccant qualitate sua æqualis; deinde his, quæ exiccant, & resolunt, & sic obseruetur usq; in finem. & iuxta primum canonem in pueris debentur debilia; prouectis uerò fortiora. & prosequendo in calido quidem cum administratione rerū frigidarum acetosarum habentium stypticitatem; cuiusmodi sunt rob de ribes, rob de moris, rob agrestæ præcipuè de yua syluestri, aut decoctionis myrti, aqua decoctionis len-

E tium excorticatarum cum modico aceti, uinum granatorum acetosorum, aqua decoctionis ros. acaciæ, & huiusmodi. & ex compositis. Recip. seminum ros. portulacæ, sumach, amili, balauſtiarum, ana. partes æquales, camphoræ, par. i. quartā. fiant cum zuccharo tabarzet pilulæ in ore tenendæ. aut, si adultus est æget; puluerizentur, & puluis suffletur in os; sed prius fiat oris collutio cū aceto, & aqua ros. aut cum alio, vt statim de malignis dicitur. ad idem & leuius. Recip. seminum ro. seminum cucumeris, citrullo, cucurbitæ, balauſtiarum, lentium excorticatarum, spodii, sandalorum al. alcane, balauſtiarum, sandalorum al. ana. partes æquales. terantur omnia satis subtiliter, & bulliāt in syrupo acetoso simplici cum modico aquæ ros. deinde colentur, & ex hoc linimento liniatur os, & lingua puerorū; non enim sunt aliarum rerum commodè capaces. Rasis tamen cōmendat de ægritudinibus pue. in calido parū amili distemperatum cum aqua rosa. & ponatur in ore puerorū. aut lenticula excorticata, & masticata, & in ore puerorum posita, item succus granatorum, & cotoneorum. quòd, si

F acuitas fuerit multa; tunc adhibe succum lactucæ, aut solatri. in frigido uerò phlegmatico laudatur mel cum alumine zuccharino, & fricetur leuiter os, & lingua. item ualet oxymel compositum cū aqua rosa. mixtū, item myrobalani citrini cum pirethro, & cum aqua ro. & zuccharo. item ualet mel rosa. colatum in principio, & non colatum in fine. item ad idem. Rec. rasuræ pergameni, gallarum. ana. par. i. chelidonis, corticū radicum capparorum, colchotar. ana. par. s. aluminis, balauſtiarum. ana. par. vnius tertias duas, alcane par. s. confice cum aceto, & melle, & utere. compositum in materia mixta ex cholera, & phlegmate. x. chelidonis, sief memithæ, spodij, seminis plantaginis, capitū ros. & seminum earum, myrobalanorum citrinorum, balauſtiarum, aluminis zuccharini. terantur, & administrentur, ut dictum est. in melancholico uerò laudatur farina orobi cum galla, & melle. laudatur maximè rasura pergameni in hac, si miscetur cum aceto, & maximè in pueris: in adultis uerò dragaganthum cum aceto. & gallæ, quando coquantur cum aceto, & sale; conferunt omni alcola maligno.

G **CURA** in alcola, cum quo est ulceratio, & factum est iam malignum ulcus, & præcipuè cum calidum est. canones. primus mundificatio, & absterſio: secundus mundificatio, & incarnatio: tertius est consolidatio tantum: quartus præuisiuus, & maximè in calido, ut sit oleorum omnium alienatio. unde Auic. & oportet ut alienet omnia olea usq; ad oleum de oliuis.

Primus itaq; completur cum mundificatione virulenti, & corrosiuis, & repressione malæ qualitatis, ut in rubrica de polypo, de ulceribus narium dicebatur. & similiter suo modo requiratur ibi pro complemento secundi, & tertij. tu tamē nota, q; quæ dicentur infra de ulceribus gingiuarū sunt hoc in loco cōferentia. & tu illa considera. quid enim de cauterio creditur, ibi dicitur. q; si fuerit ex phlegmate, & malignum; tunc primò fiat mundificatio cum medicinis absterſiuis, & exiccatiuis; ut cū secaniabin, cum modico aluminis, & colchotar. aut accipiatur chelidonia cū sale, & aceto scillitico, aut fiat cum uino, & melle mundificato. secundò fiat consolidatio, ut dictum est ex compositis supra, & de polypo, & ulceribus nasi, & infra de ulceribus gingiuarum. si uerò fuerit melancholicum, quod omnibus est deterius, & uix curabile in pueris saltem, quibus medicamina per se conuenienter applicari non possunt; tunc primò fiat mundificatio, siue absterſio cum medicinis multæ absterſionis continuando, & frequētando eas. & absterſiua iam dicta sunt hic, & supra allegatis rubricis.

H Secundò fiat materiæ corruptæ omnimoda remotio; ut uerbi gratia, & est Rasis in libro diuisionū. x. arsenici rucalcis, aluminis, gallarum, floris æris subtiliter puluerizatorū. an. 3. i. infundantur in modico aceti, & per hebdomadam exiccantur, & de isto medicamine ponatur super locum per spatium unius horæ. deinde dicit ad remouendum dolorē inungatur cum oleo ros. aut cum oleo ros. cōquassato cū albumine oui, ut ponit Mes. aut albumen cum aceto cōquassatum. & sic habentur tres intentiones, ut patet consideranti. quòd, si ista non conferunt, & fortiora cupis; recurre

recurre ad dicta supra de polypo, usq; ad cauterium, si ætas tolerat, virtus, &c. & procede, ut dictum est. sed cauterium malè dari poterit saltem actuale; sed, cum incumbit necessitas; fiat, unde existimo, quòd talia apostemata in pueris secundum plurimum sunt eos perimentia propter incommoditatem applicationis remediorum, & malignitatem morbi; quoniam cancro multum appropinquat. postremò addo ex consolidatiuis laudatis hic. R. cerussa lotæ cathachimæ lotæ, litargirii. ana. 3. i. puluerizentur subtiliter, & incorporentur cum mucillagine dragaganti, & gummi ara. maxime autè laudatur puluis ligni putrefacti. & pro cõplemẽto rei ipsius aggrega hanc rubricam cum rubrica de ulceribus gingiuarum.

De foetore oris. Rubrica. 15.

Foetor oris est dolor horribilis, & foetidus ex resolutione humorum ob dominium caloris extranei in eis à partibus oris, uel aliunde egrediens: nam, cum calor naturalis dominatur in humoribus; res fit aromatica, & boni odoris; digeritur nanque eorum superfluum, & resoluitur. cum autem accidentalis; dominatur calor, non fit digestio, & deputatio, & superflua res fit foetida, & non insensibiliter resoluitur; non enim tunc possunt superfluitates regulari ob debilitatem caloris naturalis; sed pro tunc non debite regulati corrumpuntur, & putrescunt. & dicitur à partibus oris, quoniam ex putrefactione gingiuarum, aut earum mollificatione, dentium corruptione aut mala complexione cutis oris & præcipue calida contingere consuevit. & dicitur aliunde; quoniam quandoque contingit ab humore in stomacho putrefacto, qui foetor tunc magis ante cibi assumptionem sentitur quàm saltem immediatè post. quandoque à spiritualibus, qui clauso ore per nares ipsas comprehenditur; ut in phthisicis, empiematicis, pleureticis; nam tu recurre ad ea, quæ dicta sunt supra de foetore narium; quoniam & in hoc casu quàm maxime auxiliabuntur. prouenit & non raro foetor talis uitio cerebri, ut ubi. & ad foetorem oris causandum facit aer putridus humidus, paucitas exercitii; quare superflua non consumuntur. cibi humidi, & corruptibiles; ut lac, fructus, pisces, herbæ phlegmatica, somnus superfluus, nimia ciborum repletio, & potuum, inanitio superflua, & maxime coitus. & licet ex putrefactione cholerae, uel phlegmatis in stomacho existentis persæpe contingat; tamè frequèntius ex phlegmatis putredine contingere consuevit propter quinque causas. prima; quoniam phlegma est humor frigidus. secunda; quoniam est humidus; humiditas nanque mater est putrefactionis quarto meteororum. tertia, quia de facili rheumatizat non regulatus. quarta quia plus per uiam mali regiminis, & indigestionis multiplicatur. quinta propter eius quantitatem; nam post sanguinem est respectu aliorum pluris quantitatis. idèòque à natura non ita faciliter gubernatur. sed quæret aliquis, quare ergo in febribus continuis ex phlegmate putrefacto non est continuus oris foetor, cum ibi sit continua phlegmatis putrefactio. de hoc in dubiis. & si in cura dispositionis huius me fortasse prolixum reddam; nemo me mordeat; cum hæc passio sit nimium tediosa, nimiumque horrenda, cuius curam ægotantes diligenti atq; accurata nimium sollicitudine perquirant.

Signa demonstratiua eius, qui est à materia calida in stomacho, quia alleuiatur post comestionem. & foetor est cum acuitate, & fumosa eructuatione, & in ieiuno fit fortior, & acutior: eius uero, qui est ex phlegmate corrupto, quia non alleuiatur post comestionem nisi parum, & est continua cum foetore eructuatio acetosa marcida: eius uero, quæ fit à dentibus, gingiuis, & huiusmodi sunt nota uisui, & ex infirmi relatione. consimiliter qui ex apostemate pectoris, aut pulmonis indispositione, & huiusmodi ex uotitia malarum dispositionum ipsorum membrorum habita.

Cura eius, qui ex gingiuarum putredine accidit canones. primus ordinatio dietæ, digestio, euacuatio, rectificatio membri, si quid est in causa, ut consuevit esse cerebrum ut infra de dispositionibus gingiuarum: quintus mundiactio, & absterisio rei putridæ, sextus cõsolidatio, septimus re motio malæ qualitatis impressæ in partibus oris cum his, quæ odorem bonum efficiunt.

Et antequam descendam ad complendum canones, ponã

A simplicia, & aliqua composita magistralia foetorem oris, & anhelitus remouentia subiungens, quæ odorem bonum efficiunt, quibus septimus canon complebitur. & sunt absinthium acetum scilliticò, anisum, apiu, aurum in ore retentum, cyperi, casia lignea masticata, cinnamomum cum masticæ, mentha, decoctio eius in aceto, & colluatur os eius, pulpis eius, cum quo fricentur dentes, & gingiua, muscus masticatus, electarium de persicis Mes. distinctione prima antidotarij, sigia græca, confectio Nicolai, mellissa, myrtus uinũ decoctionis eius, oxymel scilliticu Nico. aromaticu garyophyllatu Mes. prima distinctione antidotarij. ite & aromaticu nardinu eiusdẽ. ite anusdarii Aui. i. tract. quinti cubebe, citrum, collutio ex decoctiones eius in uino. ite cortex eius in ore retenta, uel decoctio eius, ite pulpa eius, citru conditum, syrupus de corticibus eius, electarium de citro Aui. iii. tract. quinti. cyperus, cõfectio de xyloaloes Mesue distinctione prima. confectio alchab Mes. diacitonitem Nico. electariu laticas Mes. galanga, garyophyllus masticatus, gallia muscata, myrtus, nux muscata, ozymu garyophyllatu, pilula diarrhodò Mes. thus, xyloaloes, zedoaria, & generaliter omnia electaria ualent in foetore oris. ex his quibus medicinae conficiunt sunt myrrha, & seru, & succus citri, Aui. rob. acetosa, mel emblicoru, mel chebolorum, chesmes, passæ dulces, uinum, persica condita Mesue distinctione. iiii. pilula indæ Auic. ix. tract. quinti, & Serapio eis addit muscum. xvi. cap. antidotarij sui. pilula garyophylloru sexta tertii de cura foetoris oris. suffuf Arist. Auic. iiii. tract. quinti, & Mes. idem de cura foetoris oris. trochisci de cyperis, trochisci ligni aloes ambo. in Mes. viii. distinctione antidotarij, aromaticum, anisum &c.

B Et ad canonum executionem rediens dico ad primum, quòd in summa debet patiens abstinere se ab omni re facilliter putrescibili; ut est lac, pisces falsi, fungi, pisces recentes. unde notandum, quod dicit Halya. libro regum, quod causa, quare pisces recentes inducunt maiorem sitim, quàm falsi, est, quoniam facillius corrumpuntur, & præcipue in stomacho frigidò. similiter fructus, & præcipue cucurbita, cerasa, item carnes duræ, carnes uiscerum, item oua tremula, & maxime in stomacho calido, similiter uinum grossum indigestibile, & breuiter omnia, quæ præparant, & quæ præparata possunt facilliter corrumpi, aut non bene digeri; ut pinguis, grossa, uiscofa pulmenta, & nauseatiua satietas, de quibus supra in fine tract. iii. sed utatur frixis cum semine foeniculi, aut anisi: & in secunda mensa citoniis piris, & eorum conditis, aut zinzicondito aut diacimino, aut diatrion. & uinum sic conditum cum speciebus aromaticis, ut infra. ponitur a quibusdã inter inducentia foetorem oris garyophyllus, qui tamè supra & ab Auic. & ab aliis numeratur inter odorem bonu facientia, quibus non multum adhæreo. ueruntamen potest ex eis contingere foetor oris; ubi continuatur à stomacho calido. ite ubi recipiant à stomacho, in quo sit presentia humorum putridoru: nam de facili corrumpuntur propter quandã humiditatem accidentalem, quam habet. & in his terminerur canon primus. de allio, & cõpiss dicetur in fine in dubiis.

Secundus uerò, & tertius compleantur cum respicientibus materias, de quibus supra quarto tractatu.

D Pro tertio, & quarto tamen notandum, quod uomitus etiã uidet cõpetere maxime, si causa fouens fuerit in stomacho & hoc ubi facilliter, & sine nocumento magno fieri possit. unde, si fuerit ex cerebro; rectificetur cerebrum, & iam dictus est modus supra de foetore narium, & tu ibi. si uerò fuerit ex stomacho, reiterata euacuatio cum his quæ conueniunt; ut sunt pilula alephangina non bis tantu, sed ter, quater, & multoties: tunc uidetur cõpetere uomitus secundum sententiam filii Zachariae, quæ & Mes. collaudauit, qualiscunq; fuerit materia post esum acruminum, & acetosoru ut post lymones cum successione syrupi acetosi, aut secaniabis, aut hydromelle. post hæc uerò pro rectificatione eius completa administrentur, quæ acquirunt temperiem stomacho; ut uerbi gratia, in calida causa administrentur chrysomila humida, & persica humida. sed tu dices supra tract. iii. persica sunt posita inter ea, quæ facilliter putrescunt ergo. dicendum, quòd hoc, quòd dictum est hic de eis est uerum: nam illud allegatum nõ obstat; quoniam hoc agunt

per proprietatē; & idē dixit Mes. de foetore oris, & in re cholericā est administratio rerum, quæ sunt propriè chrysomila humida, aut perficā cū proprietate; nam multum exaltantur ab Auicē. inquit. si autem est humor cholericus putrefactus in stomacho, aut in toto ore; non est aliquid magis cōferēs ei, quā chrysomila humida in ieiunio, aut perficā. quōd, si non fuerit præsentia eorum humorum; administratur infusio eorum, quæ ex ipsis incisa sunt, & exercitata in ieiunio, & propriè siccata chrysomila, citronia, rob acetosarum citri, minera acetosa, syrupus de pomis Mes. diacitonitem. in frigida uerò & propriè phlegmatica; ut zinzi. cōditum, triphera minor, acetum scilliticum, trochisci, diarrhodon, zuccharum ros. cum mastice, trochisci gariophyllati, lætificans, & similia, ut supra.

Quintus, qui præcipuè respicit substantiam gingiuarum putridam, cōpletur primò cum abstergentibus, uel mundificantibus; ut uerbi gratia, cum leuibus, cum aceto, & aqua ros. addito modico mellis. credo tamen in hoc casu uinum præualere aceto; quoniā acetum sua mordicatione prohibet cōsolidationem. accipiatur itaq; uinū decoctionis origani, & menthæ, & colluatur os. aut, si causa calida fuerit aut mollificatio gingiuarum, de qua infra in propria rubrica. & rosarum, myrti balauftiarū, menthæ, ana. bulliant in aqua hordei, & fiat inde oris lotio. aut in causa frigida. R. nucis muscatæ, mastice, cinnamomi, garyophyllorum. an. bulliāt in uino aromatico, & aqua ros. & inde os colluatur. laudatur maximè in hoc casu uinum decoctionis cinnamomi, hyssopi, cubebæ, & sero quolibet ante cibi assumptionem sumptum. & consimilibus speciebus potest aromatizari uinum, quo debet patiens uti. absterfua multa dicta sunt supra de foetore narium de ulceribus nasi, iuxta quæ habes formare tuo proposito ex datis utilia. & tu confice. itē fiat mundificatio, & absterfio earum cum mandili aspero usq; ad sanguinis euacuationem, & confert. deinde cum uino lauētur aut aqua ros. & aceto; sed melius uinum, quōd, si nō sufficit, mandile; remoueat putridum cum stylo, aut medicamine corrodeute, ut supra de polypo, & statim infra.

Deinde peruenias ad ea; quæ complent sextum canonē. sunt consolidantia, & remouentia putridam carnē; ut sunt puluis aloes, myrrhæ, sarcocollæ, thuris, attribuendo eis uicissitudinem. & ex compositis. R. dragaganti usti. 3. i. radicis lillii, croci. ana. 3. s. conficiantur cum melle trochisci, & utere. & alcali solum quando ponitur super putrefactionē gingiuarum, eradicat eam, & facit nasci carnem bonam. & expertis. R. acaciæ, arsenici citrini, rhabarbari, calcis, aluminis, ana. fiant ex eis trochisci cum aceto, & exiccati terantur, & misceantur cum aqua mellis, aut decoctionis seminū iuniperi, & fiat ex hoc linimentum, & liniantur, & caue, ne patiens deglutiat. aliud consolidans, & incarnans gingiuas, & odorem oris bonum faciens. R. spodii ro. chesim. an. 3. i. s. margaritarum non perforatarum, sanguinis drac. boli arm. ana. 3. i. cornu cerui usti, sandali ru. granorum iuniperi chelidonis. ana. 3. s. camphoræ tertiam. 3. i. fac puluerem, & applica super gingiuas, & applicatus denti commoto confirmat eum.

CURA. si fuerit uitio dentis, & putrefactio fuerit in superficie; tunc fiat eius frictio, & remotio putridi cum lima, aut partem dentis putridam separando à non putrida cum celte, aut alio instrumento. quōd, si putrefactio fuerit sequens radicem dentis; eius uera cura est eradicatio eius. dicitur uera; quia palliatia possent fieri cum occultantibus malum odorem; ut sunt aromatica simplicia, aut composita quæ subtilitate, & fortitudine sui odoris uincunt omnem odorem; ut sunt ex simplicibus muscus, garyophyllum, cinnamomum, ut supra: & ex compositis gallia muscata, diacardon, & cætera electaria, aut confectiones, de quibus supra. pallietur itaque cum mundificatione dentis assidua, mane, & sero, & usu rerum bonum facientium odore eas tenendo supra dentem, aut quomodolibet aliter in ore si uerò à mala complexionē calida contigerit; fiat alteratio cum frigidis aromaticis admiscendo camphoram faciendo collutiones frequentes. item aquam decoctionis earum longo tempore in ore, aut pilulas, aut confectiones frigidas; ut triasandali cum camphora, diarrhodon Abbatis caphoriza-

tum, & huiusmodi. nota tamen, quōd ista ita conuenienter applicentur, quōd non sequatur dentium læsio, aut aliarum partium oris.

CURA. in facto uitio spiritualium oportet principaliter attendere ad curam membri ipsius, quæ infra ponetur Iesu concedente. quōd, si curari non poterit, ut est phthisis incurabilis; tunc oportet procedere cura palliatia tenendo in ore, aut utendo rebus bonum odorem facientibus, de quibus supra, & infra statim etiam dicitur. ita q; in hoc casu teneatur os mundum, & sæpe lotum cum decoc. rerū aromaticarum in uino, ut positum est. & sit usus rerū odore bonū facientium, quas aut in ore teneat, aut deglutiat, ut in foetore uitio stomachi proueniente dicitur.

CURA uitio stomachi, iam dictum est. sed pro complemento ponentur quædam ex compositis ab auctoribus multum laudata. pilulæ Ioannis damaseni. R. garyophyllorum nucis muscatæ, cinnamomi, ana. 3. i. macis, sandali, ru. ana. 3. s. gra. v. ligni aloes, gra. vii. galliæ muscatæ, 3. s. gra. ii. s. confice cum succo granatorum, & fiant pilulæ ad modum lupini in ore tenendæ. laudatur etiam usus pinearum, usus passularum cum granis iuniperi. unde ex passulis enucleatis, granis iuniperi, & pineis confice in modum nucis. & comedat mane, & sero. item comedantur pilulæ de garyophyllis, quarum descriptio. R. galangæ, garyophyllorum. ana. 3. s. musci, campho. an. gra. iiii. pirethri. 3. i. aloes. 3. iiii. sinapis. 3. i. fiant pilulæ, cum uino odorifero, quibus utendū ad libitum ante cibi assumptionem à tribus usque ad septē. item multum confert semel in hebdomada in aurora assumere theriacæ. 3. s. uel unam cum uino odorifero. item mirabiliter commendatur in hoc casu, & est expertum, & in uiris, & in mulieribus masticatio nucis muscatæ mane ieiuno stomacho. item, si masticatur semen leuistici mane & sero, cum itur dormitum; mirabilis effectus consequitur, & maximè si deglutietur. itē uitio stomachi ex caliditate post masticatam nucem; si sumatur uinum granatorum; confert. item in causa frigida masticet calamum aromaticum in ieiunio. deinde bibito aliquid uini odoriferi, & breuiter ex datis simplicibus aromaticis confice electarium, confectiones, pilulas, & huiusmodi ad libitum; ut uerbi gratia electarium, de cuius proprietate est remouere foetorem oris uitio stomachi, R. nucis musc. unc. i. macis, croci. ana. 3. i. cardamomi. ana. ii. musci. gra. iiii. zucchari lib. ii. fiat electariū in modum diarrhodon Abbatis, & post eius assumptionē bibatur modicum uini odoriferi. ad te autem pertinet examinare cōposita an in calida an in frigida cā conueniunt, & addere & minuere secundum, quōd expediens uidebitur. postremò nolo præterire illud memoratum supra Arist. suffus, scilicet ob uiri grauitatē & excellentiam, quod & Mes. ipse maximè commēdat, cuius literæ series hæc est. Aristot. suffus, quod exquisita inuestigatione composuit Alexandro Imperatori. confortat stomachum, & hepar, & uiscera debilia, & rectificat digestionem, & facit oris odorem bonū, & generat gaudium. R. ligni aloes, cyperi, extremitatum myrti humidi cinnamomi, folii heil, mirabo. chebu. embli. belliricorum præparatorum secundum superiorem doctrinam, macis, selengemisch darfeni, uineæ, piperis, macropiperis, zinz. nucis musc. cardamo. granorū lauri. ana. 3. ii. ambræ, musci, campho. ana. 3. i. zucch. tabarzet sextuplum ponderis omnium, dosis est à 3. i. usq; ad aur. ii. cum aqua antecibum & post cibum. expertum uerax, si Deus uoluerit.

PRÆNOTANDA circa capitulum. Primò q; licet multi nerui ueniant ad linguam & unus pati possit altero non læso, non tamen erit quin lingua patiatur uno patiente. ita sunt omnes ei necessarii. & hinc cōtingit quōd ipsa læditur intensius & remissius secundum q; in neruis ei seruiētibus est nocumentum communicatum pluribus uel paucioribus & secundum hoc diminuitur & corrumpitur magis & minus linguæ operatio.

D V B I A.

DICET aliquis, non uidentur in apostematibus calidis linguæ competere repercussiuæ; cū fiat repercussio ad principalia, ut ad cerebrum & ad cor, cuius oppositum dictum est supra eo. & eadem dubitatio fieri cōtingit in apostematibus

Suffus
bibus idē
quod græcis
Euphras
quasi pul-
uerizata
dicamus,
uel cum la-
tinis pul-
ueres seu
trituz.

matibus uuez, in squinantia. pro isto dicendum, quòd inter linguam, & membra principalia est magna distàtia, & multa alia sunt membra intermedia; unde sic per repercussionem spargitur materia per illa, quæ tota fuisset in lingua collecta. modò facilius corrumpitur materia dispersa, quàm collecta unita; lingua etenim est membrum nobile satis de seruiens nobilibus operationibus, ut patet.

DUBITATUR de traulitate, quare, cum senes multam multiplicent humiditatem; ut pueri non inde ut pueri redduntur trauli; dicendum, quòd humiditas in senibus multiplicata est grossa, uiscosa, inepta penetrationi, & nerui eorum sunt duri, sicci, solidi, inepti recipere materiam; in pueris uerò contrarium est. ideòq; pueri trauli, & non senes efficiuntur, & est Gordonij.

DUBITATUM fuit, unde in feb. continua non sit continuus foetor. dicendum, quòd duplex est putrefactio: quædam, quæ est per uiam ebullitionis, & talis non inducit foetorem: & quædam est per uiam corruptionis substantiæ, & illa inducit foetorem. & ideò in febribus continuis putridis cum apparet foetor. signum est mortis; quia non solum significat ebullitionem, sed substantiæ humidæ corruptionem; & ideò mortale. & ergo est illa, quæ est substantiæ corruptio, & talis inducit foetorem, sicut in febr. putridis continuis apparet, ut dictum est &c. sed contra primū apparet instantia de uino putrefacto per uiam ebullitionis in quo est odor malus. item in omni feb. pestilentiali deberet esse maximus foetor; quoniam putredo est circa cor, prima quarti de feb. pestilentiali. considera. item de cœpis & alijs dubitatur, quare sunt mali odoris, & foetidi, & piper, sinapis & huiusmodi, quæ sunt in eodem gradu caliditatis non foetent. dicendum breuiter, quòd in cœpe est humiditas multa, quæ de facile resoluitur, & corrumpitur: ideò &c. in pipere &c. non sic.

Ultimò pro nunc sciendum, quòd quædam pustulæ generantur in lingua de melancholia pura, & tales non sunt multum periculosa: quædam generantur de melancholia adusta, aut de alijs humoribus adustis, & tales sunt peiores, & discernuntur, quoniam nigredo in his tendit ad liuiditatem, & cum hoc sunt dolorosa; sed quæ sunt de melancholia pura; non.

A P H O R I S M I.

Ex. iij. Sectione. xxiiij. Aphor.

In ætatibus autem talia contingunt, paruis, & nuper uatis puerulis, oris ulcera, quæ aphthæ uocantur, uomitus, tusses, uigiliæ, pauores, umbilici inflammationes, aurium humiditates.

Ex. vj. Sect. xxxij. Aphor.

Balbi ab alui profluuiio maximè capiuntur.

ARGUMENTVM IN CAP. VII.

AGITUR de dispositionibus dentium; quæ sunt eorum ortus, dolor, corrosio, & perforatio, uermes, commotio, congelatio, & alteratio coloris. difficilis igitur ortus in causa est ut plurimum crassities carnis gingiuarum, & quandoque debilitas uirtutis, aut magnitudo dentis. sed eius dolor, qui est tristis sensatio facta à re contraria subito, materialiter, atque uehementer imprimente, fit à causis diuersis. uerum causa corrosionis dentium, aut perforationis est humiditas in eis putrefacta: sed putrefactio contingit aut ex debilitate uirtutis eorum, aut ligamentorum, aut ex malis, & corruptis humoribus à stomacho eleuatis, uel à capite descendentibus, aut ab usu rerum dentibus nocentium. uermes quidem in dentibus generantur ex putrefactione in eis inuenta à caliditate uiuificatiua, quemadmodum in intestinis, & alijs generantur locis. dens porrò commouetur ab ea causa, quæ à multis sumitur accidentibus. & congelatio eorum uulgò dicta spauento

A est stupor dentibus accidens: eius causa est frigiditas cum stypticitate in eis retenta, & impressa à rebus frigidis, & stypticis. de alteratione dentium in colore suo loco dicetur.

De dispositionibus dentium.

De anatomia, descriptione, & complexione dentium, & de conseruatione, ac præseruatione, & cura uniuersali eorum. Rub. 1.

MAXIMÈ animo agitabar; cum rem istam barbiton foriam factam intelligerem, atq; à uulgaribus tractatoribus in platearum angulis quàm plurimum pertractari, an satis ocij in ea ipsa re effundere deberem, aut facili, atque ieiuno studio pertransire. uerum, cum nimium auidas hominum mentes perscrutatus in his antidotis ad dolorem ipsorum dentium quasi intolerabilem non mediocriter dociles, atque apertissimas cupere fieri, animo statui, cum & ab ipsis quandoque molestus fuero; ea remediorum genera aggregare, quibus à præseruando, aut conseruando, aut ægritudinem eorum remouendo tueatur, non deuians ab ordine principio tract. pollicito. unde anatomia dentium. dentes communiter in hominibus reperiunt numero. 28. qui uario nuncupantur nomine: unde in parte inferiori ad anterius duo primi appellantur duales, siue similes, qui ex superfluitate ossium capitis, & mandibulæ generantur; & ideò cæteris prius nascuntur. duo alii eis assidentes à lateribus uocantur incisui. his autem adhærent in lateribus duo dicti canini, qui omnes ex mediocri superfluitate capitis generantur, & mandibulæ. cæteri uerò, qui sunt. 8. numero propter eorum officium dicuntur molares, qui ex superfluitate grossa ossium capitis generantur, & ideò tardius producuntur, & medij medio modo; sed de hoc in dubiis. quidam tamen, ut Mundinus, distinguunt inter molares, & maxillares; sed hæc non est differentia, nisi ex parte nominis: ideò de hoc nihil. & totidè sunt in parte superiori. & sic sunt. 28. numero, ut patet. & dictum est communiter; quia plures reperiuntur habentes 32. illique quatuor his superadditi ab Auice. uocantur neguedii. qui secundum plurimum nascuntur in medio temporis augmenti, & hoc quidem est post spermatis emissionem, & ante consistentiam; quoniam consistentia est circa 32. annos. ideòque dentes isti dentes sensus uocantur. hæc Auic. & capit hic sensum pro intellectu; nam loquitur maximè uulgaribus. nonnulli reperiuntur habentes. 30. item notandum, quòd fortassis antiquitus erat oppositum; quia secundum plurimum dentes habebantur in numero. 32. sed nunc defecta natura ab eo, quòd consueuerat eo numero, qui dictus est, ut plurimum reperiuntur. unde dicit Gentilis, quòd post mortalitatem magnam, quæ fuit in. 1348. orti habent. 22. uel. 24. & habent dentes radices in mandibula infixas. unde quilibet præter molares habet radicem unã ex molaribus uerò inferioribus quidam duas, quidam tres & ex molaribus superioribus quilibet habet ad minus tres & quidam quatuor: nam superiores sunt suspensi, & habent grauitatem in se. ideò ratione harum duarum causarum debent habere plures radices, & oppositæ causæ reperiuntur in inferioribus; ideòque pauciores. neguedii uerò habent tres, aliqui quatuor, aliquando unã; nam ego duos habui neguedii, quos extrahi feci habentes unam radicem. ex quibus infertur, quòd periculosior, atque intèrior dolor est in extractione superioris dentis, quàm inferioribus, ad quod concurrat maior uicinitas ad cerebrum.

Dentes sunt membra solida, dura complexione, & ossa in diuisionem, masticationemque cibi, in uocis distinctionem, siue sonoritatem, in orisque decorem finaliter inuenta. ex quibus patent iuuenta, ac dentium proprietates. faciunt & non parum ad prohibendum subitum ingressum aeris ad cor. & dictum est complexione, &c. ossa; quoniam dentes sunt ossa, ut secundo de generatione animalium. vj. cap. inquit Aristot. Nam ipsi sunt naturam habentes eandè ossibus, & fiunt ex ipsis, & prima primi de anatomia dentium, & septima tertij. i. capi. ab alijs quibusdam uidentur Practica. S. S 4 differre

differre proprietatibus; quamuis in quodam communi conueniant. cetera quidem ossa in prima corporis constitutione generantur omnia: dentes uero posteriori: quare deperditi restaurari possunt. amplius sentiunt ceteris ossibus non sentientibus, de quo tamen uidebitur in dubiis. item medulla caret, qua cetera ossa nutriuntur. item possunt apostemari gratia nervosa partis, quae patitur extensionem: quod de aliis non contingit ossibus, & de hoc in dubiis. addo, quod dislocati relocari non possunt, neque fracti restaurari; ut ossa cetera, ex quibus omnibus habetur anatomia, de scriptio, & ipsorum dentium complexio. nam cum ossa terrea sint, complexionem frigidam, & siccam, ut prima primi de de complexionibus membrorum; non immerito pronuntiabitur dentes sicci uel frigidi complexionis existere. tu tamen nota, quod dentes non uidentur eandem omnino habere materiam cum ossibus, ut in dubiis declarabitur ex sententia Aristote. primo de generatione animalium penultimo cap. & tu ibi.

Et prosequens, ut promissum est, aperiam, quae pro praeservatione dentium sunt obseruanda, & maxime auctoris mei seriem, & aliorum, in quibus perscrutatus sum inuenio ante oculos semper habendam. quorum primum est aeris immoderata frigiditas, & caliditatis excellentia: nam & calidum dissoluendo materias capitis potest esse causa laesionis dentium, ut patet. secundum, quod uitet cibos facile digestibiles, de quibus in rubrica de foetore oris, & cibos durae digestionis, & uniuersaliter quaecunque habent digestionem corrumpere, ut inordinatus modus accipiendi cibos respectu horae praepositionis, aut postpositionis motus somni, & uigiliae, & huiusmodi. tertium, ut euitetur uomitus, ut est possibile, & praecipue cum est acetosus. quartum ut euitetur masticatio rei uiscosae adhaerentis; nam ex sui materia putrefit, & specialiter si fuerit dulcis, & confectio de melle ficus uiscosae. quintum, ut dentibus dura habentia dentes commouere non frangantur. sextum, ut res uehementis frigoris, & congelatae non approximentur, nisi in uehementi necessitate, ut infra de cura doloris dentium. septimum, quod post assumptum bolum calidum, aut aliam rem non accipiatur uinum frigidum, aut aqua, nec aliud frigidum; nam apertis poris, ut ita dicam, frigidum penetrat in substantiam neruorum dentium in ipsos dentes, & e converso post frigidi assumptionem non recipiatur immediate calidum. octauum, quod dentes mundificentur ab his, quae ingressa sunt eos cum penna, aut palea, aut ligno, & leuiter ita, ut non laedatur gingiua; ne sequatur sanguinis emanatio, & fiat ex hoc commotio facilis dentis, & euitetur mundificatio eorum cum ferro, aut cultello, & huiusmodi. nonum, quod post mundificationem cum penna fiat mundificatio cum uino alicuius stypticitatis cum digito eos fricando leuiter, ne quid adhaereat eis, ne remanens limofitas putrefiat, & deinde laedat. quod, si cupis uinum ad hoc specialiter, fac in eo decoqui saluiam, aut corticem citri, uel oliuae. decimum, quod non assuescat comedere ex una parte tantum; ne & in parte, in qua non fit masticatio; plures aggregentur superfluitates dentes laedentes; sed modo cum una, modo cum alia masticet. undecimum, quod deuitet cibos, & quaecunque de quorum proprietate est laedere dentes; ut sunt porri, granata, dactyli, raphanus, radix, acetum, & acetosa, & cibi facile putrescibiles, ut supra. & de aceto nota Auicenna. septima tertij de sermone uniuersali de cura dentium, ubi inquit. Et acetum quidem quamuis sua essentia noceat dentibus; tamen quandoque ponitur in medicinis dentium in frigidantibus, & calefacientibus. in frigidantibus quidem; quoniam in frigidat sua essentia, & non penetrat. in calefacientibus uero, quoniam penetrat, & quia adiuuat cum incisione ad resolutionem. eius uero nocumentum est tunc fractum cum medicinis dentium, quae ei administrentur. item nota de aceto Auicenna. prima tertij de curationibus capitis. Acetum est commune omnibus membris; eius enim in frigidatio, possibile est, ut leuiter ea frangatur, & remaneat eius profundatio, & incisio, & hoc quidem est in causa frigida: in calida uero non colligas super eum, ut primo de simplici medicina probat Gale. duodecimum, quod, si laeduntur dentes a cerebro, uel a gingiuis, cu-

ra sit, & sollicitudo in rectificando illa. unde aduertendum, quod, ut existimo, dolor dentium, & ipsorum aegritudines secundum plurimum a stomacho proueniunt; tanta est hominum hodierni temporis ingluuies, atque inordinatum regimen. & ideo rectificationi stomachi est insistendum, ut infra dicetur. dentes itaque etiam ab incurfu dolorum praeseruat, ut inquit Mat. frictio eorum mane facta cum succo coepe, & Plinius. 32. Cerebrum caniculae in oleo decocto, & seruato ex eo semel in anno colluantur dentes. idem allegato. Sanguis testudinis marinae, ex quo fiat lotio eorum per annum. & prosequens ad. 13. dico, quod dentes debent fricari singulo die cum ligno, alia re, ut docebitur: nam frictio talis, quando administratur cum aequalitate; mundificat dentes, & confortat eos, & confortat carnem rubeam, & odorem oris facit bonum. quod, si non fit cum aequalitate; praeparat eos ad recipiendum fluxus, & uapores a stomacho, & laedit.

Et ex lignis convenientibus ad hoc est lignum aloes, & est praecipuum lignum myrti, granati, & mori. quod, si cum ligno fieri non placet; fiat frictio sero, cum itur dormitum cum oleo rosa. & si complexio, siue calida fuerit, siue frigida; fiat illud cum oleo de been, aut spica. item, si non placet oleum in causa calida; fiat frictio cum zuccharo tabarzet, aut collutio cum aqua eius, in qua plurimum zucchari ponatur. & in causa frigida cum melle, aut collutio cum aqua eius. & scito, quod melius est mel zuccharo ceteris consentientibus. potest & medicus curiosus uti zuccharo, & melle ros. colato in hoc casu, ut uideatur expedire. quandoque enim componitur mel, & zuccharum tabarzet, & ponendo plus de uno, quam de alio. & est continua medicina, ut erit expediens dispositioni ipsorum: haec etenim medicina abstergit, mundificat, & stringit gingiuam, & praecipue si postea inungantur dentes oleo ros. in frigida, & communi in calida. decimum quartum, quod sunt collutiones sigulares factae in temporibus, & horis conuenientibus; ut uerbi gratia, bis in mense fiat collutio oris cum uino decoctionis radicis thitimali. unde Auicenna. Et non accidit facienti illud dentium dolor, & dictum est singulares; quia praeter has fiunt communes quotidianae, ut supra in nono. & haec quantum ad praeseruationem sufficient.

In conseruatione uero sanitatis dentium oportet attendere dictum Gal. iij. techna, quod conseruatio fit per similia; & ideo, cum dentes sunt complexionem sicci medicinae eorum sanitatem conseruantes debent esse exiccatiuae, ut Auicenna. septima tertij de sermone uniuersali curae ipsorum inquit. & medicinae, quae conseruant dentium sanitatem, & reducunt eos ad illud, quod oportet secundum plurimum, sunt medicinae exiccatiuae. sed notandum, quod ultra earum siccitatem oportet ipsas in qualitatibus actiuis esse commensuratas, nec declinare, ne in quantum accidit dentem recessisse a sua naturali complexionem uersus extremum; ut uerbi gratia, sicut sunt gullae ustae extinctae cum aceto, capillus ueneris, cornu cerui ustum, & lotum, cortex arboris pini, cortex citri, melilotum, chamamilla, uitelli oui assati, mixti commixtione cum eius albumine: haec enim experientur decentius, quam fieri potest, ut tibi expedire uidebitur.

Quod, si desunt simplicia; recurre ad composita, quae in uirtute sunt exiccatiua, resoluentia, & absterfina, & in actiuis commensurata. & haec erunt omnibus aliis nobiliora; conseruabunt enim dentium complexionem, & superfluitates ad eos expulsas resoluent, & prohibent materiam ad ipsos fluere. hoc autem fieri contingit ex compositione frigidorum appropriatorum cum calidis appropriatis, quorum narrationem iam faciam, & primo initium faciens a frigidis. frigida confortantia dentes sunt camphora, sandali, rosa, semen ros. balaustia, sanguis draconis, fructus gallegae, charabae, margaritae, faufel, farina hordei, cortex arboris mori, folia tamarisci, radix acetosae, muscus, folia cupressi, iuniperi, folium, menthastrum, mastix, aristolochia ro. exemplum secundorum; ut cinis gallarum, cinis ramorum uitis, cinis cannae. ex calidis uero quaedam dicta sunt talia secundum eorum materiam; quaedam uero secundum artem. exemplum primorum; ut sunt sal, sal ustus, cinnamomum, hyssopus,

pus, flos squinanti, fructus eapparis, cortex radicis eius, & est fortior, xyloaloes, capillus ueneris adustus, cornu cerui ustum, dragaganthum adustum, & quæ sunt eis similia. & nota, quod, sicut ista acquirunt per artem caliditatem; ita possunt acquirere frigiditatem; dum sunt frigidata, ut infundendo ea in rebus frigidis; ut cinis gallarum in aceto, ut dicebatur. ex quo infertur, quod possunt ad temperamentum in actinis reduci, ut dictum est de gallis vltis. & patet correlarium consideranti. & post simplicia narrata ponuntur quædam composita commendata ab auctoribus, & experta, iuxta quorum seriem poteris ex datis simplicibus faciliter componere. cornu cerui usti, foliorum cupressi, ana. 3. i. nucis adiub. 3. ii. radicis pentafil. 3. ij. capillorum ueneris adustorum. 3. i. rosarum mundatarum à capitibus suis. 3. i. s. conterantur optimè, & fiat ex eis dentifricium. aliud ad idem. cornu cerui usti, fructus tamarisci, cyperi, ros. spicæ. ana. drach. i. salis gemmæ quartam. 3. i. fiat ex eis dentifricium. ad idem ualet farina hordei, cum permiscetur cum sale, & sero, deinde aduritur, & ex eis, & similibus possunt fieri oris collutiones cum vino &c. ut supra. & particularius infra in specialibus rubricis docebitur. & hæc de conseruatione.

ACCEDENS ad tertium, scilicet ad curam præmittit primò, quod cura dentium fit cum calidis, & frigidis remissioribus, & intensioribus in gradibus suis secundum recessum dentis à dispositione sua naturali maiorem, aut minorem, ut dictum est. quod dictum indiget pro sui euidètia duplici canone. primus, quod medicinæ uehementis caliditatis actu, & potentia non debent absque magna necessitate approximari; nam sua caliditate dissolunt ligamenta dentium, & faciunt spiritum uitalem exhalare; ut sunt pulpa colloquintidæ, elleborus albus, cucumer asininus, & reliqua. unde Auicem. Et similiter medicinæ uehementis resolutionis, & calefactionis oportet, ut non administrentur; nisi cum est necessarium. & infra post exempla. Et oportet, ut caueatur euentus alicuius earum. secundus, quod medicinæ uehementis infrigidationis, & specialiter narcoticæ non nisi ex magna necessitate sunt approximandæ; nam earum approximatio multa quandoque corrumpit substantiam dentium extinguendo spiritum & calorem naturalem. compingere autem, & stupefacere est vltimum, ad quod inniti debes. Mes. distinct. iij. tertio cap. secundò præmittendum, ut videatur, siue comprehendatur modus applicationis harum medicinarum, quarum medicinarum dentalium quædam sunt dentifricia, quædam masticationes, aliæ linimenta, aliæ emplastra, & huiusmodi: aliæ postilla, siue pilulæ, super dentes, aut super mandibulam: aliæ succi, aliæ frictiones, aliæ collutiones, aliæ euaporationes, aliæ implentes, aliæ suffumigationes, aliæ caputpurgia, aliæ distillationes in aure; sed sunt insuetæ, aliæ cauterizationes, postremò eradicationes. & nota, quod, quæ dicta sunt, intelligi habent de medicinis particularibus: nã quandoque & ut plurimum, ut dicetur, oportet præmittere vniuersales euacuationes cum pharmaciis, phlebotomia, uentosis in partibus proximis, vel locis, & huiusmodi, ut erit expediens. & ne prolixus fiam; supersedeo à narratione talium medicinarum, de quibus, ut puto, satis ad plenum dicetur in rubricis propriis. & prosequens in materia cum in emissione dentium quandoque contingat exitus eorum difficilis fieri; primò ponam rubricam de difficili dentium emissionem, siue ortu.

De difficili dentium emissionem, siue ortu. Rub. 2.

ACCIDIT quandoque, ut tardetur ortus eorum, & ex hoc languent pueri intensi.

CAUSA cuius secundum plurimum est grossities carnis, siue pellis gingiuarum. & in hoc fuerunt auctores studiosi; nam quandoque à debilitate uirtutis, aut à magnitudine dentis potest contingere difficilis exitus eorum.

CURÆ canones. primus. regantur tunc pueri regimine debito confortando eorum uirtutem, & opponendo causæ &c. cum calidis, & frigidis, ut erit opportunum. quod, si puer non comedit, aut assumere non poterit; tunc regatur nutritrix regimine ad hoc conuenienti.

Secundus. fiat euacuatio; si erit necessaria cum euacuâ-

A tibus suppositorijs, aut administrando stercus muris in potu. dico si erit necessaria; quoniam quandoque consuevit eo tempore superuenire fluxus iuxta illud Hipp. In progressu uerò cum iam dentire incipiunt; gingiuarum pruriginis, febres, conuulsiones, alui profluvia, & maximè cum caninos edunt dentes, & his præsertim pueris, qui crassissimi sunt, & aluos duras habent. qui fluxus, si erit paruus; non erit cohibendus, ut Auicem. tertia primi de medicandis infantibus. si uerò superfluerit, & de eo timeatur; tunc attendatur confortationi stomachi cum rebus confortantibus stomachum, & stipticantibus uentrem; nam quicquid dicatur ab aliis, duæ uidentur esse causæ fluxus huiusmodi. prima dolor debilitans uirtutem digestiuam: secunda occupatio uirtutis in creando membrum. unde sic non benè regulat, ut prius, ita quod has duas coniungendo exit una causa potens. & ista est mihi uisa sententia Auicem. allegato loco. unde in dolore habito ex punctura impressa in gingiua à dente fit commotio in humoribus, qui etiam ob dolorem exacuuntur. qui acuti facti, & non regulati inducunt fluxum, ut dictum est. & laudatur embrochatio uentris ex anthera, aut cimino, & maximè torrefacto. item emplastrum ex cimino, & rosa. in aceto infusi. & plura alia huic proposito ponam infra. xvi. cap. ubi specialis fiet mentio de hoc.

Tertius est remediorum particularium applicatio. & ex commendatis est frictio gingiuarum cum cerebro leporis prius decollato cocto, & non cocto. item frictio earum cum lacte canis. unde Auicem. Et iam dictum est, quod lac caninum confert in hoc uehementer cum proprietate sua. & si dolor fuerit uehemens; fiat frictio facta à nutrice, donec à gingiuis ipsis fluit humiditas, & fiat frictio cum digitis inunctis adipe gallinæ, vel anatis, & frequenter stringendo gingiuam cum digitis ipsis. item idem fiat cum melle. item & est mirabile, ut Mes. cum cerebro leporis, ut dictum est, sed debet continuari. cumque dentes apparere cœperint; fiant embrochationes supra collum, mandibulas, & caput ex aqua decoctionis maluæ, chamæmillæ, & meliloti, anethi. deinde liniantur ex butyro, medulla cruris uaccæ.

C Ad idem ualet cerotum hyssopi. Gal. cuius descriptionem quære à Mesue in antidotario: ad idem & est optimum. Rec. ceræ citrinæ, vnc. i. olei chamæmil. 3. iij. hyssopi hu. 3. iij. adipis gallinæ, & anatis, medullæ cruris uaccæ. an. aur. iij. utere. item ualet lana in oleo submersa collo, aut capiti applicata. item eius oleum in aure distillatum. de ortu autem ipsorum tempore impregnationis in mulieribus, aut in prouectis patebit, quid dicendum est his, quæ dicentur in dubiis.

De dolore dentium.

Rub. 3.

AGGREDIOR rem grandem, & ut proprius loquar, inter homines chaos magnū; cum aggregare studeam antidota in hac passione conferentia; cum quisque aut est homo, aut mulier multis, ac penè infinitis, & ut aiunt, efficacissimis remedijs se munitum, & magistrum publicè enuntiet. satisfaciens tamen, ut supra, ea, & laudata magis colligam remediorum genera, quibus auidas hominum mentes de hac ipsa re iuxta ingenioli mei facultatem quietare sperabo.

D Prosequens igitur ad descriptionem, & causas dico, quod dolor dentis est tristis eorum sensatio facta à re contraria subitò materialiter, atque uehementer imprimente. quæ res contraria quæque est mala complexio, aut mala compositio, aut solutio continuitatis, aut utrūque simul; sicut in apostemate: mala complexio calida, vel frig. simplex, uel composita; humida autem & sic. simplex non uidetur dolorem dentium causare; nam sunt qualitates passiuæ, & modicæ: imò nullius actiuitatis, & specialiter humida. de quo supra de sorda. & ij. techni. quandoque tñ à siccitate potest prouenire, & tunc apparet diminutio dentis, & eius commotio, ut Auicem. prouenit, & aliqñ à uentositate, cuius signū doloris permutatio. mala uerò complexio frigida à calida discernitur, & econtrà ex intensione, & remissione, siue acuitate doloris ex subita, aut tarda inuasionem. & ut clarius in re ista procedatur, sic distinguendum est, quoniam dolor dentium aut est talis per essentiã, aut per cõitatem. si per essentiã; tunc est mala com-

complexio simplex, uel composita sibi coniuncta per nervos dantes eis sensum ex tertio pari, ut infra in dubiis. aut est solutio continuitatis; ut quando dens est fractus à causa extrinseca, aut quando est corrosus, aut perforatus, aut quando in eis ex humorum aggregatione accidit apostema; cum humores in eis corrumpuntur, & putrefiunt. si per comunitatem; hoc est aut à stomacho, à quo fit secundum plurimum, ut supra. cuius signum, quòd dentes dolent inferiores, & labia inferiora: aut à capite, à quo fit frequenter, cuius signum, quòd dentes superiores dolent, & facies inflatur: aut ab his duobus simul. aut à gingiuis ipsis; quia à mala complexione earum communicata eis per nervos, & chordas, siue ligamenta, quibus alligantur eis. aut ab apostemate earum, aut ab apostemate aurium, uel maxillarum, siue genarum. item quandoque dolent ex re putrefacta re-tenta inter dentes ex parte cibi. aut quandoque dolent ex nimia siccitate, & defectu nutrimenti; ut in senibus. quandoque ex nimio esu, siue usu rerum acetosarum, & acruminum, & rerum frigidarum: quandoque ex rebus calidis assumptis immediatè post assumptionem frigidorum, aut e contra, ut supra. quandoque fit à uermibus in eis ortis ex putrefactione humorum in eis. & est notandum, ut dicit Auicenna. & quandoque fit difficile pluribus hominibus considerantibus in dentibus suis dolorosis discernere inter eos; nam confunditur iudicium de dente dolente malo à bono; quoniam dolor ita bono communicatur, ut uideatur etià bonus dolere, & esse malus. unde meo tempore uidi, etiam contigit, quòd euulsus est bonus, & non malus: & hoc, quia patiens dixit dentem bonum plus dolere. nam in hoc casu oportet, considerare, quis eorum prius doluit, & pluri tempore. secundò quis eorum plus dolet tangendo cum ferro, & percutiendo ipsum, aut etiam digitis commouendo; nam qui prius plurimoque tempore, aut etiam tangendo, ac commouendo magis dolet, ille laesus est aliis paribus. item etià uisu comprehendatur, ut infra. de dolore autem dentium tempore impregnationis existimandum fumos à matrice stomacho communicatos, deinde ori eum commouere. & hoc clarius in dubiis apparebit. causæ sunt in summa doloris dentium. causa est primitiua, uel antecedens, uel coniuncta. exemplum primi; ut aer inæqualis rheumaticus, cibi uaporosi, & huiusmodi, de quibus actum est. exemplum secundi; ut humor, uel uentositatis à stomacho, uel cerebro, uel à toto, uel aliunde ueniens. exemplum tertii; ut mala complexio, uel compositio mala, uel apostema in neruo, & gingiuis &c.

SIGNA demonstratiua. si fuerit ex apostemate gingiuarum, uel ex alia causa primitiua, quia frictione eius, aut huiusmodi, & talia satis aperta sunt.

Signa. si fuerit ex descensu humiditatis à cerebro; significabit illud indispositio ipsius ex parte grauitatis capitis; inflationis gingiuarum; descensus humoris phlegmatici, uel cholericis salis, aut huiusmodi. item alteratio faciei ex parte rubedinis si fuerit ex parte sanguinis, aut citrinitatis; si fuerit uitio cholerae. & ita dicatur de aliis humoribus suo modo. unde in summa benè notetur capitis, & faciei dispositio.

Signa. consimiliter si ex stomacho; quoniam percipitur nocumentum in eo, & sentiet patiens ascensum uaporum fumiq; & eructuationem acetosam, uel alterius saporis amaritudinem, aut salfedinem ascendere, & maxime cù sputo. sicq; de alio dicatur membro.

Signa complexionis calidae materialis sunt rubedo loci, & maxillæ, acuitas doloris, & quòd à re frigida, ut ex aqua iuuatur. quòd, si est cum apostemate; est eminentia gingiuarum.

Signa complexionis frigidae materialis, remissio doloris cum grauitate absque rubedine intensa, & sic de aliis signis harum complexionum, de quibus sæpe actum est, & infra dicetur.

Signa siccitatis est diminutio dentis, & commotio eius.

Signa quando est in dente ipso; quoniam in eo percipitur corrosio, aut apostema, & dolor extenditur secundum longitudinem dentis. si autè dolor non sentitur nisi in profundostunc causa est in neruo, qui est in dente eius, & pro-

E priè cum inuenitur dolor expansus in carnibus rubeis, aut in mandibula, & sentitur sicut obtusè factio.

Signa uentositatis, permutatio doloris extensi-malleatio, & pulsatio.

Signa humoris grossi, submersio, & mora doloris absque caliditate, & frigiditate apparentibus ualdè.

Signa sanguinei, aut cholericis, uelocitas nocumenti cum intensione, acuitas caliditatis, rubedo, aut citrinitas, & huiusmodi.

Signa, quando dolor est in gingiua, quia per eradicationem non tollitur dolor; quia si fuerit in dente, remouetur. dolor autem remouetur eradicatione dentis; quoniam materia inuenit locum amplum ad quem expellit, deinde ad extrà quæ prius erat in loco præfocata.

Signa uermium, quia sentitur, sicut perforatio, pruritus, titillatio, ut infra in rubrica de uermibus dentium.

CURA canon. in dolore ex mala complexione sine materia.

F Primus ordinatio dietæ, quæ ordinari debet, ut sit contraria causæ, ut sæpe supra apertum est.

Secundus est simplicium, uel compositorum causæ se opponentium administratio ualentium in dolore dentium, de quibus ad plenum infra.

Nam quæ ponentur in mala complexione cum materia, etiam conferrent, & poterit diligens administrator operari in mala absque materia. laudatur tamen in frigida uitelus oui affatus calidus masticatus, item panis calidus masticatus, item hæc duo simul, item uinum decoctionis cubebaram, & breuiter omnia olera calida, & cætera, quæ narrabuntur.

CURA. In facto à mala complexione cum materia, & per essentiam canones. primus ordinatio dietæ, secundus euacuatio, tertius est diuersio, quartus est mitigatio doloris, siue confortatio dentis, & repulsio materiae facientis dolorem fluentem, quintus est resolutio, sextus est stupefactio, septimus est eradicatione. quòd, si fuerit per communitatem; oportet, ut addatur prohibitio fluxus materiae, qui erit octauus in numero; sed quartus in ordine. ita quòd facta di-

G uersione procedatur ad prohibitionem fluxus materiae.

Et, antequam procedam ad complendum intentiones distas, numerabo simplicia, & composita in re ista ab auctoribus expertis plurimum laudata. acetum, collutio ex eo calido, acorus, allium, decoctio eius cum olibano in ore detenta, althæa, decoctio eius cum aceto, amoniacum, & maxime acetosum, apium, radix etiam collo suspensa. Auicenna. auellana inda, athanasia Auicenna. in hoc. i. tracta. balsamus inuncta parte dolenti, uel in aure iniectus, been decoctio, betonica, bletæ succus, cappares decocti in uino aceto, & masticatio, capra, collutio ex eius lacte nouiter mulso, castoreum, & oleum in aure partis dolentis, chelidonia, radix super dentem teneatur cautè; quia frangit dentem in processu. cicer, eorum infusio ad dolorem molarium, cupressus, uinum decoctionis nucis eius. colloquintida, collutio cum decoctione in aceto. cornu cerui ustum quomodo libet, cucurbita, collutio ex succo rasuræ eius. detrifricium Democriti in quinto summa secunda tracta. iij. diaprasiu Nico. detrifricium Gale. in Serap. xxxij. cap. antidorarij. ebullus, collutio ex succo eius, elleborus niger, collutio cù aceto, uel decoctio eius cum aceto, gallia, etiam nucleus eius masticatus, galbanum denti appositum, gramen, decoctio in uino cum pipere, olibano, & myrrha, iusquiamus, & radix masticata, acetum decoctionis radice eius, item semen in capsula cera appositum denti, liliu, decoctio radice, uel radix ipsa masticata. lumbrici terreni, oleum decoctionis eorum distilletur in oppositam aurem denti, malua, radix eius, medicamen Andromaci in quinto summa secunda tracta. iij. melissa, collutio oris, melilotum, & est efficacissimum, mitridatum Nico. superpositum. morus, cortex, & collutio cum aceto, nigellæ acetum, decoctio eius, niuis aqua in calida, oleum myrtinum, oleum rosat. oleum de citro, oleum ouorum, & benedictum Nicol. origanum, masticatum, ossa unguarum porci adusta, pastinaca radix, peucedanum in corrosione positum statim sanat, pyrethru, decoctio, gargarisma, collutio, masticatio, portulaca, plantago,

ago, radix eius masticata, collutio, prassium, ranæ decoctio in aceto, uel uino. resina, rosa semen, oleum eius, rosmarinus, decoctio, radix masticata, uel succus in ore tentus, ruta cocta in uino, item cataplasma ex ea, saturaria, sal sacerdotale Nicol. sandaracha, & ualet plus omnia re. Auic. sinapis cum ficu masticatus, solatrum cum masticæ masticatum. sotiria Nico. mirificè ualet. sparagus, collutio decoctionis radice eius, spodium serpentis, collutio decoctionis eius, staphlagria, decoctio cū aceto, tamariscus decoctio, uulpis pinguedo, ireos decoctio, gargarisina, & præcipuè radice, hyssopus, collutio ex decoctione eius in aceto. plurima alia colligere potuissim; sed hæc, & domestica magis pro nunc sufficiant.

Primus itaque canon completur cum his, quæ suæ causæ opponuntur utendo in frigido calidis, & in calido frigidis abstinendo ab his, quæ lædunt dentes, de quibus in principio capituli.

Secundus perficitur phlebotomia, & solutione uentris: phlebotomia uerò in sanguinea materia, aut sanguini admixta, & præsertim in cholera usque ad phlebotomiam uentris linguæ. quòd, si fuerit ex materia frigida sanguini non admixta; fiat euacuatio cum pilulis cochuis, & huiusmodi, & enematis, collyriis, &c. habentibus euacuare à partibus superioribus, de quibus de soda phlegmatica. & si militer, si fuerit cholericæ non admixta &c. cum euacuantibus choleram, ut de soda cholericæ. nota tamen, dictum est de dolore oculorum, quòd à quacunque materia prouenerit dolor dentium, in principio competit phlebotomia saltem diuersa ad prohibendum futurum apostema, & ad remissionem doloris. cuius intentio plus debilitat uirtutem, quam sit dolor de maximè prosternentibus uirtutem, quam sit euacuatio sanguinis illa. & propter hoc fortasse laudauerunt auctores phlebotomiam, & uentofationem specialiter. Mes. & Auic. in canone de diuisione in omni dolore dentium. unde Mes. secundam rem complent phlebotomia, & uentofationes, quas diximus. tu tamen pro his euacuationibus. fiendis relege canones de soda; nam hic maxime sunt necessarii. & ne obliuiscaris; quoniam oportet eas reiterare, ut ibi. & hic non expectatur digestio.

Tertius, idest, diuersio fiat phlebotomia ex parte contraria, ut dictum est; nam in forti dolore nulla est melior medicina hac deflectione primo Aphorif. commento. xxxii. suntq; uentofationes, ligaturæ, compressiones digitorum &c. ut supra de soda.

Quartus comprehendit tres intentiones; repulsionem scilicet materiæ, confortationem dentis, & doloris remissionem, quæ tres una sola simplici medicina complentur. hæc autem, & pluribus expertis compositis perficiuntur. exemplum in causa calida applicantur frigida styptica, quæ sua frigiditate repellunt, & sua stypticitate prohibent materiam descendere, suæque frigiditate caliditatem nocentem remouent, & sic remouendo confortant, & remouendo, uel remittendo malam complexionem calidam, quæ est causa doloris. remittitur autem, & quandoque remouetur dolor, qui est eius effectus; ut uerbi gratia, administratur oleum ros. in principio, uel oleum de salice, uel oleum omphacinum, aut oleum myrtinum, & aliquando cum his, aut aliquo ipsorum commiscetur acetum, & parum camphoræ, & in ore retinetur. item magis domesticum recipiatur aqua frigida cum aceto, uel uino granatorum, uel cum diamoron, aut aqua ros. aut fiat in eis uicissitudo. item ex succis rerum infrigidantium; ut est succus myrti, ros. plantaginis, & huiusmodi cum modico camphoræ. & ex expertis à me est frequentatio administrationis petiarum infusarum in aqua ueri frigoris, & sint quadruplicatæ, & parum expressæ, ita ut non fluat aqua. & continuètur per spatium unius horæ, uel duarum usque ad tres horas; tollunt enim omnem dolorem ex quacunque causa; est enim ex stupefactiuis domesticis stupefaciens absque nocimento, ut septima tertiæ de medicinis stupefactiuis. item, si infundatur in aqua chimolea, & apposita chimolea, & de succis frigidis idem iuuant. & nota hic propter illud, quod dicit Auicem. allegato loco in fine capituli, ubi inquit. quamuis quandoque sit aduens in principio. quòd illud dictum est intelligendum de

A aqua frigida retenta in ore, ut ipse ponit. & hoc etiam uidi in experientia. de ea, quæ extra applicatur, secus est, ut patet consideranti. item & alij, quòd illud dictum habet ueritatem maximè, quando tenetur paruo tēpore; quia in principio. & hoc uoluit Auic. cum dixit in principio. sed, si retinetur diu; prodest, ut extra. item ualet lana succida inuncta cum oleo ros. & ad extra applicata. item ualet in hoc principio collutio oris ex aqua ros. & modico camphoræ, item decoctio gallarum cum aceto, item solatrum cum aceto, & est expertum, & maximè succus eius. ad idem. R. coriandri, semi. portula. sumach, lentium excorticatarum, sandalorum citri. ros. pirethri, camphoræ, ana. partes æquales, succi solatri quantum sufficit, & cum modico aquæ ros. fiat linimentum, quo liniatur sæpe dens dolens. cumque dolor fuerit ex his mitigatus; procedendum est cum resolutiuis, & repercussiuis simul, uincetibus repercussiuis. & ultimò procedatur uincetibus resolutiuis, de quibus supra, & infra dicetur in quinto canone; ut uerbi gratia, miscendo oleum ros. cum uino decoctionis masticis, aut succum myrti uel ros. cum uino decoctionis acori, & similibus. q. si dolor autem perseuerabit; oportet tunc transire ad stupefacientia, de quibus in. vj. canone. exemplum in causa frigida in principio administrentur calida styptica, cum quibus etiam ponuntur frigida repercussiuia, quæ pari forma, ut supra dictum est de calida, tres compleant intentiones dictas uerbi gratia, uinum decoctionis ros. balustiarum, & masticis, item uinum decoctionis nucis cupressi cum diamoron aut cum ro. aut consimiliter ex aliis positis, & ponendis. & tu fabrica tandem, quòd repercussiuia uincant, misceantur resolutiua cum stypticis, & repercussiuis uincetibus adhuc stypticis. ultimò perueniatur ad resolutiua & in. v. canone. uerbi gratia, ualet in processu hoc medicamen, olibanum masticis. ana. ʒ. s. myrti. ʒ. ii. bulliant in aceto, aut fiat collutio, in ore teneatur. multa in fine capituli ponuntur ualentia ex quacunque causa; ideo in multiplicatione exemplorum nunc supersedeo. his electiue peractis peruenitur ad resoluentia, quibus completur quintus cano, ubi rememorandum, quòd dictum est in fine rubricæ de conseruatione eorū, quòd. xij. modis, & pluribus possunt huiusmodi medicamina dentibus applicari. & ut clarior doctrina detur; aperiam modos prosequendo de uno in alium usque in finem. primus itaque est collutio oris ex eis, & oportet, ut teneatur longo spatio in ore; quoniam aliter non profunt aut modicum. & nota pro sequentibus, & pro his, quæ dicta sunt, quòd fortiora resolutiua applicari debent in causa frigida, ut patet. ex quo apparet primò error dantium similia resolutiua, siue æqualia, uel eadem in omni dolore dentium. infertur secundò, quòd non potest esse una medicina saltem operans à qualitate manifesta ualens in omni dolore: patet correlarium. & dicitur à qualitate manifesta; quia fortassis à qualitate occulta. posset istud benè continere; sed non est confidendum multum. & ut satisfaciam pro posse promisso; ponam hic, quæ à proprietate ualent, & indifferenter in omni dolore, siue corpus fuerit mundū, siue non, sed certius, & securius operantur corpore mundificato; ut sunt cornu cerui, radix herbæ tunici, radix cucumeris asinini, radix thitimali, radix aristolochiæ, radix chelidoniæ, spodium serpentis, de quo in dubiis, hepar stellionis, fructus tamarisci, radix colloquintidæ, illud, quòd adhæret alueariis apum, portulaca, quæ sua proprietate remouet stuporem eius. & ex collutionibus in causa frigida est collutio facta cum decoctione spolij serpentis in aceto, aut colloquintidæ, & est magni iuuamenti; sed est horribile, & fastidiosum medicamen, & ulcerat. quare & si laudatur ab auctoribus; consulo, ut nostro tempore dimittatur propter delicias hominum hodierni temporis. & sic suo modo dicatur de radice cucumeris asinini, & similibus: ista enim fortia sunt uitanda iuxta canonem in principio capituli positum, item uinum decoctionis saluiæ, aut pirethri, aut aristolochiæ, uel rosmarini, condisi, fructus tamarisci, & similibus, de quibus dictum est ante complementum canonum.

In calida uerò decoctio gallarum, & præcipuè crudarū in aceto, uel uino granatorum, uel uino berberis, aut agre
ite,

te, uel cornu cerui ustum, uel solatrum, aut ros. aut iusquiamus, & similia frigida.

Gargarismata fiant ex istis eisdem. item decoquantur alia, & passulæ in aqua, & fiat gargarisma, & post gargarismata semper teneatur os apertum; ut inde fluant humiditates, siue salua. mastificantur radices dictæ; ut pirethri, & mastigando exit humiditas, item mastificantur, & herbæ, & maximè laudatur mastigatio menthastri in frigida causa, item mastigatio piperis, & consimiliter de aliis. & ex compositis. menthaltrum montanum, pirethrum, piper album, myrrham, conficiantur cum carne passularum, & fiant ex eis auellana, & mastigetur omni die vna auellana. Alia sunt linimenta, & de his exemplificatio est, ut componantur, quæ dicta sunt cum melle, uel succo aliquo ex dictis, & liniantur dentes. ex expertis. medullæ nucleorum perfici par. i. piperis. par. s. confice cum gummi cedri, aut melle. item. piperis, pirethri, staphisagria, zinzib. ana. par. i. baurach. par. s. terantur benè, & incorporentur cum melle. ex dentifriciis laudatur, quod immediatè possum est abiecto melle; nam ex puluere fricentur dentes. item comendatur fricatio cum ligno aloes, itè & maximè à Gal. fricatio cum hepate stellionis. suntque euaporationes ex decoctione rerum dictarum. sed hic nota canonè, quæ tales debent fieri ante cibum per duas horas, aut post saltè per quatuor. Auic. item fit euaporatio cum milio, chamæmilla, aut oleo, & similibus, & quandoque barbæ talia euaporatoria applicantur; quæ apposita barbæ cessat dolor. item ex eis rebus fiunt saccelli, qui ad extra, & quandoque ad intra applicantur; bulliant. n. in vino, uel aceto. emplastra uerò raro barbæ applicantur, sicut emplastrum ex maluis, chamæmilla, anetho, semine lini, oleo, & huiusmodi. quandoque fiunt cum his, & adduntur althæa, melilotum, semen caulium, folia eius, semen porri, ireos, radix lilij, hyssopus, & similia. ex quibus omnibus, aut pluribus fit emplastrum, suffumigationes fiunt cum rebus prædictis, & ualet suffumigatio cum ungula asini decocta in rebus ipsis. & nota, quod suffumigatio facta per traiectorium est melior. caput purgia fiant ex succo blitis, aut aqua maiorana, aut fortius ex aqua cucumeris asinini, aut ex succo artanitæ. sed pro his recurre supra de soda. instillantur in aurem quandoque medicamina, quæ sequitur dolorem; ut oleum castorei, ut supra, uel rosatum. item. opij. castorei. ana. distilletur granum vnum cum oleo ros. in aure sequente dolorem. item oleum de amygdalis dulcibus, & amaris decoctum in coepis, & instillatum. item oleum de persicis, & maximè cum commiscetur cum castoreo, & quandoque apud necessitatem addendo aliquid opij. Implentur, & dentes perforati, & corrosi cum gallia, mastice, euphorbio, & pirethro, & quandoque cum auro saltè ad confortandum dentem, èt quia prohibent corruptionem. item prohibetur ingressus aeris, aut alterius rei lædentis. item impleatur in causa frigida cum calidis, & in calida cum frigidis. laudatur impletio ex medulla persicorum prædicta. ex cauterizantibus, ut. oleum, in quo decocta sint aliqua ex dictis, & sit feruens, & sumatur acus ignita, & imponatur in dicto oleo, deinde cum pennula ingeniosè intromittatur, usquequo attingat dentem. aliter. acum, uel stylum, & in extremo pone bombicem inuoluendo subtiliter, deinde intingatur in oleo communi feruenti, & frequenter imponatur. scito, quod hoc modo sentitur magnus dolor. Albucasis hoc idem facit cum butyro feruenti. & quandoque non pro sunt istæ cauterizationes, & tunc cauterizetur dens cum acu ignita roties, donec peruenit ad ultimum in cauterizatione, & tunc fortasse sedabitur dolor, & frangetur dens. quidam imponunt aquam intus siue ardentem, dente prius mundificato; quidam aquam fortem, qua utuntur aurifices in separando aurum ab argento; & quidam faciunt ex eisdem rebus aquam minus fortem.

Cum uerò omnia ista non contulerint; tunc deueniendum est ad complendum sextum canonem, qui est stupefactio. sed hic nota dictum Auic. septima tertij de cura dolorum dentium, inquit. Necessarium est multoties administrare opium cum oleo rosa. sed quotiescunque inuenitur excusatio ab illo dimittere, ipsum est melius. & idè, ut su-

prà pluries est allegatum. & Mes. distinctione tertia. iij. canone. vi. Compingere autem, & stupefacere est vltimè, ad quod niti debes, & præcipuè quando omnia non contulerint, & res est posita in desperatione, tunc quoque super narcoticum est præsumendum. & parum infra, cum eis cura est mēdosa, & hanc curam rememorauit ipse Mes. capitulo proprio. completur cum suffumigatione iusquiami. & expertum est linire dentem cum opio, & oleo ros. itè pirethrum, & camphora. item. iusquiami albi, opij, storacis, galbani. ana. 3. i. piperis, assæ foetidæ. ana. 3. s. & misce cum rob uuæ, & liniatur dens: est enim expertum. item ponatur granum opij mixtum cum gra. i. gariofli, mastice super dentem dolorosum, & liquefiat cum ferro ignito: est enim expertum. item. opij, iusquiami, seminis apij. ana. 3. i. fiant pilulæ cum aceto, & ponatur vna super dentem dolorosum, & teneatur per horam in loco; sedat enim dolorè mirabiliter, & ex quacunque causa.

Ego autem expertus sum, & usque modo non inueni, quod non succedat, applicare ad extra petiam magnam lineam quadruplicatam, & quandoque octuplicatam; ut potètius agat infusam in aquam veri frigoris, & leuiter expressam super genam dolentis dentis, & ipsum re apposui frequenter non permittens eam calefieri, & cōtinuauit per horam, ut supra, & per horas secundum doloris intensiorem, & remissionem, & in hoc tempore feci tenere patientem super dentem unam ex pilulis iam dictis. cumque cessauerit dolor; sollicitus etiam fui diuersiones, & euacuationes, & resolutiones faciles agere dubitans, ne ex earum caliditate fieret tractio materiæ ad locum, & resolutio nimia partibus subtilis. & uerè optimè successit. sed, quia uidi patientes dolorem talem ad medicos communiter, non nisi magna necessitate, id est, propter intensissimum dolorem accedere; nam prius multa experiuntur: idè ut plurimum ego processi cum talibus stupefactiuis non oblitus uerbi Mes. allegato loco, inquit. Componunt autem rem magni erroris à principio huiusmodi curantes cū narcoticis; est. n. cura mēdosa: nā illud intelligitur, ut seipsum declarat ante illud, ut dictū est; quando cum aliis curare possumus. quod & ego facio. expertus fui aquam frigidam tenere in ore, non contulit; imo uisa est lædere, ut supra. postremò nota, quod linimenta ex rebus opiatis securius cæteris applicantur. quidam tamen dant in potu narcotica; ut philonium; imo & denti applicant; nam inducunt somnum, & maturatur ægrotudo, & quiescit dolor. sic enim in omni forti dolore conferunt indifferenter. potest itaque diligens operator aliter, & aliter operari cum eis, ut uidebitur.

Et, antequam compleam septimum canonem; uolo expedire modum curæ, quando. scilicet. dolor dentis ex alia causa est, quàm à mala complexione, de qua processum est. nec de cura doloris ex siccitate prouenientis aliquid dictū est; quoniam eius cura pendet ex modo processus in calida, & frigida. laudat tamen hoc in casu Auic. butyrum, & adipem anatis. ualet & pinguedo gallinæ. si uerò fuerit ex eorum apostemate; cura est similis curæ, quæ est de apostemate giuarum. idè quod sequens dico, quod, si dolor fuerit per cōtationem stomachi, aut capitis; tunc procedatur cum ordinatione diætæ, euacuatione reiterata, & maximè si fuerit ex capite, & tunc phlebotometur, aut pharmaco euacuetur, ut uidebitur expedire. item fiat tertio loco diuersio, & de his omnibus supra. quarto uerò intèdatur prohibitioni fluxus materiæ à capite ad dentes cum applicatis ad extra, & ad intra, aut eleuationis eiuldem ad eos; quoniam hoc est initium curæ. & pro primo quære supra rubrica de catarrho. & hic habe suspectum acetum; quoniam aperit, & subtiliat præcipuè; cum locus sit passibilis. breuiter in omni fluxu rheumatico suspectum est. pro secūdo uide de soda per cōmunitatem, & ibi canones, & antidota iuuenies huic negotio necessaria. laudantur maximè pilulæ Alexandri in primo casu, quas scripsit Mes. de catarrho, quarum descriptio est. myrrhæ. 3. iij. thuris masculi. 3. ij. s. opij, iusquiami, &c. & plura inuenies eo loco congruentia, & supra de catarrho, ubi ponitur descriptio earum. in secundo uerò casu laudatur à Rasi nono Almanf. ut post mundificationes fiat fricatio dentium ex hoc medicamine. piperis, & piperis,

pis, baurach, piperis. zin. an. fiat puluis de quo &c. sed nota, q̄ iuxta causam oportet medicū administrare remedia. & exempla in omni causa posita sunt, & ponentur. si uerò fuerit ex apostemate gingiuarum; tūc procedatur in principio cū phlebotomia, & scarificatione. & si opus uidebit; applicentur sanguisugæ, aut fiat phlebotomia venarū, quæ sunt sub lingua, aut ventosæ sub mēto cū scarificatione: deinde procedatur cū repercussiuis dictis: unde facta scarificatione abluat os cum aceto, & uino decoctionis aluminis zaccharini omni die ter. ad extra aut superponatur in principio emplastrū repercussiuū ex maluis, solatro, ros. chamæmilla, & hmōi, deinde ponat emplastrū resolutiuū, & mitigatiuū ex chamæmilla, farina seminis lini, farina foenugræci, radice maluauisci, & butyro addendo oleū ros. aut viol. si materia fuerit calida; sed fm plurimū est fri. q̄, si materia tenderet ad maturationē; iuuetur cū maturatiuis; ut sunt ficus, passulæ, semē lini, foenugræci, & hmōi, de quibus. iij. tract. facta decoctione ex eis: deinde aperiatur apostema, & mundificetur cū melle ros. ut de ulceribus oris dictū est. q̄, si fuerit ex mala cōplexione earū; habet modus curæ ex dictis de cura malæ cōplexionis. q̄, si fuerit ex apostemate auriū; curentur prius apostemata attendendo mitigationi doloris ipsorū, & hæc supra posita sunt. si uerò ex apostemate genarū; procedatur cū phlebotomia, eūone, diuersione, repercussione fm exigentiā materiæ cum calidis, aut frig. ut dictū est, maturatione, & resolutione cū emplastris, ut paulò antè exemplificatum est. q̄, si fuerit ex re putrefacta retenta ex cibo inter dentes; remoueat, & fiat collutio oris cū abstergentibus, mundificantibus, & dentes cōfortantibus; ut v. g. cū uino, & melle & modico mēthastri aut alicuius talis, & sit tepidū aut frig. fm tēporis ætatē. q̄, si fuerit ex nimio usu rerum acetosarū; tunc dimittantur, & fiant collutiones, aut aliter retentiones ex rebus calidis appropriatis iā dictis ualentibus in causa frigida. sed de hoc infra in speciali rubrica. q̄, si fuerit ex corrosione; dicetur infra specialiter, & similiter à vermibus. q̄, si fuerit ex aliqua alia causa; patet leuiter quid agendum.

Modò his peractis prosequor ad aggregationē receptarum, multum in dolore dētium, ut promisi, ualentiuū. & primò ponā, quæ in dolore ex causa calida ualent, secūdo quæ in frigida. in causa calida. & sandarachæ. 3. ij. caphoræ. 3. s. bulliant in aceto, & fiat collutio; sedat. n. dolorē ueremēter, constringit gingiuas, & prohibet rheumatizationē. itē & lactucam, portulacam, solatrum, cucurbitam, & fac ista in uino styptico bullire, & facta earū expressione fiat ex uino collutio. q̄, si dolor fuerit uehemens ualdē; fiat decoctio in aceto, & si opus uideretur; adde aliquid papaueris albi. & si adhuc fortius cupis; adde mādragoram, vel iusquiamum usque opium: item ad idem linitio ex philonio facta. non procedo multū in his; quia rarius uenit dolor ex causa calida, quàm ex fri. & ideo quasi omnes receptæ de dolore dētium ab auctoribus positæ sunt calidæ; quia, quando uenit ex causa calida, ut plurimū; oportet transire ad uehementem in frigidantia usq; ad stupefactiua. ideoq; sufficiant dicta supra de causa ca. cum his. in causa uerò frigida laudatur decoctio calamenti, cum uino, item radix raphani, pirethrū, zinzib. in uino decoquantur, & fiat collutio, item pirethrū cum aceto & expertum, item stipites allij cum pirethro, & aceto. item apud uehementiam doloris in mitigando ualet oleum calefactum, in quo decocta sit radix althææ, chamæmilla, & melilotum; est enim sedatiuum bonum. item serpentis spolum ustum, & mixtum cum oleo ad spissitudinē mellis, linitio mirabiliter sedat dolorem. item, si sit cum oleo rosa. ualet in calida; quoniam spolum à proprietate, & puluis factus ex origano, & nitro sparsus super dētes, & gingiuas mox dolorem tollit. & ex expertis. & casto. affæ foetidæ, storacis, myrrhæ, aristolochiæ, opij, piperis, zinzib. iusquiami. ana. partes æquales, confice cum melle, & lini. aliud. Rec. opij, zinzib, pirethri, masticis, seminis apij ana. partes æquales, bulliant in fortissimo aceto, & fiat collutio, vel melius teneat patiens calidum in ore. aliud. & piperis, castorei, myrrhæ, affæ foetidæ, opij. an. confice cū melle, & liniis. Gilbertus dicit se probasse theriacā in omni dolore ex causa frigida, præcipue cum est ex rheumate capi-

A tis. aliud pro rusticis. & caput vnum allij abiecto cortice, & perfora, & imponatur puluis piperis, & inuoluatur stupa, & decoquatur in cineribus, deinde contundatur, & loco dolenti apponatur. item os dactyli accensum, & inter dentes tantū mirabiliter subuenit. fortasse ut non rarò accidit, hæc non conferunt remedia præcipue; cum dens est marcidus, corrosus, aut putridus. quo casu, ut testatur auctores oportet transire ad vltimum canonē, qui est eradicatio, per quam curam, siue eradicationem ut plurimū recipit. & dicitur ut plurimum primò; quia cū causa est in gingiua eius eradicatio, quæ pro tunc nō est necessaria, non tollit dolorem. secūdo qm̄ quandoq; est in neruo eius, & tunc facta eradicatione materia, quæ lædebat, remanet cum neruo inueniēs ex eradicatione locum apertum, & amplum, ad quē prius non poterat ire propter cōpressionem, quæ à dente fiebat. sed, cū dolor est in substantia dentis; sine dubio eo eradicatione remouetur dolor. dicit Gilbertus, q̄, si dolor est inueteratus; tunc extractio dentis est periculosa, & magis timenda, quàm qm̄ est nouus. & tu cōsidera. tu ergo non festines ad eradicationē, nisi seruatis his quinq; quæ dicent; qm̄ nihil est, quod suppleat loco eius; cū est eradicatus. primū, q̄ cōprehendas, quæ sit causa in ipso. quod cognosces ex corrosione, vel putrefactione eius, & extēsiōe doloris fm longitudinē dentis non apparente apostemate in gingiuis; nā, si apparet apostema in eis, & dens non sit alteratus; extimandū causam in gingiuis esse. itē, si dolor non fuerit secūdu longitudinē, sed in profundo eius; tunc causa erit in neruo, & propriē cū inuenitur dolor expansus in carnibus rubeis, aut in mādibula, & sentitur, sicut obstupefactio. fm ne sis delusus, & bonum extrahas relicto malo. q̄ bene prius cōprehendas dentem extrahendū; qm̄ hoc quandoq; est difficile cognoscere. & signa declarata sunt in principio rubricæ. unde ponatur paties in loco clarissimo, ubi sol penetrat, & subtiliter inspiciatur; si videtur læsio in dente secūdu habitam supra. tertium, q̄ omni ingenio operator studeat extrahere cū dolore minori, ut possibile est. quapropter prius circūcirca leuiter, ac profundē ipsum discalciet, seu excarnet usq; ad radicē intercipiēdo tempus propter dolorem. nec attendas operatori semper; qm̄ ex eis reperuntur presumptuosi, & audaces nimiuū, qui statim cum extrahunt volentes ex hoc laudari, q̄ arte sunt expediti. nam sic aliquando sunt causa maioris doloris, febris, & multarū prauarum ægritudinū. item & quādoq; sic festinando frangunt dentem, dimittitur radix, & sic fit error peior peiori. cumque discalcatus fuerit; tūc ipsum digitis prius aliquatiter moueas, aut cum tenaculis subtilibus concutiendo in diuersas differentias; ut facilius fiat eius exitus. nam in eradicatione illorum dētium, qui non cōmouentur, est timor ex quibusdam nocementorum plurimorum; quandoque enim cum ipsis extrahitur pars mandibulæ; ut ego uidi, & tunc excitatur dolor maior, & feb. quartum, si dens fuerit corrosus, & perforatus; tunc oportet, ut impleas foramen panno, & stringas ipsum cum extremitate radij; ut nō frangatur hora constrictionis tuæ super ipsum cum forpibus. Albucaf. & oportet, ut exquisitè agas cum scarificatione, siue discalcatione in circuitu gingiuarū, ut patet; ne frangatur; quintum, ut non fiat extractio eius apud uehementiam doloris; ne sit causa syncopis, aut mortis, aut descensus rheumatis amplioris, sed expectetur usquequo sedetur dolor. Mesue. quibus peractis cum tenaculis, aut caniculo, aut subleuatorio, vel alio instrumēto leuiter, & nō cum uehementia extrahatur; nā extractio cum uehementia est ex eis, quæ in dolore augmentum faciunt. Auicenna. post uerò extractionem digitis gingiua relaxata comprimitur, deinde fiat collutio cum uino, aut aceto, & sale, aut cum uino, & myrrha, & melius. quod, si acciderit fluxus sanguinis; tunc imple locum cum vitriolo adusto. quod, si non sufficit; cauteriza. de instrumentis uerò dicendum, q̄ artifex prudens subtilis in arte sua inuenit per seipsum instrumentum secundum illud, quod significant ei operationes, & ægritudines ipsæ. Albucaf. & si contingit in eius extractione frangi, & remanere radicem; tunc pone cotū cum butyro super locū vno, vel duobus diebus, donec molificetur locus. deinde, si potes; plus excarna circa radicē,

& impone instrumentum unum, uel plura, ut uidebitur ex pedire, & consulo accelerare ad eradicationem dentis corrupti; ne alios inficiat, & ne ita putridus fiat, & marcidus, ut nullo modo extrahi possit eius radix: nam periculum est in his in eorum extractione, ne frangantur, & comminuantur usque ad radicem exclusiue. tu tamen memor sis facere euacuaciones precedere, & ipsas reiterare ad prohibendum etiam futurum apostema iuxta can. dictos.

Et, quoniam multi confidunt in eorum extractione absque instrumentis solis medicaminibus confisi, de quibus meo tempore nullam uidi experientiam; hinc pro complemento rubricae ponam modum, & medicamina, quibus saltem iuuamentum fiet in eorum eradicatione facilius. nam prius ea tentare debemus, quod, si non profuerint; ad arma ultimam deueniamus: illa namque sic praecedentia tantum circa dentem eradicationem facient, quod cum instrumento adhibito eorum facilius fiet completa eradicatione. modus hic seruetur; nam, ne laedantur dentes propinqui; muniantur cera, deinde fiat excarnatio profunda circa radicem dentis dolentis, quo facto linias ter in die, uel quater radicem eius ex medicamine isto. **R.** corticem radicis mori, pirethrum, terantur, & misceantur cum aceto forti, ponantur ad solem, donec totum fiat, ut mel. item lac thitimali cum pirethro, & radice mori, & fiat, ut dictum est. item idem operare cum aqua forti, de qua supra, & est melius. item idem cum radice cucumeris asinini, & arsenico nutrito cum aceto. sed nota, quod aqua fortis mirabiliter discalet, & rodit carnem. quare consulo ante eradicationem, cum ferro fiat tactus cum cautela; ne pars sana laedatur. & ex compositis, & laudatis. **R.** pirethri, radicis colloquintidae, corticem eius, corticem radicis mori, seminis almezereon, & foliorum eius, arsenici citrini, lactis thitimali. terantur terenda, & cum foete aceti mortario bene ducantur, deinde super ea proiciantur bdellii, & assae ana. par. i. & fiant trochisci, de quibus liniantur radices dentium hora post horam per aliquos dies: facit enim facilem eradicationem. aliud coquantur ranarum fluuiales, aut arboreae cum oleo, donec dissoluantur, & ex isto oleo liniatur radix dentis. idem operantur, & efficacius; si decoquantur in foete aceti. Placentinus uero dicit se non fuisse deceptum ex usu euphorbij in hoc casu hoc modo. prius enim discalet dente, ut supra superposuit puluerem euphorbij, de cuius proprietate est eradicare ossa, deinde cum ferro leuissimè extrahit. postremò pono emplastrum ad omnem dolorem dentium ex quacunque causa ab eo laudatum. **R.** xij. radices maluuisi, & perfecte decoquantur, & extrahatur lignum medium, deinde pistentur optimè deinde. **R.** farinae foenugraei, seminis lini, floris chamemillae, anethi ana. 3. i. farinae hordei. 3. iii. incorporentur, & in fine addantur. 3. iii. olei chamemillini, & actu calidum ponatur super mandibulam dolentem. sedat dolorem, maturat materiam, & ipsam finaliter resoluit. & haec de dolore dentium, & cura sufficiant.

De corrosione dentium, & perforatione. Rub. 4.

QUID autem sit corrosio, aut dentium perforatio, sensus ipse ostendit.

CAUSA cuius ut Auic. est ex humiditate in eis putrefacta. putrefactio itaque contingit quandoque ex debilitate uirtutis ipsorum, aut ligamentorum eorum; cum non possint nutrimentum debite digerere ad ipsos ueniens. unde in malos, & putridos conuertitur humores. qui si sunt aliquo modo acuti; corrodunt, & perforant. & idem contingit ex malis, & corruptis humoribus eleuatis a stomacho, aut ab humoribus malis a capite descendentibus, aut ab usu rerum dentibus nocentium. non raro accidit ex limositatibus dentibus longo tempore applicatis, aut rebus inter dentes detentis, & corruptis, haec. n. corrupta, & putrefacta putrefaciunt; propter quod lotio dentium est commendanda.

CURA cano. primus ordinatio dietae, quae consistit, ut supra euitando cibaria dentibus nocentia, & utendo rebus contrariis causae facienti corrosione; ut exempli gratia, si fuerit materia cholericum, aut phlegmatica salsa, & huiusmodi, & de his supra de soda.

Secundus est digestio materiae, quae digeratur secundum ipsius materiae opportunitatem. pro quo recurre ad ea quae de soda scripta sunt.

Tertius euacuatio, euacuetur autem cum respicietibus materiam ipsam, pro quibus supra de soda.

Quartus diuersio materiae, si fuerit per communitatem a cerebro uel ab alio; qualiter fiat dictum est.

Quintus est prohibitio ascensus malorum uaporum ad ipsos, si fuerit ex membris inferioribus, & iam dictus est modus de soda per communitatem.

Sextus est confortatio dentium cum his, quae confortant ipsos; quando causa ex debilitate uirtutis eorum procedit; ut sunt puluis cinnamomi, masticeis, origani, menthae, item idem operatus radix berbenae, agrimoniae, quae sua proprietate conuersuam dentium confortant, item olibanum, galla, myrrha.

Septimus est prohibitio additionis in corrosione. & hic canon pro sui expeditione tribus aliis indiget. quorum primus est, & est octauus in ordine, mundificatio substantiae corruptae. secundus, & est nonus in ordine resolutio materiae laedentis. tertius, & est decimus in ordine defensio dentis, ne recipiat materiam illam. primus completur cum

Flotionibus factis ex uino, melle, hyssopo, salua adiuuicem decoctis, & si opus est, cum ros. cum ireos, & similibus, de quibus in praecedenti rubrica, ubi tractatur de collutionibus, & supra de passionibus linguae, & oris. & moderata cum frigidis; si materia fuerit cholericum cum aceto, & aceto scillitico, ut uidebitur expedire. secundus completur cum medicinis exiccatis, & calidis resolutiuis, pro quo canone nota alium, quod in forti putrefactione fortibus indiget medicaminibus; in debili uero debilibus. exemplum primi incipiendo a debilibus fiat collutio, aut retentio in ore ex decoctione uini zinziberis, corticum capparorum, aut utriusque saluae, calamenti, piperis, & pirethri, item etiam impletio foraminis ex pulueribus horum. quod, si non sufficit; transeas ad aquam ardentem, item ad fortius ad aquam fortem, de qua in praecedenti rubrica. & ultimò, si non sufficiunt ad cauterium, de quo in praecedenti rubrica. quod, si locus carnosus circumstans fuerit putridus; cura, ut infra capitulo de dispositionibus gingiuarum. exemplum secundi; ut sunt myrtus, licium, spica, & huiusmodi, in quibus est exiccatio cum stypticitate. & tu plura collige ex habitis in praecedenti rubrica. tertius perficitur cum gallia, & cypero, quando ex eis impletur dens, aut linitur, & gallia sola prohibet putrefactionem dentium. item specialiter in causa calida collutio oris ex aceto, & est sublimis. & tu nota, quae de eo scripta sunt in principio capituli. item camphora est medicamen ultimum. & iusquiamo cum storace simul mixtis inest proprietates mirabilis; quando fit suffumigatio per traiectorium dentis super dentem corrosum. **Mes.** & in hoc commendatur medicamen Alexandri medici, cui fides in opere medicinali multum tribuenda est. **R.** opii, myrrhae, storacis ana. 3. ii. piperis alb. croci, galbani, ana. 3. i. confice conterendo cum ros. & mitte in locum corrosione. quidam implent cum mastice, quidam auro, & quodlibet est bonum. & in summa adiuuante cum his, quae dicta sunt in praecedenti rubrica. cumque ista non contulerint; tunc cum scarpello, siue celte dentem leuiter frangas, & cum lima applanes eum sic, quod cibi non possint in eo retineri. quod, si adhuc non sufficient omnia, quae dicta sunt; tunc melius est, ut eradicetur leuiter seruatis canonibus supra positis.

CURA. si ex limositate contigerit; curetur cum mundificantibus, & abstergentibus dentes, ipsosque dealbantibus, de quibus in speciali rubrica. & tu ibi recurre &c.

De uermibus dentium. Rub. 5.

VERMES in dentibus generantur ex putrefactione in eis inuenta a caliditate uiuificatiua quemadmodum in intestinis, & aliis generantur locis. quorum signum est acuitas doloris cum motu eius. nam in ipsis sentitur continuus & in diuersis locis motus.

CURA. sine canonum multiplicatione fiat suffumigatio per traiectorium ex semine iusquiami, semine porri, semine coepae, uel ex aliquo istorum cooperto capite. item ex his cum adipe caprino fiant pilulae, & una earum ponatur super dentem. item ex eisdem collutio, item ex storace, aloe, myrrha

myrrha intromittatur, uel ex his simul fiat capsula denti. itē ad idem suffumigatio absinthij.

De dentibus commotis. Rub. 6.

DENS comouetur postposita causa primitiua, quæ est à casu, uel percussione, aut ex dispositione, quæ est in ipso dente, aut ex dispositione gingiuarum, in quibus figitur dēs, aut ex debilitate uirtutis, aut ex mala complexione calida humi. uel sic. contingit enim dentem in sua substantia, ubi prius erat pinguis, postmodum extenuari ex defectu nutrimenti, ut accidit senibus conualescentibus, & famelicis. quo casu propter latitudinem orei dens commouetur. itē quandoq; hoc idem eis contingit propter corrosione[m] factam in radicibus ipsorum ex parte gingiuarum; quia earū caro, & pellicula est abbreviata, quibus sustentabatur dēs. & hoc uoluit Auic. cum dixit. Propter abbreviationē carnis ad hamur. item propter earum corrosione[m], propter etiam largitatē orei in eis, quæ posset ex superflua siccitate contingere; quandoq; tamen natura hæc ore[m] in pueris dilatat: nam primò excutit primos dentes inutiles masticationi & debiles, deinde elargatis oreis producit maiores, & fortiores; eum debeant cibaria dura masticare, frāgere &c. Ex debilitate uirtutis, sicut accidit senibus, & conualescentibus ex mala complexione calida corrodēt origines neruorum, & gingiuas. ex mala complexione humida; quia relaxante neruos, & ligamenta, quibus alligantur, & cōstringuntur, quod etiam contingit ex mala humiditate gingiuarum; tunc enim non fortiter cōstringuntur, ut patet.

CURA. Canones præsupponunt generales ex parte dietæ, euacuationum &c.

CURA. Particularis canonis primus, & principalis, qui est maximè attendendus, quod cum dente moto euitetur masticatio omnino, sit enim intentus sorbitionibus, si aliter fieri non potest, & breuiter omnia, quæ possunt esse causa commotionis eius; ut sunt loquela, tactus eius cum digitis, uel ligno, frangere res duras. secundus, q, si fuerit ex eius extenuatione; succurratur cum cibariis reficiētibus. sed hic nota, q, hic modus curæ est difficilis; non fit enim restitutio nisi in tempore longo; propter quod oportet trāsire ad ea, quæ dentem firman, & cōstringunt; ut sunt frigida styptica, & hum. ut uidetur. aliquādo approximare possumus frigi. styptica, & hum. ut esset oleum ros. tamen securius uidetur approximare; sicut est balaustia, myrtus, psidia, achacia, sandali, rosæ, hypoquistidos, terra sigillata, & huiusmodi, de quibus supra. iiii. tract. quod, si fuerit illic mala complexio frigida; tunc utamur calidis stypticis; ut est nux cupressi, charabæ, alumen ustum, cornu cerui ustum, mastix, laudanum, myrrha, thus, storax calamita, & huiusmodi allegato tracta. ex quibus fiant gargarismata, collutiones, capsulæ, linitiones, applicationes puluerum, ut operationi cōgruentius uidebitur.

Cura eius, quæ est à casu, uel percussione est eodem modo. sed propter dubium futuri apostematis ex casu, compe-dit phlebotomia, uel uentosa cum scarificatione, & hoc in principio sicut in cæteris concussionibus, ut quarta quarti tract. ij. primo capitulo.

CURA. si fuerit ex humiditate mollificante, quæ fit secundum plurimū rememorata euacuatione, & iterata; seruentur duo canones. primus est exiccatio humiditatis cū rebus stypticis calefacientibus, & oppilantibus ex medicinis dentium. secundus est administratio medicaminū stringentium, & colligantium ligamenta dentium, & gingiuas, & abstergentium humiditates.

Primus perficitur cum decoctione pirethri, aut myrrhæ uel masticis in aceto simplici, uel scillitico faciendo collutionem, item decoctio nucum cupressi, uel foliorum in aqua, item aqua in qua decoctum est serapinum, aut alumen cum medietate sui de sale.

Secundus completur cum masticatione masticis, & ex collutione eius cum balaustiis, & rosis facta decoctione in uino styptico. & ex compositis magistralibus laudatis. R. stypticum uitis combustorum drach. i. aluminis iameni, pirethri, spicæ ana. drach. s. nucum cupressi combustorum. 3. s. i. cornu cerui usti, centaureæ ana. 3. ii. fructus thamarisci ana. cyperi. 3. s. sal gemmæ asii. 3. s. s. fiat ex eis puluis

A & annectatur dentibus: est confirmans, & confortans dentes, & stringit gingiuam lapsam, & est expertum. aliud. R. cyperi, ro. spicæ aroma. salis gemmæ, cornu cerui usti. ana. fiat dentifricium, uel aliter, ut placebit. aliud. Reci. gallarum part. ii. myrrhæ part. i. corticis granatorum. ana. tere, & applica ex eo in radice dentium, & in gingiuis intus, & extra mane & sero. expertum bonum etiam si fuerit ex corrosione gingiuarum.

CURA. si fuerit ex corrosione gingiuarum; dicetur cura in sequenti capit. similiter, si fuerit ex earum abbreviatione, tamen dicit Auic. in hoc casu conferre alumen iameni mixtum cum xyloaloes adulto, cyperi, balaustiis, & sumach.

CURA. si fuerit propter uehementem siccitatem; cura fiat cum humidis notis.

CURA. si fuerit ex debilitate; fortifica uirtutē, deinde procede cum stypticis dictis. q, si fuerit ex debilitate uirtutis ætatiua; cura est difficilis fortasse, & impossibilis.

CVMQVE hæc omnia non contulerint; oportet transire ad ligationem eorum cum dentibus, qui non mouentur ut ingenietur operatur cū filo serico legare, aut filo lineo, uel aureo, & texere in modum sepi; nam sic retinetur tempore longo, deinde administrare styptica. & si ibi est mala humiditas, abstergenda, ut supra, & infra de alteratione coloris dentium. alii uerò ligant cum filo aureo postponentes filum argenteum; quia fit uiride. Albu. sed credo, quod fortius ligantur cum lineo, uel serico; licet non tantum duret, & confusus est Albu. reaponere hoc modo dentes ex toto euulsos, & fractos casu, aut percussione. unde format ex ossibus uaccinis dentes secundum quantitatem necessariam, & reaponit loco deperditorum. illud esset utile his, quibus deficiunt dentes in parte anteriori propter quod non ornatè & debite enunciant sermonem. hæc facilius dicuntur, quàm fiant.

De congelatione dentium, quæ Græcis *αιουδία*, nostris autem stupor appellatur. Rub. 7.

CONGELATIO dentium in uulgari nostro dicta spauento est stupor accidens dentibus.

C **CAUSA** cuius est frigiditas cum stypticitate in eis retēta, & impressa à rebus frigidis, & stypticis; propter quod acetosa, acria, & pontica sunt talis congelationis siue stuporis causatiua. ex quibus apparet, quod etiam uapores à stomacho eleuati ab humore acetoso sunt talis accidentis productiui. quandoq; hoc idem contingit ex imaginatione extimatiua, cum præsens est ille, qui masticat acetosum masticando cum transmissione, ut Auic. & causa cuius est philosophica. & tu considera.

CURA Canon. calefactio dentium; nam per calefactionem remouetur frigiditas, quæ in congelatione ipsa est cā principalis; sicut uerbi gratia, cum uino calido retento in ore, aut frictio dentium cum sale, & specialiter also, aut cū baccis lauri, aut masticatio uitelli oui calidi, aut nucum, aut auellanarum, & specialiter assatarum, aut frictio cum eis. item ad idem panis calidus, aut caseus assatus, aut coepe. item maximè commēdatur portulaca, & semen eius. & est ex maximè expertis, siue fiat ex eis frictio, uel masticatio. sed tu dices, quomodo confert, cum sit frigida: dicetur in dubiis.

D De alteratione coloris dentium. Rub. 8.

ALTERANTUR dentes in colore suo, aut à causa primitiua propter negligentiam mundificationis oris, & corporis totius, aut membri particularis, aut pp nimium usum rerum dentes corrumpentiū, de quibus in prin. capituli, & specialiter mellis; usus. n. eius maximè foedat dentes, & dulcia pingua, ut ibi. unde notandū, q, ex negligentia remanet limofitas circa dentes inficiens eos. item ob negligentiam corporis eleuāt uapores à stomacho, à toto, uel ab alio particulari mēbro inficiētes. item fit aliquā aggregatio per has uias materierum in dentibus, quæ tantā in eis moram contrahunt; ut inde putrescentur. unde eorū remotio est difficilis. qnq; uerò & per substantiam eorum penetrāt materia[m] malæ, quæ ibi retentæ inficiunt colorem dentium fm, q, accidit cuti ex præsentia malorum humorum ad intrā corpus, ut primo Aphor. commen. ij.

Practica. S. T. 2. Quod

Quodd, si fuerint cholericæ; color dentis est citrinus: si melancholicæ; niger: si sanguinæ; rubeus: si phlegmaticæ; albus.

CURA Can. seruandi sunt quinq; primus est regimen, secundus alteratio, tertius euacuatio, quartus absterfio, & mundificatio, quintus resolutio, extractio, & exiccatio.

Primus completur cauendo à rebus dentes corrumpentibus, de quibus in princ. cap. item specialiter à uomitu. q; tandem si contingat fieri; post ipsum immediatè fiat dentium collutio cum aqua ros. & aceto.

Secundus perficitur cum contrariis rectificantibus malam complexionem, vbicunque fuerit siue in stomacho, vel capite, uel alibi.

Tertius completur cum euacuatuiis appropriatis materiæ peccanti, de quibus in. iij. tract. vel phlebotomia; si erit necessaria.

Quartus cum abstergentibus. & absterfuum bonum est tartarum vini optimi puluerizatum, cum quo fricentur dentes, deinde abluantur in hyeme cum vino calido, & in æstata cū frigido. ad idem spuma maris, aut pumex, cum quibus fricentur, ut dictum est: item hordeum adustum, item sal gemma.

Quintus completur cum resolutiuis extrahentibus, & exiccantibus; ut sunt piper, menthastrum, cum absterfuiis dictis, & fient inde dentifricia optima. & tu compone. & ex laudatis. & radicis aristolochiæ. par. i. cornu cerui adusti. par. ij. masticis. par. iij. olei rosa. par. v. terantur, & administrentur. aliud. & piperis albi ad libitum, & ex eo cum uino antiquo, & melle fiant trochisci, & exiccantur in furno temperatæ caliditatis. deinde. & ex eis. 3. ij. s. salis gemmæ. 3. s. 3. i. spumæ mar. 3. s. 3. s. ligni aloes. 3. s. fiat ex eis dentifriciū; est. n. bonum absterfuum, & mundificatiuum. aliud. & trituræ vasorum terreorū, salis gemmæ adusti, cyperi albi alsi. ana. 3. ij. spumæ maris, carbonum radicis cannæ. an. 3. i. fiat dentifricium cum eis. multa, ac plurima exempla ponere possem; sed hæc sufficiant; nam volens componere ex datis plurima faciet. quodd, si copiosior fieri uolueris, quære Mes. de hoc, & in tract. de decoratione.

D V B I A.

D V B I T A T V R, an dentes sentiant. q; non, arguitur; quoniam nulla ossa sentiunt; dentes sunt ossa: ergo. maior est omnium philosophorum Arist. i. & iij. de anima. pilis, ossibus, & unguibus nullus est sensus. minor est Auic. prima primi de anatomia ossium, & secundo de gnatione animalium. vi. cap. & v. de generatione. vlt. cap. ad oppositum videtur esse experientia; nam plurimum dolēt, & pro isto est Auic. alle. loco, inquit. Nullum præterea ossium sentit præter dentes vllō modo. in hoc dubio discordati sunt antiqui; posuerunt. n. quidam eos non sentire, & pro se adduxerunt has rationes. prima, q; semper in frangendo, & masticando res duras sequeretur dolor, quod est contra experientiam. item cum solutio continuitatis sit principalis, & maxima causa factiua dolorū; tunc in eorū fractione, aut limatione, sentiretur dolor, cuius oppositum ostendit experientia. dicuntq; q; dolor, qui dente percipitur, est in nervis gingiuarum, quibus dentes eis alligantur; nā frequēter extracto dēte remanet dolor. item, si remouēt, hoc est, quia materia habet locū amplum, & vacuum ex eradicatione dētis, per cuius præsentiam comprimebatur, & dolorē causabat. alij ut Auic. prima primi de anat. dentium, vt supra, & septima tertij, ut supra. & Arist. xxij. probl. & xxxij. & Gal. iij. de accidenti. & ut recitat Auic. prima primi. alleg. cap. expressè ponunt dētes sentire, inquit Auic. Gal. quidē dixit, q; experimentū nobis demonstrat eos habere sensum, de quo natura sollicita fuit, eos cum uirtute, quæ de cerebro prouenit; vt inter calidum, & frigidum discernunt.

Pro declaratione dubij hmōi, in quo practicabiliter, & positiuè satis procedā, præmittendum primò, q; vt dictum est in princ. capi. dentes oriuntur ex superfluitate nutrimentū ossium capitis, & mandibularum, ut secūdo de gnatione, alle. cap. ex quo primò apparet eorum generationē aliorū ossium generationi posteriorem esse: quod & in finē deduci debet; cū ante non sint necessaria, vt aliqua ossa quinto de gnatione animalium vlt. cap. & posset inferri secūda. qua-

E re non oēs simul generantur, ut reliqua ossa; nā illa omnia simul sunt necessaria ad esse, & complementū foetus; dētes aut non. & ideò natura, quæ non deficit in necessariis, neq; abundat in superfluis, vt quinto de generatione animalium, alle. cap. prius primos aptos incidere pduxit: deinde alios masticationi necessarios; nam prius tpe debet esse ibi incisio, deinde masticatio. & posset inferri tertio causa, quare pnt regenerari, nō sic de aliis ossibus; nam, cū ex superfluitate nutrimenti ossiū generent remanente nutrimento distributo p ossa post dentium generationē; ipsis deperditis pnt regenerari: nā ibi est pntia virtutis & materiæ: quare. & p intellectu correlarij, & eorū, quæ pro parte dicta sunt, notādū, q; ex sanguine mēstruo fiunt partes quatuor tpe impregnationis: ex vna quidē vna cū spermate uiri, quod est causa efficiens; & sicut forma gnantur mēbra spermatica vt ossa nerui, & hmōi, ut Gal. ij. de spermate. & i. de generatione animalium, vlt. ca. & Auic. ex secunda nutriuntur hmōi mēbra spermatica, in quo remansit uirtus seminis. & ex isto nutrimento superfluyente gnantur dentes, & ex isto sanguine nutritur foetus. ex tertia gnatur lac sanguine transmissio ad mamillas, tanquā utilis tēpore partus eicitur. hoc autē superfluū nutrimentū per ossa cranei, & mandibulę disseminatū natura sagax conseruat vsq; ad tps necessitatis. & tūc in principio cū dentes sunt necessarij; mittit pro dentium gnatione partē nutrimenti magis subtilē, ex qua dētes generantur parui, & acuti non multum fortes. parui quidem; quia modicā materiā mittit: acuti; vt facilius penetrēt per gingiuas, & absq; minori dolore solutionē continui faciāt. item; vt orea, seu foramina apertiora futuris dentibus magis, & fortibus præparet. nā facit sicut bonus carpentarius, qui, cū vult foramen magnū facere; prius perforat cū parua tribella; deinde magna; ne asserem, vel lignum perforādum frangat. item hoc cum minori labore facit.

Sed diceret aliquis, quare ergo in omni ætate nō gnant. Dicendū, q; procedentibus ætatibus deficit nutrimentū tale: vnde qnq; reseruant vsq; ad ætatē mediā inter spermatis emissionē, & consistentiā, quo tpe gnantur neguedij, vt in princ. capi. dicebatur. q; si contingit in aliis ætatibus nasci; hoc est satis rarū, & monstruosum quasi; non. n. incōuenit nutrimentū illud superfluū à natura fuisse reseruatū tanto tēpore, unde audiui senē amisisse dentes, deinde fuisse in eo restauratos. in multis tñ reperitur, q; in tēpore sui senij eis orit dens vnus, uel duo. tu tñ nota Auic. prima primi de membris, vbi inquit. Et illud, quod est gnatum ex sanguine, in quo adhuc uirtus existit spermatis, dum nondum inter ipsum, & sperma tēpus intercesserit nisi paruum, illud membrū, qn tollitur; iterū nasci potest; sicut dentes in ætate pueritiæ. cum uerò sanguis ad aliā conuersus fuerit complexionē; non iterū renascetur. considera. & ex istis apparet et causa, quare aliqui in quibusdam prægnantibus generantur dentes; in eis. n. reperitur materia, vt patet, & uirtus, & uia amplissima de matrice ad mandibulas, vt infra. & i. ca. sed reddere causam, quare in quibusdā mulieribus accidit, vt pro unoquoq; filio concepto dentē unū amittat, difficile est. & tu considera. & difficilius uidetur, quare uiris accidat, q; cum mulieres eorū impregnantur; eis cadit dēs vnus. specularē. ex quibus etiam trahi potest causa, quare dentes anteriores sunt subtiliores; posteriores uerò econtrā: nam cum mandibula grossior, & amplior sit in parte posteriori; rationabile est, ut ab ea parte plus multo de materia dentis emittatur, & quantò amplior erit materia, & maior; maior dens debet generari aliis paribus. hoc etiam in fine potest deduci; nam, cum res ori appresentet; prius requirit eius diuisionem, & sectionem, quā triturationem, vel masticationem. quare anteriores debent esse acuti. & ex dictis apparet, quò dentes habent, vel non habent eandem materiam cum aliis ossibus.

Secundò dubitaret aliquis, cū regenerari possint deperditi, quare non restaurari cum sunt fracti: nam difficilius uidetur uirtuti integrū dentem gnare, quā partem; sed potest primum: ergo & secundum. confirmatur; quoniam dentes continuè crescunt, vt notat experientia in equis, hominibus &c. & secundo de generatione animalium. vi. capi. ergo, cū pars eius erit deperdita, postquā est parua materia

Pilis, ossibus & unguibus nullus est sensus.

Natura que in necessariis deficit, et in superfluis abundat.

Orea que in parte inuenies foramina intelligit.

apta

apta conuerti in dentem; non uidetur quicquam ob stare, quin restauretur. consequens tamen contra experientiam; quoniam uidemus dentem fractum continuè sic fractum crescere. item. iij. techni. Ossa deperdita in infantibus regenerantur per uiam primæ intentionis: ergo & dentes. tenet consequentia per illud generale. Si de quo minus uidetur inesse, & inest; ergo de quo magis. sed minus uidetur, quod ossa restaurentur, cum careant materia propria, qua abudat natura pro restauratione dentium, ut patet: ergo. & pro argumento capias infantem.

Item dubitatur, quare dēs fractus secundum superficiem eius totam, ut sit dimidiatus, in reliquis partibus suis sanus non crescit; cum crescere deberet; sicut non fracti; imo & magis; quoniam natura cum non deficiat in necessariis; deberet esse magis sollicita circa eius augmentum, uel saltem æquè benè; sicut de aliis.

Item dens fractus secundum unam partem tantum crescit; ergo per idem, & fractus secundum totam etiam superficiem. item unguis fracti crescunt; ergo & dentes fracti debent crescere. consequentia uidetur tenere; quoniam ita reperitur materia pro augmento dentis; sicut pro augmento unguis; & natura plus sollicita esse debet de dente, quam de ungue. item uidemus, quod ubicunq; sit in corpore deperditio alicuius partis, natura statim sollicita restaurat, si potest, per uiam primæ intentionis; ut in membris carniformibus est uidere, aut per uiam secundæ aliquid loco illius producit, ut ossibus rosboto. quare ergo, cum habeat materiam pro generatione partis dentis; ipsam non restaurat, aut loco eius aliquid non reponit, ut capias puerum sex annorum, & argumentum forma. & confirmatur quoniam, ut dictum est in prin. cap. dentes etiam in loco utilitatē præbent, ut prohibeant subitum ingressum aeris ad cor: si ergo produceretur rosboto, uel aliquid tale; uidetur ex hoc fine suum natura adimplere. quod, si non faciet; uidetur deficere. de his omnibus expectetur responsio in fine determinationis dubii, ubi ponetur tertium præmittendum. si quis tamen uellet formare quæstionem theoreticam, & magistralē primò præmittat præmittenda; secundò conclusiones; tertio responsiones ad obiecta. ego autem hic positiuè, & præctice locutus sum: quare &c.

Secundò præmittendum, quod dentes sentire potest intelligi dupliciter; uno modo per se, ita quod dentes sint immediatum organum tactus: alio modo per accidens; quia dens sentit mediante alio sibi coniuncto, ut neruo. & procedendo secundum hanc diuisionem respondetur ad dubiū per has duas conclusiones. prima, quod dentes per se non sentiunt. secunda, quod per accidens sentiunt. prima conclusio declaratur; quia ad hoc, quod aliquid per se sentiat, requiritur; ut ipsum sit neruus, uel res ueruosa, siue habens neruum: hoc enim uolunt Philosophi omnes. Ari. ij. de aia; sed dens non est huiusmodi: ergo. item organum tactus debet declinare ad humidum; cum tactus consistat in pati: ergo. item à posteriori si per se sentiret, maximè sentiret dolorem ex solutione continuitatis in eo; cum ipsa sit potissima causa doloris, cuius oppositum notat experientia. secunda conclusio declaratur; quoniam dens sentit per neruos gingiuarum uenientes à tertio pari, qui alligantur radici eius. unde iuxta radicem sentit usque ad locum, cui communicatur sensus per neruum; & quia neruus non uenit ad superiorem partem dentis; hinc in eius superiori parte non sentit. & ideò limando, & frangendo eum non causatur dolor; sed cum approximantur res calidæ, uel frigidæ. quia tales procedunt de parte ad partem usq; ad radicem; ideò sentiunt. &, quia cæteris ossibus non communicantur isti nerui; hinc non sentiunt. & natura hoc fecit in finem bonum; ut dentes percipiant iuuamenta à noctiuis, cum recipi habent ab animalibus. ut etiam allegatum est supra ex auctoritate Gal. &, licet istæ conclusiones uideantur superficite tenus satisfacere; tamen contra ipsas est expressè auctoritas Aui. septima tertii de dolore dentium, inquit. scias, quod dentes quandoq; dolent propter causam dolorosam existentem in substantiam ipsorum, secundum quod proposuimus in eis, quæ præterierunt, quia septima tertii in. i. cap. & quandoq; est propter causam dolorosam existentem in neruo,

A qui est in radice eorum: nam opinio illa conatur soluere omnia inducta de dolore per sensum communicatum eis per neruos gingiuarum. ecce quomodo expressè dicit, quod præter illum modum adhuc sentiunt sensitiua uirtute existente in substantia eorum. unde ut Auic. allegato loco. & quandoq; sentiunt frictionem suam. pro isto uidetur Gale. tertio de accidenti, inquit. in dolore dentium tactus pati uidetur. & propter istas auctoritates, & alias multas, ut. xxii. &. xxxiiij. proble. uidetur Conciliator in annexo differentia. xliij. ponere alias conclusiones. prima, quod dentes per se sentiunt; quia per substantiam habentem in se neruū. per substantiam enim eorum; quia per radices disseminantur nerui sensitiui ad eos uenientes ex tertio pari, ut supra. secunda, quod, licet ita sit; eorum tamē sensus est obtusus ualde, siue hebes. patet tertio, quoniam eorum substantia est frigida, dura, & sicca sensationi subiectum satis ineptum, ut supra. hanc quoq; substantiam in finem dedit eis natura; cū debebant frangere, & diuidere res duras. & hoc apparet, quare in superficie eorum sunt, quasi sine sensu modica, uel quasi sine ulla uirtute sensitiua cōicatur. quod natura etiam in finem operata est; ut ex eorum frictione, & contactu non doleat. unde & terrestria corpora eis occurrētia quàm maxime parū sentiunt respectu qualitatum actiuarum, quæ, cū sint spirituales; magis penetrant. &, si dicatur, quod sint acuti sensus, & non torposi ex uehementia doloris percepti; dicitur, quod illud accidit magis, quando dolor cōicatur neruis, aut panniculis gingiuarum, quibus ipsi eisdem alligantur. unde, si in summa dentes dicuntur sentire; eo modo, quo & caro ipsa sentit. quod sentire, potest dici satis per se; quia per substantiam habentem in se neruos. secundò dicuntur sentire eo modo, quo caro deperdita per abscisionem, deinde regeneratur. sentit quandoq;, quia. s. sensum diminutū & torposum habet. iste tamen modus potest in primum reduci. & tu considera.

TERTIO præmittendum propter quædam mota, & dubitata particulariter supra, quod ad restaurationem fiendā partis deperditæ requiruntur duo principaliter. primū est productio partis deperditæ: secundum est inuiscatio eius cum aliis partibus. ad perfectionem uerò primi requiritur fortitudo uirtutis assimilatiuæ, conuenientia instrumenti caliditatis scilicet debitæ, siue complexionis, commoditas uix, per quam debet nutrimentum transire ad locum: ultimo debita quantitas materiæ. ad secundi uerò complementum requiritur humiditas uiscosa, & pororum apertio, siue latitudo, per quam humiditas illa mitti possit. ex quibus apparet responsio ad dubitata supra; quare fractus dens non potest restaurari; quia, & licet materia reperiatur; deficit ex parte uirtutis assimilatiuæ: nā dens ipse fractus est æger ideòq; uirtus assimilatiua eius debilitate non potest inuiscare partem cum parte, ut tempore sanitatis. ad quod concurrat, quod eius instrumentum, ut caliditas, siue completio eius est multum debilitata; nam, ut dictum est, dens est ualde obtusi sensus præcipuè fm partem superiorem. ideò ex modica cā ita debilitatur, ut quasi reddatur, ut res mortua. nam continuè ab extrinsecis alterantibus leditur, & caliditas eius diminuitur. ex parte frigiditatis extrinsecæ fit suorum pororum clausio, quæ ita modica fieri non potest. quod fm se totos saltem parte non fracta sit completa. quare nutrimentum per ipsos penetrare non potest, & ex consequenti non potest fieri restauratio. & ex isto apparet, quare non fit in eis rosboto; nam ad rosboto generationem requiritur apertio prorofitatum, per quas possit penetrare materia humida uiscosa. cum autem eo tempore illud in dente non reperiatur, nec etiam materia uiscosa humida propter uehementem siccitatē dentis; hinc non generatur. ad quod concurrat debilitas caloris innati, ut dictum est. item etiā dens non recipit iuuamentum accidentale à partibus uicinis, quemadmodum recipiunt ossa in suis partibus. unde credo, quod, si aliquid os in ætate adhuc infantia in extremitate sua frangeret, & dimitteret discoopertū, ita quod aer continuè eum penetraret; quod nedum restauraretur; sed corrumperetur: non. n. sic corripitur dens propter eius siccitatem. ex his etiam apparet, propter quid non crescunt radices dentium ægrorum dimissæ post dentium illorum

Rosbot a-
rabibus of-
fium con-
solidatio
nuncupa-
tur.

extractionem. & ex his etiam infertur, quod uirtuti regiti-
uæ totius stante præsentia materiæ dentis facilius est totū
unum dentem producere de nouo, quam partem unius de
perditam restaurare. patet correlarium; cum natura faciat
secundum, & non faciat primum; nam semper agit, quod fa-
cilius agere potest. & ex his patet causa, quare producit de-
tes dictos bastardi sic dicti; quia oriuntur extra rectam li-
neam, quemadmodum filij, qui ex recto non nascuntur ma-
trimonio, dicuntur bastardi: nam, cum cranium, & mandi-
bulæ sunt multum humida; tunc superfluit eis nutrimen-
tum, quod est materia dentis. natura itaque de possibilibus
facit, quod melius est: unde ex illo generat dentem, & quia
inuenit locum rectum occupatum, producit illum per lo-
cum mādibulæ sibi uicinum extra lineam rectam. & ex isto
apparet, quod facilius est ei de nouo producere dentem,
quam fractum restaurare. unde pro complemento dubij di-
citur, quod ossa infantium habet de materia multa, & sunt
humida, & uirtus est fortis, ut. iij. techni. ideòq; restaurari
possunt. q̄ de dentibus non contingit propter debilitatem
uirtutis. ad quod concurrunt eorum dentium, siccitas multa
quæ impedit consolidationem. de unguibus uerò secus est;
nam ungues non uerè crescunt, & nutriuntur, sed per iuxta
positionem, & impositionem partis post partem. ultimò na-
tura non facit rosbot, neq; aliquid aliud; quia non potest
ex debilitate, & impedimento aliorum, quæ dicta sunt. &
cum dicitur, natura potest producere facilius partem; dici-
tur, quod natura alijs paribus bene debet esse posse produ-
cere partem dentis melius, quam totū dentem; sed cætera
non sunt paria, ut patet. utrum dens sit alijs ossibus durior,
relinquo disputantibus. & hæc de dentibus.

NOTANDVM, quod, ut dictum est, dentes ab alijs ossi-
bus differunt; quia crescunt alijs ossibus non crescentibus;
nam, si alia ossa continuè crescerent; necesse foret, & ani-
malia continuè crescere. consequens est falsum. contra sen-
tentiam Arist. ij. de generatione animalium. vj. cap. inquit.
Est enim aliquid omnibus animalibus terminus magnitu-
dinis propter quod, & ossium incrementi, & secundo de ani-
ma. Omnium natura constantium impositus est finis ma-
gnitudinis, & augmenti. & causa fuit; quoniam in contri-
tione, & ex eorum contactu minuntur. unde sic contriti de-
ficerent, nisi continuè crescerent.

DUBITATUR à quibus læduntur dentes, an à frigidis,
an à calidis. quod à calidis; quoniam caliditas est qualitas
magis actiua. quod à frigidis probatur; quoniam ab eis ci-
tius congelationem recipiunt, quæ est passio. ipsorum ma-
gis. dicendum, quod naturaliter magis à frigidis nocentur
uniuersaliter; frigiditas enim ossibus uniuersaliter est ini-
mica, & caliditas amica quinto Aphor. Aphor. ij. nam cali-
ditas eorum pauca à frigiditate extinguitur, quæ à calidi-
tate iuuatur, & intelligitur hic de calidis, & frigidis actu.
& pro isto est sententia Aristor. 34. proble. problemate. ij.
propter quod dentes frigus magis sentiunt, quam calidū;
caro autem econuerso.

DUBITATVM fuit, an dentes possint apostemari; cum
sint ossa: non enim uidentur in seipsis tumorem posse reci-
pere, quod requiritur ad apostematis generationem, ut dif-
ferentia. xcv. præmittendum primò, quod apostema cōtin-
git dupliciter generari: uno quidem modo per uiam rheu-
matismi ex uenis arterijs in spongiositates membrorum.
alio modo per uiam paulatinæ congestionis, hoc est, ex su-
perfluo nutrimenti. secundo præmittendum, quod duplex
est apostema. scilicet uerum, & non uerum. uerum, quod habet tu-
morem manifestum cum mala complexionē, compositio-
ne, & solutione continuitatis: non uerum quidē, quia quan-
dam similitudinem cum uero habet. unde Serap. libr. ij. de
dentibus. Si dentes uiriditatem in suo toto recipiunt cor-
pore; tunc non mirandum, si consequatur eos: quod simile
apostemati existit. & iuxta hoc ponuntur conclusiones. pri-
ma, quod dentes, & uniuersaliter ossa non possunt aposte-
mari primo modo. patet; quia talia membra carent illis du-
ctibus, per quos debent fluere humores in eorum porosita-
tibus. secunda conclusio dentes possunt apostemari secun-
do modo: patet conclusio; nam ex superfluitate nutrimen-
ti recepti possunt intumescere; quia retenta prima super-

E fluitate, & quodam modo indurata superueniente alia, &
iterum alia ex his aggregatis, & retētis fit tumor, & putre-
factio. tertia conclusio; quod, licet ita sit; tamen dentes non
apostemantur uerè; non enim habent tumorem manifestū;
cuiusmodi habent minora media inter minora, quæ sunt in
ultimo duritie, & mollitie, ut musculi, & his similia. quar-
ta conclusio dentes possunt apostemari apostemate non ue-
ro: patet conclusio. ex dictis. unde in summa dentes quan-
do; extensionem, & tumorem patiuntur gratia neruosa
partis eis coniunctæ.

DUBITATUR, quomodo confert in passionibus den-
tium spoliū serpentis, cū uideatur esse quid uenenosum.
dicendum, quod spoliū non est uenenosum, neq; alia sup-
fluitas animalis uenenosi. & ideò sterco lacertæ uiridis,
quod multum ualet in suo casu, securiter administratur. ue-
nenum quoq; reseruatur in capite, cauda, & uisceribus ani-
malium uenenosorum tātum. ideòq; cum spoliū sit, sicut
superfluitas securiter administratur. unde bullitum in oleo
& denti applicatum mirabiliter confert, ut supra. sed tu di-
ces, hepar lacertæ uiridis est ex uisceribus; & tamen lauda-
tur. credo per uiscera intelligenda intestina: sicut enim in
homine cholera, quæ est humor acutus ualdè, ad intestina
mittitur ut extra cum sterco ribus expellatur, quamuis etiā
gratia officij ad ea mittatur, sicut uenenum in animalibus,
ut ad caudam; sunt enim fortasse intestina uia transitus ue-
neni ad caudam. & tu considera.

DUBITATUR, cum calida conferant in stupore, uel conge-
latione dentium, quomodo portulaca, quæ est frigida, iu-
uat, quæ ita in casu isto commendatur. dicendum primò cū
Auic. secundo cano. quod delet stuporem dentium; propte-
rea quod lenit asperitatem. secundo dicitur, quod hoc agit
quia minuit stuporem propter minorem frigiditatem eius
quàm sit frigiditas inducta à rebus acetosis. unde Auic. ter-
tia primi de conseruandis extremis à frigore inquit. quidā
ponunt ea in frigida aqua, & sentiūt utilitatem, ac si ab eis
nocumentum remoueretur, sicut in fructibus accidit con-
gelatis; cum in aquam proiciuntur frigidam; quia confert
& hæc indigent bene utiliori, & philosophica perscruta-
tione. quod theoreticis relinquo.

NOTANDVM, quod materia existente calida, & in flu-
xu competit phlebotomia, ut dictum est: sed ante phlebo-
tomiam deberent præcedere frigida styptica sistentia ca-
tarrhum; ut sandali, rosæ, camphora, nenuphar, & huius-
modi, de quibus de catarrho. & tunc ingrossato catarrho,
& obtuso fiat phlebotomia: nam; si prius fieret; intende-
retur fluxus.

NOTANDVM ulterius, quod, quia facta est mentio de
gallis, quod quando uolumus constringere; eligatur galla
uiridis non perforata: quando uerò magis exiccationi su-
mus intentis eligatur perforata sicca. &, quando in ipsas in-
passionibus dentium magis attendimus cōstrictioni; hinc
ipsis debemus uti uiridibus.

NOTANDVM, quod dentes quantum ad substantiam,
colorem &c. dicuntur membra spermatica; sed non uerè.
quantum uerò ad officium, ut patet ex eorum descriptio-
ne, dicuntur membra officialia. membra uerò spermatica
generantur ex spermate, & sanguine, ut supra. dentes uerò
ex sanguine menstruo habent uim spermatis. & ideò non
sunt uerè membra spermatica.

DUBITABIT etiam quis rationabiliter, quomodo habent
apri dentes ita magnos, acutos, & duros, cum sint anima-
lia multum humida. dicendum, quod hoc factum est ex fine
à natura ipsa, cuius sagacitati non est finis: dedit enim ani-
malibus multa loco armorum præter complexionem natu-
ra; ut apro dentes acutos, & bobus cornua, & equo soleas,
& lepori leuitatem pedum, & ita consimiliter de alijs.

A P H O R I S M I.

Ex. iij. Sect. xxv. Aphor.

In progressu uerò cum iam dentium incipiunt, gingiua-
rum, prurigines, febres, conuulsiones, alui profluuia, & ma-
ximè cum caninos edunt dentes, & iis præsertim pueris,
qui crassissimi sunt, & aluos duras habent.

Ex

Ex.iii. Sectione. liii. Aphor.

Quibus circa dentes in febribus quidam lætores nascuntur, his fortes fiunt febres.

ARGUMENTVM IN CAP. VIII.

Nunc dicitur de gingiuarum, deque labiorum dispositione, hoc est, de apostemate, ulceribus, mollificatione, diminutione, & augmento, de gingiua sanguinea, de fissura gingiuarum, & labiorum, de tumore, & apostemate labiorum, de ulceribus, & tremore. apostema gingiuae est tumor præternaturalis: cuius causa ut plurimum est materia phlegmatica à capite non raro descendens. ulcera uerò sunt uulnera putrida gingiuarum: quæ accidunt ob materiam naturaliter acutam aut per putrefactionem, aut per adustionem genitam. sed mollificatio gingiuae est relaxatio facta ab humiditate calida, uel frigida, complexionem sensus, uisus, & tactus apertè declarat à gingiuis quidem egreditur sanguis multis de causis. sed labiorum, gingiuarumque fissura est solutio continuitatis quædam: cuius causa ut plurimum est materia salsa acuta. curantur profectò ulcera labiorum ex causa calida cum frigidis stypticis; & ex frigida cum calidis stypticis. demum tremor aut est ex communitate cum stomacho, aut cum cerebro, aut nucha ob neruos ab his membris ad labia deuenientes.

De dispositionibus gingiuarum, & labiorum.

De anatomia, descriptione, ac complexione labiorum, & gingiuarum. Rub. 1.

Labia sunt membra composita ex neruis, carne, panniculo, & cute mira mixtione, ita quæ cutis à carne, & caro à neruis separari non potest, neque panniculus ab eisdem. & dicitur mira; quoniam nerui sunt ita mirabiliter carne commixti, quòd labia cum eis mouentur ad omnem differentiam positionis ita, ut musculi non sint eis necessarii: nam ex grauedine musculorum uideretur sequi impedimentum potius in motibus eorum. ita Mundino placuit. sed Aui. uidetur ponere musculos proprios deseruientes eis in suis motibus ultra illos, qui sunt in labiis, & iuxta alios communes, & sunt hi numero. 4. duo enim ueniunt à superiori parte in rectitudine duarum maxillarum genarum, & continuantur prope eius extremitates; & duo similiter ab inferiori, & hi quidem, ut labium moueatur; sufficiunt. & Gal. ix. de iuuamen. inquit. & musculi, qui mouent duo extrema narium, & labiorum, & maxillam. ex quibus uerbis manifestè comprehenditur, quòd labia musculos habent. posset tamen hic responderi, quòd musculos communes habent, & non proprios; sed postea auctoritas Aui. est expressè in oppositum. considera de gingiuis uerò dicendù, quòd sunt membra composita ex carne, neruis, & panniculo: nam adherent radicibus dentium, qui dentes in eis profundantur, & per earum neruos alligantur, atque sensum recipiunt in præceden. cap. & dicitur panniculo; quoniam panniculus cooperiens labia, & gingiuas, palatum, & uniuersali ter membra intrinseca oris est panniculus ortus ab intrinseca tunica meri continua cum intrinseca tunica stomachi; nam mediante ipso sentiunt illa membra. propter quòd in futuro uomitu tremit labium inferius. ex his patet text. Auicem. prima primi de generatione humorum, cum inquit. nutriens masticatione aliquam habet indigestionem. considera. ex quibus inferri potest complexio horum membrorum compositorum; nam, cum pars carnea super alias multum obtinet; non irrationabiliter ponentur calidæ complexionis. unde & Arist. ii. de partibus animalium. iiii. cap. ea carnea esse dixit. & iuxta hæc ponitur eorum descriptio labia sunt membra composita ex neruis, carne, cute, & panniculo ad cooperiendum os, & dentes ad decorem, ad reti-

A nendam saliuam, & ad debitam uocem, formandam finaliter creata. unde, si dentes non starent labiis cooperti; multum inde læderentur. nec plurimum literarum condecens expressio fieri posset, ut. ii. de partibus animalium. iiii. ca. circa finem. & consimiliter dicatur de gingiuis: nam gingiua sunt membra carnea ex neruis, & panniculo composita in utilitatem dentium, orisque decorem finaliter inuenta. & hæc omnia ex dictis sunt manifesta. & si gingiua, & labia multas possint pati ægritudines; tamen de his principalibus dicetur. ex quarum cura patebit facillè, quid in ceteris agere oportebit. & ut ducem meum sequar; initium faciam de gingiuis.

De apostematibus gingiuarum. Rub. 2.

APOSTEMA gingiuae est tumor eius præternaturalis.

CAUSA cuius secundum plurimum est materia phlegmatica à capite non raro descendens. & dicitur secundum plurimum; quia aliquando à materia cholericâ contingere posset, & tactus dolor, & color in hoc discernunt. & dicitur à capite non raro; quia à stomacho, & ab aliis membris, ut fumis ab eis eleuatis potest contingere; ut pustula oris in hydrope. & ex eis quædam sunt recentia, quædam antiqua: recentia facilius; inueterata uerò difficilius curam recipiunt.

SIGNA apostematum gingiuarum sunt, sicut reliqua signa aliorum ex parte acuitatis, & remissionis doloris, rubedinis, citrinitatis, albedinis, tumoris, caliditatis, & huiusmodi: ex iuuantibus, & nocentibus, de quibus sæpe, uel de aliis apostematibus. & tu ibi.

CURA. Canones in calido sanguineo, aut cholericò sanguini admixto.

Ordinatio diætæ, & scit ex dictis de dentibus, & de soda.

Secundus euacuatio cum phlebotomia ex cephalica, & appositio uentosarum, & si opus est, usque ad scarificationem earum. itè phlebotomia pertinet circumstantiù, ut ale eche rich modo Aui. i. in circuitu loci, ubi oritur barba. itè euacuatio cum thamarindis, uiol. prunis, calsia, & huiusmodi habentibus cum sua euacuatione remittere feruorem sanguinis, & cholerae.

Tertius, si opus est administratio æquantium materiam; ut est syrupus uiol. acetosus, nenupharinus, & huiusmodi, de quibus. iiii. cap.

Quartus est administratio repercussiuorum in principio, cum quibus est stypticitas; ut sunt ro. sandali. plantago, acetum, corallus, agresta, galla, lutum sigillatum, diamoron, ex quibus compones; ut in de dentibus dictum est faciendo collutiones, & huiusmodi, & ad extra, & ad intra, ut magis placebit. item ualet collutio ex oleo ros. deinde in augmento procedatur cum repercussiuis, & resolutiuis, uincetibus repercussiuis, ut in cura aliorum apostematum dictum est, ut uerbi gratia, & myrti, balaustrarum, portulacæ, spicæ, mastice. ana. bulliant in aqua, & fiat collutio oris, item collutio facta ex oleo ros. in quo aliquid spicæ bullierit. itè oleum mastice, in quo rosæ bullierint, aut aliquod tale infrigidatum. & habet hoc oleum proprietatem in sedando dolore gingiuarum. procedaturque deinde in statu cum resolutiuis solis, de quibus resolutiuis te copiosum faciam statim; cum de frigido curam ponam.

CURA in frigido apostemate seruato can. ex parte diætæ. fiat euacuatio materiam cum respicientibus eam, de quibus supra de soda frigida. & si opus est; transeat ad digestiua, pro quibus recurre, ubi dictum est. tertio administrètur repercussiuia, quibus sint calida styptica; non tamen multæ caliditatis admixta; ut uerbi gratia, oleum ros. ut dictum est de calido commiscendo resolutiua cum repercussiuis: ultimo utendo resolutiuis fortioribus, quàm in calido. calida resolutiua in passionibus gingiuarum cõferentia sunt mel, alumen, aqua salsa, in qua condiuntur oliuæ, aristol. calamè tum, cupressus, mastix, organum, ruta, squinantum, thamariscus, berbena, aloë, butyrum, calsia fistula, cicer, absinthium apium, cubebe.

POSTREMÒ scito, quòd in calido, & frigido apostemate gingiuarum non parum conferunt diuersiones: unde cum dubitatur de magnitudine eius; fient, & statim à principio post euacuationem ita, quòd diuersio sit can. tertius in ordine. quòd, si apostema deueniet ad sanationem,

& aperturam; ponentur can. in rubrica sequenti de ulceribus earum.

De ulceribus gingiuarum. Rub. 3.

ULCERA gingiuarum sunt uulnera putrida earum.

CAUSA quorum est materia naturaliter acuta, aut per putrefactionem, siue adustionem genita. phlegma uero quandoque putrefit, & putrefactum apostemata ulcero sa generat, & consimiliter melancholia in eius adustione. unde notandum, quod ulcerum gingiuarum quaedam recentia, quaedam inueterata: & ex recentibus quaedam superficialia, & hae dicuntur pura ab Auicen. & ipsa curantur cura alcolae, de qua. vi. cap. quaedam profunda non multum, & hae dicuntur ab eo incipientia. & ex antiquis quaedam corrosiua mala, & non multum. & hae dicuntur ab Auic. corrosiua incipientia. quaedam corrosiua mala, & multum, & talia sunt cancrenosa.

CURA can. in recenti profunda, & non multum. praemissis canonibus necessariis pro cura eorum positus in praecedenti rubrica ex parte dietae, euacuationis, duo tantum adduntur can. particulares. primus mundificatio, & absterfio, secundus est consolidatio cum confortantibus, & constringentibus gingiuas.

Completur primus cum decoctione rosarum, foliorum salicis, sumach, corticum granatorum in aceto, aut uino, & similibus: item diamoron cum aqua hordei, & est sublimis: item cum aristolochia, origano, & huiusmodi. tua enim interest componere calida cum frigidis secundum imminemtem materiam. item ualet collutio facta cum lacte asinae.

Perficitur secundus cum alumine confricato super ea, aut collutio facta cum aceto decoctionis, & est proprium. item decoquantur alumine, balaustrae, rosae, cortex granatorum in aceto, & fiat collutio. item fiat puluis. R. cupularum gladium, rosae, corticum thuris, sanguinis draconis, farinae orobi, cyperi, & utere. & caetera dicta de commotione dentium in hoc casu ualent. & tu illa considera. paucis claudo hic; quia in fine plura ex laudatis ponam composita.

CURA in corrosiua mala, quae distincta sunt in multum, & non multum mala: nam fistulosa sunt mala, & multum; sed tamen pro nunc dicuntur non multum mala per comparationem ad cancrenosa, quae dicuntur multum mala; quia sunt in ultimo malitiae. & tibi si placet, terminis utere ad libitum. & non sis immemor canonum positorum in praecedenti rubrica ex parte dietae, phlebotomiae, ac alterius euacuationis, ut materia expetit. quibus peractis descende ad hos particulares. primus mundificatio uirus, & putredinis, & partium putrefactarum, si quae sunt. secundus est incarnatio tertius est consolidatio.

In complendo primum fiat primo mundificatio cum leui mundificatio solum ad mundandum materias, quae sunt in superficie, quae impedirent operationem medicaminis fortis debentis consumere partes putridas, & fistulosas; ut uerbi gratia, cum melle rosae, & aqua hordei. deinde ponatur medicamen forte consumens & c. ut tenta linita ex calcadicon, cuius descriptionem quaere in Mes. de cura polypii, & posita est supra de polypo. v. cap. uel imponatur aqua fortis, aut arsenicum sublimatum, & modicum repressum, & adde tale. pro quibus recurras ad ea, quae sunt posita, supra. v. cap. de polypo. ubi positi sunt can. aut qui in casu isto sunt utiles. & tu relege eos. tertio loco mundifica cum forti mundificatio; ut est acetum scilliticum, & est proprium, & sic procedas, donec caro pura, seu bona uidebitur. quod, si autem adhuc indiges medicamine acuto; distempera trochiscos calcadicon cum modico oleo ouorum, & in fistulam proiice, & inde procedas sic, usquequo caro pura apparuerit. quod, si dolor fortis ex eorum applicatione superuenierit, qui multum impedit uirtutem, eam debilitando; tunc teneat patiens in ore oleum rosae, conuassatum cum albumine oui, aut lacte, donec remissio doloris fiat, aut ponatur in loco corrosio philonium, ut Auic. nam tunc sedatur dolor, & natura fit fortior, & bonae digestionis intenta; sed non est eo multum utendum; quia natura amplius debilitatur. quod si omnia non contulerint; ultimo deueniatur ad cauterium, & cauterizetur, quousque remota fuerint partes putridae

carnis, & ossis, & fiat ossis abrasio, si fuerit necessaria: item si necessarium uidebitur; quia concuuitas bene discerni non possit; extrahatur dens. laudatur hic cauterium de cupro, de quo in dubiis.

Secundus can. completur cum medicamine incarnatio ut sunt cortex thuris, sanguinis draconis, aloe, myrrha, sarcocolla, & similia, de quibus supra. iiii. tract. & de polypo. quibus attribuas uicissitudinem, ita quod facta mortificatione fistulae, & sedato dolore abluatur os cum uino decoctionis mellis, & thuris, post quod linias cum linimento facto ex dictis, aut ex puluere eorum, ut uerbi gratia. R. thuris, myrrhae, sanguinis draconis, sarcocollae, mastice. ana. fac puluerem, aut cum melle linias.

Tertius adimpleatur cum medicinis coadunantibus carnem gingiuarum, de quibus in de commotione dentium.

CURA. si cancrenosa fuerit; tunc procedatur primo cum leuibus, secundo ad fortiora deueniamus, & tertio paleamus. exemplum primi, fricentur prius gingiuae, & exprimitur sanguis malus, deinde lauentur saepe cum aceto scillitico, cum decoctione foliorum oliuae, deinde liniantur cum tali medicamine. R. utriusque aluminis, salis adusti, gallarum psidiae, cupularum glandium, cinnamomi, garyophylli, myrti, aristolochiae rosae, ossium dactylorum, tibiarum cancrorum adustarum. ana. par. i. puluerizentur, & cum aceto scillitico & melle misceantur, & liniantur. quod, si ista non contulerint; tunc procedatur ad fortiora; ut sunt trochisci affodilorum, calcadicon. de quibus Auic. in. v. can. aut ponatur aqua fortis. aliter & ultimo ad cauterium actuale aureum, ut Mes. usquequo remouebitur faciendo lotionem, ut supra & mitigando dolorem, ut supra. & nota, quod, ubi speratur remotio integralis cancri; tunc consulo procedi cum cauterio: ubi uero non; procedatur opposito modo, scilicet paliando cum rebus frigidis, siccis, non acutis, non mordicantiis. & haec est sententia auctorum medicinarum; sed bene inspiciantur eorum dicta de cancro. & pro complemento capituli addo ex compositis quaedam laudata in casibus positus. medicamen ad corrosiones, & putrefactiones gingiuarum abstergit, & consolidat. R. aluminis iameni asii, & extincti in aceto, & carthami, & auripigmenti ligatorum in panno lineo, & infusorum in aceto die, ac nocte: deinde uistorum, ut fiant sicut carbo, & extinctorum in aceto. ana. par. ii. s. ossium cancrorum uistorum, rosae, siccarum cum pedibus suis, piperis nigri asii. ana. par. ii. fiat puluis subtilis, & utere post ablutionem cum aliquo ex liquoribus dictis: est enim efficax. aliud & est Mes. conferens corrosioni, putrefactioni, alcolae, mollificationi gingiuarum, commotioni dentium calefactorum, & est medicina propria; si Deus uoluerit. R. origani, fructus iuniperi, balaustrarum, sumach aluminis utriusque, gallarum, corticum granatorum, serpentariae, mirabol. citrinorum, cineris uitae, spumae maris, salis indi, piperis longi, baurach, costi, chelidoniae, liquiritiae, gummi arab. dragaganti, spodii. ana. aur. i. tere, & confice, & unge gingiuas, & dentes, & fiat gargarismus cum eo cum syrupo acetoso. expertum aliud sanans putredinem, atque cancrum earum, & est Alexan. R. colchotar adulti, acetum scillitici partes conuenientes, tere ea fortiter, & linias gingiuas. idem operatur unguentum aegyptiacum factum cum aceto scillitico. & ex his pluribus positus potest curiosus ponere plura cum paucioribus simplicibus. & tu bene considera.

De mollificatione gingiuae. Rub. 4.

MOLLIFICATIO gingiuae est quae per relaxatio facta in ea ab humiditate calida, uel frigida, cuius complexionis sensus tactus ac uisus manifeste declarat, hoc modo distinguatur: nam ex ea quaedam parua; quaedam magna.

CURA. Canon. in parua ex materia calida. tu enim positus canonibus ex parte dietae, phlebotomiae, ac aliarum euacuationum utere, ut opus erit. deinde transeas ad can. particularem, qui est in frigida tio, hoc est, procede cum frigidis stypticis; ut est balaustrae, glandes siccae, uel hum. & sic de aliis. de quibus saepe supra. iiii. trac. laudatur tamen hoc casu maxime decoctio aluminis in aceto, & diamoron, & decoctio gallarum uiridium, & siccarum in aceto. in frigida uero cum calidis stypticis resolutiuis; ut sunt mastix, nuxcupressi.

expresfi, mentha, origanum, alumē, amurca oliuarū, aqua falsa, in qua condiunt oliuæ, aristolochia, cornu cerui uſtū, thamariscus, & hmōi. ex his componendo, faciēdo, ſcilicet collutiones, aut fricationes ex eorū pulueribus, vel linitiones cū melle, vel aliter, ut placebit. in magna uerò ſic procedatur, ſcarificetur gingiua, & fiat expreſſio leuis, & dimittatur fluere humiditas ex ore, deinde fiat collutio ex dictis ſtypticis ſm, q̄ materia exigit. & ſint collutiones tepidæ in hyeme. confeſtio linimenti adminiſtrandi poſt collutionē. & roſ. cū capitibus ſuis, piperis. ana. par. vij. corticum glandiū, balauſtiarum, myrti uiridis. an. par. iij. ſiliquarū, ſumach mundati. an. par. viij. fiat cum melle linimentū. ualet in cauſa ca. maximè. & tu quoq; in frigida cōpone cū calidis hoc modo. & ſis attētus ſemper, & principaliter circa canones uniuerſales; antequā ad particulares deſcēdas.

De diminutione, & augmento gingiuarum.

Rubrica. 5.

In diminutione gingiuarum oportet prius conſiderare cauſam, & ipſam remouere applicando propoſito iſto can. dictos ſuprà de corroſione ſiue de ulceribus gingiuarum. deinde eſt inſiſtendum cū his, quæ faciunt augmentū in eis gnādo carnem. & huius intentionis ſunt. & thuris maſculi. ariſtol. rotun. ſang. drac. farinæ orobi, radicis lilij. an. poſt contritionē cum melle, & aceto ſcillitico adminiſtrantur fricando. vel adde farinæ orobi. 3. x. cum ſufficienti quantitate mellis ſiāt trochiſci, & ponātur in furno poſt extractionem panis, & dimittantur, donec perueniant, ut conterrantur, & forſitā adurātur. deinde. & thuris maſculi. ſang. drac. ana. 3. iij. ariſtol. roſ. ireos. ana. 3. ij. & fiat omnium adinuicem commixtio conterendo ſubtiliter, & fiat, ut prædictum eſt. item pro illo uide, quæ dicta ſunt in fine de dente commoto. conſimiliter de augmento dicendum inſpectis canonibus uniuerſalibus procedendum eſt cum diminuentibus carnem, de quibus in præcedentibus rubricis ad plenum ſuprà de foetore oris. & tu ibi conſidera.

De gingiua ſanguinea.

Rub. 6.

A gingiuis egreditur ſanguis quandoque caſu, vel percuffione, & de hoc fluxu nihil ad præſens: quandoque ex multitudine, uel acuitate eius, qui in uenis, & arteriis gingiuarum exiſtit. cuius cura eſt proportionabilis ſatis curæ de fluxu ſanguinis narium. & tu ibi. quandoque eſt à materia acuta, mordicatiua, ſiue corroſiua, ut plurimum à cerebro per uiam rheumatismi deſcēdente. & dicitur ut plurimum; quia etiam ab interioribus eleuari poteſt, ut ſuprà de apoſtematibus gingiuarum: nam ſic gingiua corroduuntur, & ſanguis egreditur. & de hoc propriè locutus eſt Raſ. nono Almanſ. & ſimiliter Aui. octaua tertij.

CURA Cano. noli obliuiſci uniuerſalium canonum. & de particularibus primus eſt remotio corrupti. ſecundus mundificatio loci. tertius conſolidatio, ſiue carnis gingiuarum regeneratio. quartus eſt confortatio gingiuarum, ut nullo modo recipiant amplius materiam ad eas à quocunq; loco ſic tranſmiſſam.

Primus perficitur cum remouentibus cotruptum dictis in præcedentibus rubricis, & ſuprà amplius de polypo. de quorum ſumma eſt in medicamen Raſ. nono Almanſo. alleg. loco. Recip. vtriuſque arſenici, calcis, gallarum, aluminis, ana. & cum aceto ſiāt trochiſci. & cum neceſſe fuerit; fricētur gingiua iſtis puluerizatis, & remaneat puluis per certum ſpatium diſcretionē medici. quod, ſi dolor moleſtauerit; teneatur in ore oleum roſ. aut lac aſininum, ut ſuprà. ita quod in ſumma tua intereſt remouere carnem putridam. mitius remedium eſt. Rec. foliorum oliuæ. M. i. 5. pirethri, radicis ireos. ana. quartam unius. zuchari, maſticis. ana. 5. s. mellis electi. 5. ij. fiat decoctio clarificata uſq; ad quartas. iij. cum aqua. & fiat ablutio gingiuarum, uel gargarizetur.

Mundificatio fiat cum his. Rec. aquæ calidæ. 5. ij. mellis colati ro. 5. iij. miſceantur cum pane inuſo in prædictis, abluantur gingiua, uel cum uino decoctionis roſ. mundificato loco perfectè.

Regeneratio carnis fiat cum hoc medicamine. Rec. oliuani, ligni aloes, ſarcocollæ, ſang. dra. ana. fiat puluis ſubtiliſſimus, & ponatur ſuper gingiua. ualet in hoc caſu illud,

A quod confirmat dentes, & replet eos carne, de quo in præcedentibus rubricis. ad idem & eſt confirmans dentes. & laudani, maſticis. ana. 3. i. camphoræ ſubtiliter puluerizate. gra. vi. miſceantur malaffando cum aqua roſ. & extendatur ſuper panno, & ponatur ſuper gingiua.

Quartus completur cū his. & aquam ſublimationis, foliorū cupreſſi. & in ea ponantur petiæ lineæ, & ipſe ſuper gingiua extendantur, & reiterentur. confortant &c. unde relege, quæ dicta ſunt de ulceribus gingiuarum, & in aliis rubricis; quoniam multa, atque plurima huic operi utiliſſima inuenies.

De fiſſura gingiuarum.

Rub. 7.

PATIBIT, quid agendum ex cura fiſſurarum labiorū, de quibus ſtatim plurima accidunt gingiuis ultra ea, quæ dicta ſunt, puſtulæ, percuffio, malus odor &c. & omnium iſtorum cura eſt manifeſta ex poſitis. & ideò conſidera, & ſtude. nimis enim longum foret ſemper replicare, atque ſaſtidioſum omnia per ſe aperire. quare ergo &c. & proſequor de fiſſuris labiorum, & dimitto ex dictis curam de fiſſuris gingiuarum.

De fiſſuris labiorum.

Rub. 8.

IAM dictū eſt in principio capituli huius de labiis, quo ad anatomiam eorū deſcriptionem, & complexionē: conſequens, ut de eorū paſſionibus quicquā dicatur. unde fiſſura labij eſt ſolutio cōtinuitatis in carne eorū tenera facta.

CAUSA cuius ſecundum plurimū eſt materia falſa acuta. & dicitur ſecundum plurimū; quia aliquando à percuffione, caſu, à frigore, uēto, & ſpecialiter borea contingere poteſt: nam borea ſua ſiccitate exiccat humidū ſubtile eorū, per quod fit conglutinatio, & ſic fit faciliter eorū ſeparatio. conſimiliter contingit ex rebus aliis exiccantibus; ut ſunt puluis, ſumus, vapores acuti ficci eleuati ab inferioribus; ut in tertiana feb. eſt uidere, de quo in dubiis, & per hunc modū ſcinduntur inferiora. & maxime hoc accidit; quando fit fiſſura per cōitatem: nā aliquando accidit contractio in muſculo tranſuerſali labij inferioris. quare accidit ei, ut ſcindat labiū ſciſſione profundante, & multiplicatur apud multiplicationē boreæ. Meſ. & ex fiſſuris quædam natiua, quædam accidentalis: & ex accidentalibus, quædam parua in modum rimulæ facta, & dicitur in uulgari noſtro ſetola, quædam maxima, ut cū ex toto facta eſt ſeparatio partis à parte, quædam magna, & inter has media in qua, ſcilicet non ex toto eſt ſeparatio facta. de natiua dico primò, quod uidi multos habentes labium ex toto diſcontinuatū. & Paduæ meo tempore fuit quidam Gaſpar de Vrſatis, cuius omnes filij maſculi naſcebantur cum labio ſuperiori in totum ſciſſo, & ſœmelle non. quod reputatū eſt, & non immeritò ſtupendum ſatis; cum ipſe, & uxor eius ex toto integri foret, ſicq; eorum progenitores. poſſet reddi tamen cauſa; licet eſſet multum remota. ſed tu conſidera. dico ſecundò, q̄ etiā eius cura ponetur in fine rubricæ.

SIGNA demonſtratiua earum, quæ ſiunt à materia falſa, aduſta, ardor pruritus uehemens, & q̄ cruſtæ in locis generantur, & exitus humiditatis acutæ ab illis locis, tumor loci cum manifeſta duritie, complexio patientis.

Signa earum, quæ ſiunt à materia melancholica aduſta labiorum ſiccitas, & q̄ ab eis non emanat humiditas, & q̄ aliquis ardor, & pruritus eſt in loco abſq; tumore magno, neque eſt inflatio.

CURA uniuerſalis ad accidentalem uenio. canones in parua, & magna: nam in magna conueniunt in parua fortiora. ordinatio dietæ, digeſtio, euacuatio materiæ, uel phlebotomia, uel cum uentofis in occipitio. diuerſio, ſi fuerit à capite, uel naribus, phlebotomia, uel aliter prohibeſcit, ſi fuerit ex aſcenſu. pro quibus recurre ad ea, quæ ſuprà de ſoda melancholica, uel de melancholia, & aliis pluribus de phlegmate falſo, ut in quarto tractatu.

CURA particularis. ad particulares deſcendo. debent medicinae valentes in hoc participare ſiccitate, ſiue ſtypticitate, & lentificatione; ut ſuperfluam conſument humiditatem, aut ſiccitatē non debitam lentificatio remoueat. & ubi materia fuerit falſa acuta; debent tendere ad frigiditatem: nam in frigiditate ſua confortant uirtutē membri remouendo

mouendo malam caliditatem impressam; & siccitate exic-
 cant superfluum humiditatem fluxam, stypticitate confor-
 tant, & partes uniunt, & prohibent aduentum materiae ad
 locum. unde in fissura parua, & magna à phlegmate falso
 competunt frigida sicca styptica. & exemplificando inci-
 piam à leuioribus, & illa erunt pro parua sufficientia, secun-
 do ponam fortiora, & illa erunt in magna administranda.
 ultimo tractabo de maxima; cum de natua erit sermo. exē-
 plum primi. ℞. oleum ros. & cum pauco ceræ fac unguen-
 tum. item ℞. oleum ros. & cum mastice in eo bullito, & pau-
 co seminis hyoscyami fac unguentū de cera. item puluis li-
 cii cum amilo penidiis, & aqua ros. commixtus, item masti-
 cetur dragagantum & cum lingua tangatur scissura. aliud
 ℞. ros. siccarum, sandal. rub. gummi arab. cerussa. ana. confi-
 ce cum aqua ros. item oleum ros. cum camphora, & litargi-
 rio, ad idem cinis corticum ouorum cum uino. item gallæ
 puluerizatae cum melle mixta. Serap. exemplum secundi.
 ℞. cerussa lotæ, amili, cathecumia lotæ, litargiri, conficiantur
 cum mucillagine dragacanti. item comburantur nuges
 & exprimat ab eis oleum, de quo sæpe inungas: mirificè
 sanat. item ad idem unguentum de cerussa cum oleo ros. itē
 ℞. gallarum, cerussa. ana. par. i. amili, dragaganti. ana. par. s.
 confice cum adipe gallinæ, quantum sufficit. & fortius ope-
 rando sic agatur. excorietur locum alumine fœcum, uel un-
 guento uiridi, aut uitriolo de quo fit encaustrum, donec
 sanguinet, & post excoriationem mundificetur, & consoli-
 detur locus cum hoc unguento. ℞. mucillaginis seminis ci-
 toniorum, amili, dragaganti. ana. ʒ. s. olei ros. ʒ. iiii. ceræ. ʒ.
 ii. adipis anatis, uel anseris. ʒ. ii. pulueris hyssopi cribrati. ʒ.
 iii. litargiri. ʒ. ii. dissoluantur prius cera, & adeps, & in mor-
 tario ponantur, deinde cætera superfundantur, & ad inui-
 cem agitando incorporentur, & inungatur locus. ablutio
 fiat sæpe cum aqua decoctionis fumiterræ, uel chamæmil-
 læ. ubi uerò materia fuerit adusta; requiruntur lenificantia
 remouentia siccitatem indebitam; ut uerbi gratia, ℞. olei
 uiu. mucillaginis citoniorum, pinguedinis gallinæ. ana. ʒ. i.
 litargiri, dragaganti. ana. ʒ. i. ceræ modicum. fiat unguentū.
 ad idem medulla cerui. item esdra Nic. item in hoc casu ua-
 lenc pinguedines gallinæ, anatis, anseris, adeps uitulorum,
 butyrum, medulla, & specialiter cerui, ut dictum est. item
 ℞. terebētinæ, mellis, mastice, hyssopi humidæ. ana. item ex-
 pertum. ℞. gallas contritas cum cerussa, amili, dragagantū,
 & commisce cum adipe gullinæ. & si dicatur adipis sunt ex-
 putrefactiuis; ergo non uidentur competere; dicetur in du-
 biis. fortius autem operando dicatur; fiat excoriatio, ut su-
 præ usque ad sanguinis euacuationem, & fiat mundificatio,
 ut supra, deinde procedatur ad consolidationem cum hoc
 unguento. ℞. terebētinæ, ceræ. ana. ʒ. i. olei uiol. ʒ. ii. uel ros.
 gallarum, mastice. ana. ʒ. i. fiat unguentum, ut supra in mor-
 tario, & cum ueniunt ad inunctionem, proiciatur super a-
 quæ ros. ʒ. i. s. & totum misceatur. fiat ablutio, ut supra. &
 hic attende, quòd scissuræ non sic curantur ex una applica-
 tione; sed oportet reiterare sæpe, ac pluries, & tenere labia
 ligata, non multum loqui, & breuiter abstinere ea à motu;
 quoniam impedit consolidationem. si uerò scissura fuerit
 ex uento, aut puluere, aut alia re; habes parata remedia;
 quoniam in frigida causa utere calidis stypticis; & in cali-
 da frigidis. sed, si omnia iam dicta non contulerint maximè
 quando scissura est antiquata, ut ego uidi similia, & plura
 non cõferre; oportet, ut perueniamus ad cauterium, quod
 fit de auro, uel de argento, uel auricalco, & post cauteriza-
 tionem fiat consolidatio cum unguentis dictis. modus autē
 cauterizandi ponitur ab Albuc. in. i. lib. cap. xviii. & tu ibi.
 quando uerò solutio est maxima, & recens, ita quòd adhuc
 fluit sanguis suatur cū filo serico, & desuper ponatur sang.
 dra. aut olibanum cum albumine ouorum, & consolidetur.
 quòd, si fuerit antiqua, & unaquæque pars solutionis facta
 sit sana; tunc oportet, ut excories omnem partem à cuti sua
 apparente, donec sanguinetur, deinde aggregentur partes
 cum sutura, & stringe eas, desuperque pulueriza sang. drac.
 & liga ipsum. & sic ligatum permittas duobus, aut tribus
 diebus secundum temporis consistentiam, deinde permuta
 medicamen, & permittite ipsum donec abscondantur fila per
 se. & tua intentio sit ad consolidandum. hanc autem exco-

E riationem quidam faciunt, ut dictum est; alii uerò & magis
 expedite cum cauterio potenciali leniendo, & hic modus
 seruandus est præcisè in natua. unde meo tempore duos
 de familia dicta curauit recolendæ memoriæ magister Io.
 de Ian. sicq; eius frater Anto. in arte chirurgiæ expertissi-
 mus; & fecit eiusmodi doctus factus. quidam imperitus
 in scissuris eorum hoc unguento utebatur, & multos cura-
 uit. ℞. terebētinæ. ʒ. ii. lardonis, siue floris eius. ʒ. i. ʒ. ii. thu-
 ris albi puluerizati. ʒ. v. & cum cera citrina faciebat unguē-
 tum, & utebatur eo hoc modo. accipiebat uirgulam, & in-
 tingeat in unguento, deinde accendebat unguentum in
 capite uirgulæ positum, & sic accensum permittebat gut-
 tas accensas descendere tres, uel quatuor: est enim sicut
 cauterium.

De tumoribus labiorum, & apostematibus eo-
 rum. Rubrica. 9.

Vnde tam in tumore, quam in apostemate ordinanda
 est diæta, euacuationes necessariae præmittantur cum dige-
 stiuis; si sint necessaria. diuersiones, prohibitiones fiant, ut
 supra de soda; & maximè quādo talia accidunt per cõmuni-
 tatem à cerebro, uel stomacho, & huiusmodi. quibus prius
 completis descende ad canon. particulares. in facto ex cau-
 sa ca. utere frigidis, de quibus in præcedentibus rubricis. &
 laudatur succus uermicularum, spargulæ, unguentum de ce-
 russa. in eo uerò, quod est ex causa frigida, utere calidis exi-
 catiuis. & laudatur mel album, licium dissolutum in uino,
 inunctio theriacæ, succus menthæ, & huiusmodi, de quibus
 supra. & pro cura apostematum eorum scito, hunc can. q.
 eadem conferunt, & ualent in cura eorum apostematum,
 quæ scripta sunt de cura apostematum gingiuarum. sic tamē
 q. ex illis fortiora eligatur pro istorū cura. unde Auicē. de
 apostematibus labiorum. Apostemata uerò sunt proximæ
 positionis ex iudicio apostematum gingiuæ. & cura fortior
 parumper est eis magis necessaria. tu itaq; ex datis compo-
 nes; quoniam facile est.

De ulceribus labiorum. Rubrica. 10.

Cvrantur ulcera labiorum ex causa ca. cū frigidis
 stypticis, & ex causa frigida cum calidis stypticis. & tu pro
 his recurre supra de ulceribus narium oris, & gingiuarum,
 ubi plura scripta sunt. & considera complexionem mēbris,
 ut in de ulceribus aurium dictam est.

De tremore labiorum. Rubrica. 11.

Scito, quòd quandoque est ex communicate cum
 stomacho, & significat uomitum futurum, uel nauseam,
 quandoque est ex communitate cum cerebro, aut nucha
 propter neruos uenientes ab his membris ad labia. & tunc
 tua interest discernere, & illa membra rectificare. & tu cir-
 ca hoc labora.

DVBI A.

DVBITATUR, quoniam cum humida putrefactiua nō
 cõpetant in ulceribus; quomodo adeps gallinæ, anatis, uel
 anseris laudatur ab auctoribus; ut Aui. de scissuris labiorū.
 dicendum primò, q. competunt, maximè quando tales scis-
 suræ, aut ulcera sunt ex uehementi siccitate, nec solæ debēt
 applicari, sed cum aliis exiccatiuis commisceri, ut cum ly-
 targiro, & huiusmodi. dico secundo, q. specialiter adeps gal-
 linæ laudatur; quoniam est anodina, & sic patet, q. mitigan-
 do dolorem, & remouēdo siccitatem superfluum competit
 quā maxime. & quod dictum est ex uaporibus acutis eleua-
 tis in tertiana, uel alia feb. acuta labia scindi, quæ scissuræ
 fiunt per modum bonæ crisis. unde speratur subita salus; ut
 etiam uulgus testatur.

DVBITATUR, quare in feb. scissuræ tales apparet in
 labiis, siue ulcera, uel pustulæ sunt signa bonæ crisis, &
 speratur salus, & apparet in lingua sunt malum signum.
 dicendum, quòd labia sunt membra uilia exterius posita,
 quorum caro est tenera: & ideò natura fortificata suas su-
 perfluitates mittit ad illa. lingua autem est membrum nobi-
 le, multum sensibile: & ideò, si talia apparet in lingua; ma-
 gis ueniunt gratia symptomatis; & ideò semper mala.

DVBITATUR, quoniam generatiua carnis sunt calida
 & sicca; ut secundo can. iiii. ca. quomodo sanguis drac. est
 carnis generatiuus; cum sit frigida, & sicca complexionis
 nam sæpe supra ponitur in receptis carnis generatiuis, di-
 cendum.

cendum, quod, quàmuis sit frigida, & sicca complexionis; tamen habet uirtutem conglutinandi, constringendi, & impedit aduentum humorum ad locum, & temperat alia medicamina calida, & sic non ex prima; sed ex secunda intentione. dicitur carnis generatius; quia desiccando conglutinando humores aduentum impediendo, & caliditatem aliorum excessiuam remittendo: quare &c.

DUBITATUR de cauterio, quod est præstantius, an de cupro, ut Mes. aut de argēto, auro, uel de ferro, aut auricalco. & pro solutione dubii primò uidendum est, quæ sit causa finalis, qua præcipitur cauterium apponi. deinde ponendæ sunt conclusiones de quæsito respõsiuæ. pro primo dicendū quod finalis intentio cauterii est adustio, & exiccatio. pro secundo ponuntur conclusiones. prima & est Albuc. cauterium de ferro est præstantius cauterio auri. probatur, illud est præstantius, in quo reperitur magis intentio cauterii; sed in eo, quo est de ferro reperit &c. ergo. cõsequentiā nota cū maiore. minor probatur; quā magis adustiuum, & exiccatiuum est, quod est ex ferro; cum ferrū sit in se ficcius, & substantiæ magis compactæ. quare caliditas in eo impressa magis operatibi, quàm ea, quæ est in auro aliis paribus; cū potētia rei attendi habeat penes multitudinem formæ. secunda cõclusio, cui adhæreo, est cõtraria præcedenti, cauteriū de auro præstantius est, quā de ferro. probat cõclusio, quā illud est elegatius, quod est magis propinquum complexioni, & quod minus inducit nocumentum, citiusq; curat: per quod etiam implētur intentiones dictæ; sed tale est de auro: ergo. cõsequentiā uideat nota cum maiore: minor declaratur; quā aurum est temperatum, & complexioni humanæ proportionatum; ferrum uerò frigidum, & siccum. item post cauterizationem factam cum auro non sequitur eleuatio pustularum, & uesciarum, neq; sanies, ut cum eo, quod est de ferro item citius consolidatur, & pulchrioris cauterizationis existit locus. ex qua cõclusio inferitur, quod maximè, ac præcipuè debet esse cauterium de auro in locis faciei. patet correlarium intelligenti. ex isto inferitur, quod labia debent cauterizari cum auro. tertia cõclusio, quod potentius, & fortius est cauterium de ferro, & cõsequēter adhuc fortius quod de calibe est, & de cupro medio modo. cõclusio patet intelligenti ex dictis: unde, ubi quæritur fortis impressio in mēbro duro, ac solido; magis uideretur cõpetere de ferro, quā de auro. quarta cõclusio, quæ, licet de ferro sit fortius &c. non tamen præstantius: patet cõclusio; quā plures intentiones perficiuntur per illud, quod est de auro. quinta cõclusio. communiter operantes securius operantur cum eo, quod est de ferro. hanc cõclusionem positiuè satis declarabo: nam Ras. Almanf. vii. ca. inquit. Plurimique eorū, qui hanc exercent artem, sunt idiotæ, rustici, ac stolidi, ac restauratores præcipuè: & idē, cum ad mensurandum ipsum aurū esse sufficiēter ignitū pro tali operatione producenda aurum colore citrinū igni asimiletur; unde propter hoc non comprehenditur eius caliditas sufficiens. item, si nimis, & superfluè calefit; dissoluetur: si uerò modicū; inducit dolorem, & escaras facit, & opus suum non perficit; quā ante tempus infrigidatur. in ferro uerò facilius hæc omnia comprehenduntur. & sic non contingit operadores cū cauterio ferri errare, ut cum eo, quod est de auro. ex ista cõclusionē inferitur correlariū, quod, ubi operator fuerit expertus, & doctus, melius est, ut operetur cum cauterio de auro: patet correlarium. sexta cõclusio, quod propter paupertatem, & auaritiā operadores utūtur cauterio de ferro. cõclusionem relinquo ex se manifestam. de cauterio autem de argento, & auricalco dicendum, quod propter eorum teneritatem operadores non utuntur; licet quidam nouorum tetigerint illud. ad rationem uerò Albucasis; cū contrariam partem sentiam, dicendum, quod in cauterio non requiritur omnimoda exiccatio, & adustio; sed sufficiens, & contemperata. hoc autem, ut dictum est, melius perficitur auro, quàm ferro: ergo. & si materiam cupis latius uidere; require Conciliatorem in annexo differentia, ccviii.

DE AEGRITUDINE labiorum aut gingiuarum in Aphorismis nil reperio ultra ea quæ dicta sunt de ægritudine oris &c.

ARGUMENTVM IN CAP. IX.

TRACTATUR de dispositione gutturis, quod fit, ex strangulatione, de retentione spinæ, de sanguisugis in os ingressis, de squinantia, de ægritudinibus uueæ, deque amygdalarum gutturis apostematibus. multa sunt in causa, cur animal suffocetur, signaque patet: sit & spinæ retentio: sed signa demonstrantia sanguisugam esse bibitam sunt tristitia, angustia, sputum sanguinis existente sano corpore. squinantia sanè est præfocatio circa guttur ex apostemate contingens: causa cuius ut plurimum est materia phlegmatica à capite descendens in guttur. sed uarij reperiuntur hi termini præfocationis; dicitur enim strangulatio, suffocatio, præfocatio squinantia, synanche, quinantia, chynantia: quæ omnia ferè eodem modo curantur. casus autem uueæ est elongatio quedam, & extremitate eius crassitudo qua impeditur actus deglutionis, & transpirationis contingens ex materia à capite ad ipsam profluente; quæ ut plurimum est phlegmatica: sed color demonstrat cū caliditate, ac dolore perceptus.

De dispositionibus gutturis.

De anatomia, descriptione, & complexione amygdalarum, & uueæ. Rubrica. i.

ET, licet guttur capiatur quādoq; pro eo, quod est medium inter meri, siue isophagum, & tracheam arteriam, & dicitur isthmō, ut Gordonius, & cæteri plures, quandoque pro uia transitus ad pulmonem, & cor, ut tertio de partibus animalium. iiii. cap. guttur quidem gratia spiritus datum est; per hoc enim inducunt spiritum animalia, & emittunt respirantia, & expirantia. tamen hic capitur ut Auicē. nona tertii. i. cap. pro spatio continente in se meri, ipsam tracheam, amygdalas, & uueam, siue uuulam item & carnem panniculofam annexam palato sub uuula, quæ est pendens, & cooperiens caput cannæ, quæ ab Auicē. allegato loco dicitur algasmata. & communiter dicitur copertorium, ut primo Almanf. xiiii. cap. & quia de anatomia cannæ dicitur in sequenti cap. & de meri in. xiii. hinc solum agam in presenti loco de anatomia amygdalarum, & uueæ. amygdalæ nanque ut Auicē. allegato cap. sunt duæ carnes natæ in radice linguæ tendentes ad superiora, ac si sint duæ auiculæ paruæ, uel sic magistraliter. amygdalæ sunt carnes molles; ex aliqua tamen parte neruæ; licet ab auctoribus medicinæ dictæ sint simplices spongiosæ in modum siue formæ amygdalarū formatæ in parte superiori gulæ; infra tamē epiglottū situate ad replendū locū uacuum eius pp cannæ angustia ordinatæ, utq; sua humiditate, qua replētur tracheā humectēt; ne suo nimis exicceat motu, atq; retinendū aerē apud cannæ; ne penitus expellat finaliter cõstrictæ caput. ex quo patet earū calida, & humida cõplexio. uuula, siue uua est mēbrū carnosum spōgiosum in fine palati super supremā partē epiglotti, uel uelamē pedes ad prohibendū subitū ingressum aeris frigidi, pulueris, fumi, & huiusmodi ad pulmonē, & descēsū rheumatis ad membra inferiora à natura inuentū; ut uocē modulet aerem infringendo cõstitutum. ex quibus apparet, primò, quare carentes uua efficiuntur phthificis. secundò, quare sine uoce; stat enim super foramen anhelitus, sicut digitus fistulatoris super foramen fistulæ. unde etiam aliquando cooperit meri prohibere ingressum aeris ad stomachū, quando homo loquitur: & cõsimiliter quādo homo comedit; stat super uia anhelitus prohibēs, ne cibus, aut potus per eā ingrediatur. ex quibus apparet, quare ingredit cibus; dū homo comedit, & simul ridet per uia anhelitus: nam in risu uuula nō claudit uia; sed eleuat, & plures quasi sic suffocati fuerunt. & idē abstinendum est à risu, & à locutione; cum comedit. & dicta est uua ad similitudinem grani uueæ. uel dicitur græcè νύοα latinè columella. & ex his apparent anatomia, descriptiones, &

απιθ-
μα & α
τιδασ
Græci ea
nominant
quæ Latini
tõfillas
babari aut
amygdalas.

γάρφα
ουα uete-
res græci
idest gur-
gulationem
posteriores
uerò
νύοα id-
est colu-
mellā, id
dicunt q̄
nostri uua
& uuulā.

Cauteria
quæ præ-
stantissima.

& complexiones amygdalarum, & vuz. prosequens igitur de passionibus gutturis expediam primò quædam nocua gutturi, ab extrinseca re prouenientia: deinde sermonem faciam de his, quæ coniuncta erunt; ut sunt malæ complexiones, apostemata, & huiusmodi.

De strangulatione contingente ex cibo, vel alia re simili. Rubr. 2.

QUANDOQUE accidit ex magnitudine rei assumptæ; ut cibi duri, & huiusmodi; sicut strangulatio. quo casu oportet considerare primò, si res illa est dura solida, non habens diuisionem in suis partibus, aut non sit apta faciliter habere: nam, si sit integra solida; tunc prematur collu, & quod est intus spatulas multiplicado percussione post collum cum pugillo. quòd, si non sufficit, & faciliter aut commodè capi possit cum tenaculis, aut instrumento alio, aut uncino &c. fac illud. q, si adhuc non sufficit; cum candelâ grossâ cerea, aut alia prematur ad inferiora. & si faciliter diuisionem in suis partibus recipiat; tunc statim curabitur. unde ex hoc comprehenditur difficultas, aut facilitas curæ. quidam operantur cum porro mundato, aut cū stilo plumbeo modicum incuruato. & in idem uenit. & hic aduerte, q, Mesue in principio suadet uomitum. & Auicē. inquit, q, debet fieri in fine post percussiones, & cōpressio nes dictas, quando scilicet non sufficiunt; ait enim in fine capituli. si autem non sufficit; adiuetur uomitu. & quandoq; est in hoc timor; quia dubitari debet, ne quod uomitu superius ducetur, infiltretur, aut congregetur cum re illa, & suffocationem faciat. uomitus autem prouocetur cū impositione digitorum, aut cum penna linita oleo, & in guttur immissa. ad hoc uidetur præcipuum, si id fieri posset deglutitio brodiorum pinguium; ut sua pinguedine vomitum inducant, & isophagum relaxent, & mollificent. & consimiliter dicatur de oleo. itē ad minus retineatur oleū in ore. item fiant ad extra emplastra mollificantia, item fiant gargarismata ex eisdem pinguibus, item ex oleo, & syrupo acetoso, vel ex melle scillitico, & huiusmodi, ut statim in sequenti rubrica.

De retentione spinæ, aut huiusmodi in gutture. Rubrica. 3.

SI autem spina frustum olsis, uel ligni uideri poterit; ingenietur operator ad extractionem eius cum instrumēto. q, si uideri non poterit; administrantur primò sorbitiones uiscosæ, aut iuscula ex farina frumenti. item deglutitio albuminum ouorum non coctorum frequentata, & existimo præcipuum, & singulare. secundò administrantur cibaria grossa. v. 3. quòd deglutiantur frustra panis integra, aut ficus sicca integra, & huiusmodi. tertio post assumptionē ciborum uiscosorum, aut aliorum immediatè administrantur gargarismata ex mucillaginibus: item ex oleo amygdalino, & oxymelle composito, siue scillitico calefactis. quarto prouocetur uomitus cum digitis intromissis, aut pēna, ut supra, uel cum oleo uomitiuo. & laudatur hic maximè uomitus factus cum nasturcij. 3. i. contriti cum aqua tepida ita, ut omni die fiat semel. quinto ligetur ficus sicca cum filo duplicato, & deglutatur, deinde extrahatur. similiter fiat ligando in capite fili partem spongiæ, aut bolum carnis non benè coctæ, quæ deglutatur, & est securius. sexto ad extrâ applicetur gutturi emplastrum ex mucillagine seminis lini, butyro, medulla calsiæ fistulæ, oleo amygdal. dulcium, & huiusmodi; ut de squinantia dicetur. postremò scito, quòd intrare balneum est ualdè utile, & causa est intelligenti satis manifesta.

De sanguisugis ingressis in os. Rub. 4.

QUANDOQUE ingreditur sanguisuga os bibētis aquâ, in qua existit. & si est parua ualdè, licet adhæreat gutturi primò; non comprehenditur visu, sed in processu ipsa benè videtur; quia magnificatur ex sanguinis repletionē.

SIGNA demonstratiua, tristitia, angustia, sputum sanguinis maximè corpore existente sano: nā, si sanguis subtilis spuetur, & non erit ab aliquo membro alio; suspica de ipsa sanguisuga.

CVRA canones, primò cum videtur, & gutturi est affixa, si id fieri potest cum instrumento; extrahatur. quòd, si non; cura cum ingeniatiōe remediorum localiū, & alio-

rum, ut dicetur. cum instrumento quidem, ut ducatur patiens in locum luminosum, & si est possibile, ubi sol percutit, & ante ipsum aperiatur os eius, & prematur lingua, & cū tenaculis, siue moletis, siue pizagariolis, aut forcibus, quibus extrahuntur sagittæ, capiatur. deinde ponatur sal circa caput eius, si fieri potest; quoniam ex se separabitur. quòd, si non; violēter extrahatur. & si post extractionem eius fluxerit sanguis &c. fiat gargarisma cum aqua rosa. decoctionis balauustiarum, corticum granatorum, & sumach cum modico aceti; aut cum aqua decoctionis balauustiarū, thuris, & huiusmodi. si uerò non; fiat gargarisma cum sinapi, & aceto, aut cum sale, & aceto, aut cum cœpis ruta, & aceto, aut aceto, & assa, & statim remouebitur de loco. unde patiens debet stare decliuis ore aperto; ut extrâ ueniat, & non cadat in profundum. item laudatur ab inuicem gargarisma ex succo foliorum salicis, cui inest proprietates in extrahendo ipsam. & si declinare uidetur; ad nares fiant caputpurgia ex aceto, nigella, succo cucumeris asinini, & elleboro. quòd, si cadet in stomachum; dentur medicinæ vermium; ut absinthium, abrotanum, lupini, menthastrum, & huiusmodi, de quibus. vi. cap. non solum interficientes, sed interficientes, & educentes; ut aloe, semen sanctum, agaricus, rhabarbarum. quòd, si uomitus sit eis; facilis fiat hoc modo. primò comedat allia, cœpas, porros, sinapim, calamentum fluuiale, & huiusmodi; deinde euomat. meo tempore contigit, ut quidam rusticus bibendo aquam foueæ imberet vnum cutubuth, siue capram aquæ, vel araneam aquæ, & statim consulit medicum, & rusticus potauit cum lacte ualdè copiose, & statim post uomitum fecit, & in uomitu egrediebatur animal. ex rebus uerò facientibus egredi sanguisugam est, ut patiens ingrediatur balneū, & in eo moretur, donec sitim magnam patiat; deinde teneat aquam frigidam in ore. & cum calere cœpit; eiciat eam, & de nouo aliam capiat, & sic continuet: nam sanguisuga fugiens calorem, & quæres frigus ueniet ad os, & sic egredietur. unde consulunt auctores, quòd talem calorem sustineat vsque ad syncopim exclusiue; quoniam est regimen bonum in extrahendo ipsam. singulare remedium. & farina lupinorum, turbit, stœcados, polij, seminis nigellæ. ana. 3. ij. incorporentur cum succo absinthij, & fiant trochisci. 3. i. pro unoquoque, & detur unus stomacho ieiuno cum aqua decoctionis nigellæ: & uidebis mirabile.

De suffocatione, seu squinantia. Rub. 5.

APUD nostros medicinæ auctores reperiuntur hi termini, strangulatio, præfocatio, suffocatio, squinantia, synachia, quinantia, chynanchia. & cum de nominibus disputare medico non atineat; ut prima primi. doct. vi. v. ca. hinc de eis succinctè satis pertransibo; habeo etenim hæc tria synonyma; suffocatio, præfocatio, strangulatio. suffocatio quidem est prohibitio anhelitus, aut ex debilitate virtutis, aut propter impedimentum in instrumentis eius contingens, & est operationis læsio; ut patet, quæ tripliciter lædi contingit, ut cæteræ ablatè, scilicet diminutè, & corruptè. quidam uerò nomen strangulationis trahunt ad talem prohibitionem, ut sit à causa extrinseca circa gulam; ut laqueo, & huiusmodi. suffocatio uerò fit à causa extrinseca circa os, & nares. & adhærent modo loquendi vulgarium.

CAVSÆ. Et, quia satis est manifestū, quomodo à causa intrinseca; ut nimia caliditate dissolvente, aut frigiditatem comprimente insufflatione uetorum, assumptione ciborum, ut infra, aut debilitate virtutis non potentis mouere instrumentum, quia lacertum epiglottum cōtingat præfocatio; hinc de causis extrinsecis eam facientibus solum mentionem faciam. fit itaque quandoq; ex materia existente in mediastino, quandoq; à materia existente in pulmone, aut cannulis eius; ut est uidere in peripneumonicis, uel empiycis, phthysicis, & huiusmodi. quandoq; ex ipsa existente in capite cannularum, quod caput à pluribus uocatur guttur. & fit hoc subitò, & colliguntur hæc. iij. aphor. cōmen. xxxij. quadoq; uerò fit propter ineptitudinē lacerati epiglotti: quod est instrumentum, quo fit motus; ut mēbra aerem trahant, ut in sequenti docebitur capitulo. quæ

cutubuth quid.

Chinachi acq; Syriaci Græcis, latius angina, re aut corruptè admodū squinātia uocatur.

in

ineptitudo à superflua siccitate quandoq; humiditate contingit; nam relaxatur quandoque, & spasmat; ut in pueris frequentius. item à remotione spondilium, vel ligamentorum eorum, quibus colligentiam habet canna; ut in sequenti capitulo, & est magni timoris, quæ est ex remotione secundæ, vel quæ est supra ipsam, & est deterior. quæ verò est ex ea, quæ sub ipsa, est magis salua; ut infra. quandoq; uerò fit ex comestione, uel potu rerum uenenosarum; ut sunt iusquamus, fungi, andachocha. eius theriaca est lactuca, aut endiua. quandoq; uerò à vermibus; ut frequenter uidi in pueris. & quia de difficultate anhelitus, & causis eius tractabitur in sequenti capitulo; hinc supersedeo, & in prolongando sermonem de suffocatione: secutus tamen secundum partem ducem meum Auic. ad squinantiam me conuerto.

Squinantia est præfocatio circa guttur ex apostemate contingens, causa cuius secundum plurimum est materia phlegmatica à capite descendens circa guttur. ubi notandum, quod licet ex communi modo loquendi præfocatio uideatur supponere magis pro tali apostemate, ut impeditur uiam anhelitus, & squinantia pro ipso, ut impedit uiam cibi; tamen hic auditur squinantia indifferenter quocumque modo uiam anhelitus, aut cibi impediatur. recipit quoque apostema hoc diuisionem ex parte loci quadripartitam. nã aliquando accidit in musculis, siue lacertis extrinsecis ab epiglotti declinantibus ad interiora, & inferiora, ita ut appareat tumor in gula, aut parte pectoris, uel thoracis. & istud est cæteris leuius; quoniam declinat ad exteriora. aut in lacertis erit ad posteriora colli cum cõitate quinque spondilium, & nuchæ; & tunc non apparet tumor ad extrã; sed rubor, & tumor, & calor aperto ore, & est difficilius primo, aut fiet in lacertis intrinsecis meri, & quæ sequuntur ipsum constringens anhelitum uicinitate: & tale sensui non est manifestum, & est deterius duobus dictis; sed non est simpliciter mortale. aut contingit in lacertis intrinsecis epiglotti, qui aerem frangunt; ut in panniculo uestiente, & sensui non apparet. quod, si apparet; illud est modicum facta forti compressione linguæ, & est cæteris deterius, & simpliciter mortale. & in his duobus ultimis non apparet tumor exterius, neque interius; nam materia est occulta in uis extrinsecis anhelitus. & secundum hanc diuisionem quidam quatuor species pronuntiant scribentes primã speciem per squinantiam, secundam per synanchiam, tertiam per quinantiam, quartam per chynanchiam. sed de talibus non est curandum eo, quod nouum studium est rerum negligentia. iiii. Apho. com. xxxij. Gal. uerò consimiliter eodẽ cõmento quatuor pronuntiauit species. & tu ibi. aduerte tamen, quod Mundinus apostema contingens in faucibus, & locis glandulosis dixit esse de secunda specie squinantia, & uidetur sequi ex dictis. potest & tale apostema quandoque occupare plura loca: & propter hoc non debet in speciebus multiplicari. dicitur cuius causa; nam à materia sanguinea possunt frequentius cõtingere, de quo uidebitur in dubijs. similiter à cholericis. item à melancholicis fieri potest; licet aliqui enuntiauerunt ipsam à materia melancholica fieri non posse, de quo in dubijs, & cum ipso signa annotabis humorum, de quibus in principio tractatus primi. dicitur materia phlegmatica; quoniam indifferenter à phlegmate viscoso, & subtili acuto generari potest tale apostema. dicitur à capite: unde Auic. & cum huiusmodi phlegma descendit à capite, & ipsa quidem non descendit à capite, nisi secundum plurimum rei. & ex quinantiis reperitur una, quam Auic. uocat caninam, & est illa, in qua necessariò os absidue cum projectione linguæ tenetur apertum: & est præfocatiua mala, & quandoq; interficit inter primam diem, & quartam.

Permutatur autem quandoque ad pulmonem, & causat peripneumoniam, & huiusmodi: quandoq; ad partem cordis, & interficit. quandoq; ad stomachum, & causat vomitum, & huiusmodi: quandoq; uerò insensibiliter resoluitur; quia materia est pauca, subtilis, aut facta phlebotomia cum aliquo gargarismate particulari curatur patiens, aut aliquando aliter euacuata materia uirtus resoluit id, quod remansit. quandoq; uerò ad saniam uenit. & hoc, quando materia est

A gròssa, & multa, & non potest curari infra quatuor dies; imò quandoq; prolongatur eius cura. xl. diebus. ex quibus patet, quod squinantia tripliciter potest terminari. & dicitur synanchia à synanchis, quod est suffocatio; ut garipontus. habet in vulgari nostro multa nomina: nam aliquando dicitur galedelli, aliquando gloton, aliquando dragonzelli, aliquando oxezelli, & cætera, quæ ultramontanis non sunt uilia. & multiplicatur in uere hyemali, & in autumno, ut in Aphor. in fine capituli. differt tamen una ab alia; quia uernalis est phlegmatica: autumnalis cholericis, & omnis squinanticis, qui moritur, spasmat in primis.

C A U S A E. & in summa squinantia causa est triplex; primitiua, antecedens, & coniuncta. exemplum primi; ut aer excessiue calidus, & excessiue frigidus, humidus, quies multa, uociferatio, cantus, cibus, ac potus vaporosus, repletio, retentio superfluitatum, ira, furor, & hmoi. exemplum secundum; ut mala complexio humida totius, uel particularium partium etiam materialium, & materiales humores à capite descendentes sanguinei, cholericis &c. compositionalis magnitudo capitis multos recipiens humores, ac vapores angustia colli, ac uiarum eius. unde cum difficultate transeunt moram contrahunt, & ibi remanent, & collectionem faciunt. coniuncta est humor infusus in ipsis musculis intrinsecis, aut extrinsecis, de quibus actum est: ite & mala complexio sicca, aut humida paralyticans.

S I G N A demonstratiua, & maxime communia sunt cõstrictio anhelitus, quæ maior est ualde, quando est in musculis epiglotti, & maxime intrinsecis: nam, quando est in musculis meri; tunc fit difficilis transglutitio cibi, & potus, & non est tanta anhelitus cõstrictio: econtra, quando in musculis epiglotti. & aliquando apostema est tantum, quod facit utrunq; quia difficultatur anhelitus, & est in transglutitendo dolor in gula perceptus maior, aut minor secundum humoris malitiam: amplificatio linguæ, & color eius declinans, aut ad rubeum, uel ad citrinum, uel ad album, uel ex his mixtum. tumor perceptus ex inspectione in gutture depressa lingua, maxime quando est in musculis extrinsecis epiglotti: nam, quando est in intrinsecis; non uidetur tumor: aut si uidetur; paruus est.

S I G N A autem quando apostema est intus latens; fortis anhelitus cõstrictio. & quoniam bibit; potus regurgitat ad nares, & oculi sunt rubei, lingua rigida, collum rigidum, uox est catulina. quoniam uerò est extra; apparet tumor aperto ore in gutture, & aliquando ad extra circa collum, uel gulam.

Signa si fuerit ex sanguine; & tunc adest rubedo linguæ, faciei, uenarum, oculorum, sapor dulcis, dolor satis intensus, & intensus, & cõstrictio notabilis. & quando tale apostema facit difficultatem deglutiendi magis, quam anhelandi; tunc declinat ad uiam cibi. quando uerò magis difficultatur anhelitus, quam deglutionem; tunc magis declinat ad cannam pulmonis: & tunc his signis adde reliqua sanguinis signa; ut regimen, complexionem, habitudinem, & ut plurimum cum tali apostemate uenit febris.

C H O L E R I C I signa sunt punctura, mordicatio, sitis, dolor acutus, inflammatio febris, color loci, & faciei declinans ad rubeum cum citrinitate, saliuam amaram, habitudo corporis, complexio, regimen, & huiusmodi uigiliæ, & cõstrictio minor, quam in sanguineo, & dolor est minor extentiue, quam in sanguineo.

P H L E G M A T I C I autem signa. albedo loci, & linguæ, sapor baurachinus cum aliqua caliditate, & uiscositate, paucitas sitis, remissio doloris, siue dolor paruus, & non est cum eo febris secundum plurimum, & prolongatio eius tunc certificat, & quandoque durat usque ad quatuordecim dies complexio, habitudo, regimen, multitudo saliuæ, raucedo uocis, & est transglutitio difficilis, aut anhelatio.

M E L A N C H O L I C I autem signa sunt durities, sapor acetosus, aut ponticus, & accidit paulatim liuiditas loci, paruitas afflictionis, complexio, habitudo, regimen, & quod præcessit ægritudo melancholica.

Signa autem causarum extrinsecarum nota sunt iudicio infirmi, uel astantium.

Angine
populares
appellatio
nes.

PROGNOSTICA. Magis salua est illa, in qua anhelitus non multum stringitur, siue non est multum difficilis, quæ autem est ex remotione spondilium, uel ligamentorum quibus colligantiam habet canna, est magni timoris. quæ est ex remotione secundæ spondilis, aut quæ est supra ipsam, & est deterior: quæ uerò est ex ea, quæ est sub ipsa, est magis salua. ista sunt signa mala, & pernecabilia; squinantia ueniens in feb. continua in die critica. item, cum accidit syncopis in ea, oregmon, difficultas transglutiendi, ita quòd potus relinquatur, & per nares emittitur uox catulina, ita quòd uideatur loqui cum naribus; spuma in ore hæc cum apparent; non est spes Auicen. emissio linguæ, frequens motus, color niger, & liuidus in lingua apparens, in oculis, & labiis, frigiditas extremitatum, contractio colli, & quòd non possit iacere super dorsum, & præcipuè quando est in uis anhelitus. & ad cognoscendum mala tria sunt signa. primum, quòd de hora in horam patiens sentit in anhelitu se difficultari. secundum, quòd, quando resupinatur; prohibet anhelitum omnino. tertium, quòd quasi continuè ingeniatur ad extendendum collum, ut habeat anhelitum liberum. squinantia canina non curatur, & raro peruenit ad quartum. in signis mortis festinæ Hippoc. si quis præfocationem patitur, & alteratur color postremi colli eius rube dine consueta ad albedinem, uel ad uiriditatem, & sudant ascellæ, & inguina sudore foetido; tunc moritur in uno duorum dierum. ista sunt signa salutis, & spei; quies, somnus, aluiatio doloris, bonitas anhelitus, facilitas transglutiendi remissio feb. si qua erat, & quòd transacta quarta die sentit leuitatem gutturis, & est casus Gal. iiii. de interioribus in fine. & Aristo .x. proble. ix. Visus est ita, quòd lapis sub lingua in tanto spatio ad quantitatem fabæ genitus. & Gentilis recitat se uidisse mulierem præfocatum, ita ut omnes æstimarent eam mortuam, tandem expuit frustum solidum globosum fere, ut lapis ad quantitatem dactyli, & sanata est.

CURA. canones, ordinatio diætæ, euacuatio, diuersio, prohibitio fluxus materiæ, administratio particulariù in diuersis temporibus morbi, correctio accidentium.

Primus quidem cõpletur cum subtiliatione cibi procedendo gradatim ad grossitiè: est. n. frequenter morbus acutus & sunt administra contraria causæ. sitq; potus aqua zuccharata, uel idromel, uel oxyzacchara cum aqua secundum causam. somnus uerò ex eis molestus, & maximè nocturnus, & factus immediatè post cibum. & cum dormiunt; excitetur sæpe. in aere teneantur temperato, sicq; suo modo commẽfurentur cæteræ res non naturales.

Secundus uerò perficitur in calida sanguinea cum extractione sanguinis per phlebotomiam, uel per uetosas; ut uirtus, & cætera cõsentiant: nam, ubi est solum peccatù sanguinis; fiat extractio sanguinis copiosa, uel pauca secundum, qd adest sanguinis multitudo, uel paucitas, fortitudo, uel debilitas &c. & tua interest hæc mensurare, & ex qua parte an ex opposita dolori; uel ex eadem dicetur in dubiis. scito tamen, quòd debet fieri ex cephalica, nec est tardandum in ea fienda. item festina, ut eodem die fiat phlebotomia uenarum sub lingua, & præcipuè quando apparet in eis plenitudo, ut per octo horas, nel circa: patet, unde Alexander. & post incide uenas sub lingua, neque in crastinum; sed ipsa die fac: & hoc experientia ostendit. & si uidetur; multiplicetur phlebotomia; quoniam in casu non est medicina ei par. unde in forti fiat usque ad syncopim. sed nota, quòd syncopis est hoc loco multum consideranda; quoniam uidetur addere in difficultatem anhelitus propter debilitatem uirtutis. & idèò considerandum est multum in faciendo phlebotomiam in his, qui ex ipsa phlebotomia cadunt in syncopim. considera. & consimiliter festinetur, ubi phlebotomia fieri non posset ad ponendum uentosas in spatulis cum reiteratione, & scarificatione. & uentofationes crurium sunt iuuantes ualde Auic. quòd, si cum sanguine fuerit admixtio cholera, uel phlegmatis; subito dentur euacuantiæ cholera uel phlegma, & mundificantia sanguinem ab eis, ut de soda sanguinea, ita tamen, quòd etiam alterantia, ut in cholericco cum aqua fructuum in phlegmatico cum hiera, & similibus. postea uerò in die sequenti fiat phlebotomia, ut uidebi

E tur expedire, modò, ut supra, & post dentur euacuatiua, ut in cholericco cum succo solatri, & huiusmodi: in phlegmatico pilulas cochias, & huiusmodi. & hoc intellige, ubi ægritudo tolerat. quòd, si uiderimus furiositatem; prius incipe cum phlebotomia, & procede cum diuersiuis, & sequere cum solutiuis. item procedatur ad enemata, & collyria leuia; si feb. adest; & si nò; administrentur fortia, sunt enim iuuamenti sublimis. fortiora tamè scito in phlegmatico Auic. uerò laudat ea in principio fieri, inquit. ex eis quidem, quæ sunt uehementis iuuaminis est intentio administrationis clysteriorum fortium ualde, nisi feb. prohibeat; tunc enim oportet, ut sit contentus clysteribus leuibus, & pro his recurre ad ea, quæ dicta sunt in dubiis de apoplexia. utrù aut materia existente phlegmatica, uel cholericca non admixta sanguini competat phlebotomia, dicitur in dubiis. sed hic aduertendum, quòd, quando est in toto; semper debet fieri phlebotomia; si cætera consentiant, & quòd dictum est de phlebotomia, maximè est intelligendum in principio eius nam in aliis temporibus eius specialiter in augmèto, & statu potest fieri, dummodo uideatur necessitas magna, & uirtus apta sit sustinere. cognoscuntur tempora squinantia quadoque ex modo deglutionis, ex parte scilicet facilitatis, & difficultatis eius; nam in principio difficultatur; in augmento crescit difficultas, in statu uerò ultima, in declinatione minuitur. & iuxta hæc scito, quòd, quando difficultas est maior proportionabiliter in deglutiendo, quàm in anhelando; tunc squinantia magis est in uia cibi: quando uerò e contra; maior est in uia anhelitus: quando uerò equatur; æqualiter. si uerò materia fuerit cholericca, uel phlegmatica, uel melancholica; festina ad euacuandum cum euacuatiuis appropriatis, ut supra. iiii. tract. & cum clysteribus fortibus; ut in apoplexia, uel leuibus, ut uidebitur expedire iuxta posita: frequenter enim ægritudo ista est acuta ratione quantitatis materiæ, & acciditium. quare oportet accelerare modicum in euacuando iuxta illud Senis. Concocta medicari atque mouere non cruda, &c. unde pro his omnibus recurre ad ea, quæ dicta sunt de soda: ibi enim posita sunt clysteria, & alia euacuatiua proposito isto utillima.

G Tertius impleatur cum diuersiuis cum frictione facta cù digitis, aut ligno rotundo super focilia brachiorum; ut cõiter fit, uel cù aliis, de quibus in de soda phlegmatica, cholericca &c. & etiam dictum est de apople. ut infra de apostematibus amygdalis, gutturis, p quibus recurre ibi. sed hic nota; quòd præcipiuè remediù in diuertendo est appositio uentosa, ut primò ponat super zuedenegi. & est locus capitis, ad què puenit digitus medius; cù ponit extremitas manus sup summitatè nasi, & est iuuamèti magni. itè secundò positio uetosæ sup locù apud secundâ spondilè, & est sublimis: elargat. n. uiam anhelitus. & quapropter oportet, ut sæpe, ac sæpe iteretur, & præcipuè tempore exhibitionis cibi. de qua experientiam habui in quadam uetula. & sit uentosa magna capiens magnum spatium; unde & ponitur super nu cham, & multum confert. confert etiam eius positio submento, sub maxillis, sub mamillis cum incisione; faciunt etenim diuersionem facilem. sed, utrum istud debeat fieri in principio; dicitur in dubiis. item in hoc casu confert impositio, seu distillatio oleorum in aurem, quæ sequitur dolorè, & oleum ros. amygdalarum dulcium, ut supra dictum est de dolore capi. & tu ibi.

H Prohibitentia autem fluxum materiæ require supra de catharro, ubi habentur indifferenter respectu cuiuscunq; materiæ, quæ sunt sistentia ingrossantia &c. sed tamen dicentur aliqua in particulari statim.

VENIENS ad particularium administrationem; cù hæc ægritudo sit periculosa. & ut frequenter eueniens multum studebo in eis copiosa, & particulari declaratione. unde in choans de sanguinea procedam particulariter secundum tempora eius uniuersalia, quodq; de aliis agetur.

In principio itaq; sanguinea facta euacuatione per phlebotomiam prius, & pharmaciã leuè, secundo, ut supra, administretur repercussiuæ, de quo in dubiis, ex aqua, & aceto: uel ex succo, uel uino granatorum acetosorum, uel dulciù, aut succo solatri cum semine ro. & est mirabile, aut succo citoniorum, sorbarum, mespillorum cõtritorù cum ossibus suis.

fuis, aut decoctio in agresto facta ex balaustis, gallis, semine ro. uel agrestum ipsum cum succis prædictorū item diamoron, oxyzacchara cum aqua cisternæ, uel calibeata, & ista si tepescant; conuenientius operantur. & dictū est facta euacuatione; quoniam ante eam administratio stypticantium est suspecta; quia posset esse causa collectionis multæ materiæ. quæ, si postea cum tanta quantitate; subito interficeret statim. & pro isto uide, quæ scripta sunt supra rubrica de catarrho. in augmento uerò fiat mixtio resolutiuorum cum percussiuis uincētibus percussiuis, & stypticis; ut uerbi gratia. recip. mellis ros. ʒ. i. succi solatri. ʒ. i. s. aquæ ros. ʒ. i. misce, & fiat gargarisma. item, si uis minus stypticum; pone mel simplex. item ualeat in hoc casu lac caprinum gargarizatum, & est usuale; nam ultra has intentiones est doloris mitigatiuum, item ex pulpa cassiæ cum lacte fiat gargarisma, item pulpa cassiæ cum succo solatri, & est conueniens. & fac semper, ut styptica uincant. unde quidam maximè commedat succum solatri cum aqua foeniculi & pauco zuccharo. item ualeat diamoron cum decoctione ficuum, & dactylorum, item decoctio ex passulis, liquiritia cum uino granatorū & semine ros. & cōsimiliter cum diuersis diuersimodè compone, dummodo quæ styptica uincant. in statu uerò hæc adinuicè cōponantur, ita ut ad æqualitatem eueniāt. & licet sciā te faciliter ex datis scire operari, tamē ut sis copiosior; ponā exēpla; uerbi gratia, Reci. mellis ros. colati. ʒ. i. synapis uel pirethri uel cinnamomi. ʒ. i. aquæ solatri. ʒ. iii. misce. uel Reci. decoctionis ficuum dactylorum. ʒ. iii. uini granatorum acetosorum. ʒ. iii. misce. item oxymel simplex faciēdo gargarisma. ex his laudatur maximè lac caninum cum stercore canis albo, & melle. item usus stercoris huius à multis per maximè ad intra commēdatur. quod ego non multum laudo propter eius abominationem; res tamen in se est multi iuuamenti, quæ secretum etiam nesciētibz amicis, cum datur, dari debet. item aqua mellis ros. cum pauco pirethri, & cinnamomi. in fine autem status medicamine utatur aggregatē in se maturationem, lenificationē, & resolutionem; sicut uerbi gratia, decoctio ficuum modico salis, uel decoctio passularum, liquiritiæ, & modico aluminis zuccharini, item decoctio ficuum, dactylorum cum modico pirethri, item decoctio seminum citoniorum altheæ. item ualeat maximè lac caprinum, cum mulgetur, aut tepesactum.

Si uerò apostema fuerit resolutū, aut permutatum; benè est: si uerò ad sanitatē aduentum sit; tunc studendum est ad eius apertionem, aut cū medicinis, uel cum apertione manuali. cum medicinis; ut cum his, quæ aggregant has duas intentiones, quæ sunt apertio, & lenificatio. unde aperiētia commendata sunt hæc; sal armoniacum, harmel, assa foetida & radix lili, baurach, stercus hyrundinum, stercus canis rodentis ossa, stercus infantis passi ex lupinis, cinis pullorum hyrundinum ustorum. & qualiter urātur uide Mes. proprio ca. stercus lupi, cinnamomum, menthastrum, sansucus, mentha, alumē, silybrium, costus, & propriè marinus, cui hoc in loco inest proprietas.

Lenitiua uerò, quæ misceri habent cum his commendatis; ut ambæ perficiantur intentiones, sunt lac caprinum, succus caulium, decoctio ficuum, decoctio frumenti. ex his itaque, uel similibus fiat cōpositio; ut misceatur stercus hyrundinum cum lacte, uel decoctio ficuum cum assa foetida, uel baurach, &c. fiat gargarisma, & frequēter in die gargarizetur. quod, si non aperiatur; recurratur ad operationem manualem, & sunt ex hominibus, qui imponūt digitum in guttur, & deinde cum ungue scindunt, & aperiunt. mulieres autem maximè in Italia hanc operationem faciunt, & specialiter in Ferraria. cumque fuerit apertum; fiat mundificatio, & absterfio, deinde consolidatio, ut de ulceribus gingiuarum dictum est. & tu ibi. & hic nota etiam pro dicendis, quæ te oportet componere medicamina secundum posse uirtutis complexionis ætatis &c. nam fortioribus fortiora; debilibus uerò debiliora competunt medicamina, ut Alexander. quod etiam expressit Aui. nona tertii. cap. de sermone uniuersali curarum apostematum in parte gutturis accidētium, dum inquit. & similiter obseruetur ætas, complexio, & tempus, & consuetudo.

A In cholericæ uerò fiat euacuatio cum pharmacia, aut clysteri, deinde fiat phlebotomia diuersua; cum non pecet sanguis de cephalica super manum. tu tamen nota, ut supra de sanguinea. quæ, si ægritudo uidebitur molestans multum in principio; incipere debes à phlebotomia sequēdo cū diuersis, deinde sequenti die da pharmacum, aut utere clysteri fiantque diuersiones, ut supra de soda cholericæ, ubi pro euacuatione fiēda, & pro diuersiones recurras. item fiat prohibitio fluxus materiæ, ut supra de catarrho acuto. particulariter uerò procedens in principio administrentur percussiuæ, ut supra de sanguinea. sed nota, quod talia debēt esse in frigidatā. unde cōferunt in principio succus solatri, succus ros. sandali, camphora, mucillago psillii, balaustiæ, & huiusmodi, quæ sunt frigida in secundo uersus tertium cū stypticitate, quæ requiruntur. iiii. tract. ex quibus compone gargarismata, insufflationes puluerum, pilulæ, uel loch, & huiusmodi, quæ retenta in ore prohibent materiam fluere. unde retentio diadraganti continuè in ore, & similiū est in hac, & in sanguinea, & in ea, quæ ex phlegmate est falso multum conueniens. laudatur autem uehementer rob, uel syrupus de papauere bibitum, aut diacodion; item lac papaueris cū aqua ro. itē succus solatri deputatus bibitus manē, & serò secundum mensuram duarum testarum oui, aut trium, uel mucillago psillii cum grano uno camphoræ. in augmento uerò procedatur cum permixtione percussiuorum, cum resolutiuis, & sint percussiuæ magis uincētia, quàm in ea, quæ de sanguinea. & illis eisdem resolutiuis utere, de quibus etiam aliquid in ea, quæ de phlegmatica. in statu autē in principio aliquāter uincāt resolutiuæ; in fine uerò uincant resolutiuæ & multum. & tu ex datis compone exēpla.

B In phlegmatica uerò in principio fiat cōsimiliter euacuatio cum pharmacia, aut clysteri, ut docetur de soda phlegmatica, deinde fiat phlebotomia diuersua, ut altera die, aut applicatio uentosarum, ut supra, & extractio sanguinis maior, quàm in cholericæ aliis paribus; quia in casibus talibus minus ueretur humorū incrudatio, quàm eorū ebullitio. & aduerte, quod dictum est de phlebotomia in de sanguinea, & cholericæ; quando scilicet debet præcedere pharmacia aut econtra. de quo in dubiis. fiantque diuersiones, ut supra de soda phlegmatica, prohibitionesque de fluxu materiæ, ut de catarrho non acuto. & particulariter, ut supra procedes in principio utēdo percussiuis. & laudatur acetum cum aqua ro. syrupus acetosus simplex, & præcipuè quando materia est grossa uiscosa: quando uerò non est talis, diamorō, & huiusmodi, quæ sunt styptica, & non incisua sunt conuenientiora. considera. oxymel simplex cum aqua, & aceto. unde Auic. & ex eis est gargarismus factus ex oxymelle, & aqua, & aceto; ipse enim est maximi iuuamenti, in initio calidæ & frig. item maximè commendatur lac, & omni tēpore, & in omni causa. item rob mororum, item diamoron cū aqua, & aceto. laudatur maximè succus nucum recentū in principio ab auctoribus, quo non utor propter ipsum esse gustui abominabile. uide ipsum in Mes. xi. dist. antidotarii. ualeat & succus ro. item alumen iameni, & habet proprietatem in hoc. in augmento uerò fiat, ut supra mixtio stypticorum cum resolutiuis uincētibus stypticis. in statu uerò sint æquè potentia. in declinatione uerò uincāt resolutiuæ, quæ sunt hæc, mel, crocus, myrrha, piper, cinnamomū, pirethrū cassia fistula, ficus, foeniculus, sinapis, raphanus, baurach, sal armoniacū, calamentū, stercus hyrundinis, & terra, ex qua faciunt nidum, ireos, stercus canis, stercus infantis, cubebe ameos, squinantū, alumē iameni, aristolochia, costus, spica folium, uinum, absinthium, assa, cōfectio de musco Aui. primo tractatu quinti, hyssopus sicca.

C In melancholica uerò procedat, ut dictū est de phlegmatica, ita tñ, quæ minus sicca sint ea, quæ in melancholica, & hoc ad generalia, & particularia, & præcipuè respectu eorū, quæ ad intra sumuntur ex medicinis. ad extra uerò applicentur emplastra, unctiones, & huiusmodi habentes uirtutē attrahendi, & resoluendi, quæ in sua operatione tēperent sibi diuersitatē tēporis; quoniam in principio uerenda sunt; sed in statu, & declinatione securius administrētur. in statu quidē nō multum resoluētia, sed modicū à temperamento: distantia tñ uersus caliditatē. in declinatione uerò sint resoluētia mul-

to plus. vnde potes ex his componere. vnde in statu competit lana infusa in oleo chamæmillino, & collo applicata. item stupa infusa in vrina pueri, & sub cinere calido calefacta, & panno inuoluta collo apposta. item commendatur emplastrum factum ex melle, stercore infantis, vel canis, vel hyrundinis, & huiusmodi: & ista foetida abiicio, & humanum stercore specialiter. item laudatur, & præcipue in declinatione lana cum hyssopo humida, inunctio ex oleis calidis resolutiuis; vt oleum liliorum, anethinum cum pinguedinibus, & emplastra resolutiua. & nota, quod nunquam ad extra debent repercussiuæ collo applicari. item valet emplastrum ex dialthæa quarta. i. & mucillagine seminis lini, foenugræci. ana. 3. i. medullæ cassiæ fistulæ, butyri recentis sine sale. ana. 5. 5. oleum amygdalarum dulcium. 5. ij. est maturatiuum. cum autem non succedit cura cum his medicaminibus, & res est posita quasi in desperatione; procedunt artifices manuales duobus variis modis. primus, quem tangit Auicenna. nona tertij de cura eius, inquit. & quandoque intromittitur in guttur eius cannula facta de auro, vel de argento, vel similibus, quibus adiuuantur ad inspirandum, secundus modus est, quoniam fit subscantio ad extra, & modus tangetur in dubiis. recurre ibi. & est etiam modus tactus ab Auicenna loco allegato. plurima medicamenta ponuntur ab Auicenna. sed domesticiora narraui, & in eis non multiplicauit; quoniam multa dicuntur de apostematibus amygdalarum gutturis, quæ etiam huic loco sunt afferenda; vt sunt puluerum insufflationes, & huiusmodi. & ideò studio aggrega has rubricas duas. nolo tamen præterire tertium modum, & est, vt ligetur modicum spongiæ cum filo forti, & liniatur melle, & transglutiat, si possibile est, vel quodammodo per vim impellatur, deinde extrahatur; rumpit apostema, vt patet. ite postremo laudatur mirabiliter filum intinctum cum sanguine miræ, aut mirice marino, cum quo stranguletur serpens, & deinde circumdatur collum squinantici. vnde Auicenna. illud enim confert iuuamentum mirabile bonum pertransiens quantitatem eius quod timeretur. item maximè laudatur emplastrum de lumbricis terrestribus contusis. item de scabiola.

Vltimus completur cum sedantibus dolorem; ut est syrupus de papauere, syrupus violæ. & ea clausuram gutturis elargiant, de quibus dictum est in. iij. ca. & tu ibi plani habes.

De ægritudinibus vuarum, & apostematibus amygdalarum gutturis. Rubrica. 6.

Quid nam sit vula, quid amygdalæ, dictum est in principio capituli. vula quidem patitur casum, apostema, & vulnus. in cura quidem casus aperietur cura omnis malæ complexionis, & cum materia, & sine. casus itaque vuarum non est, nisi quædam eius elongatio, & in extremitate eius ingrossatio, qua impeditur actus deglutitionis, & transpirationis. ex materia à capite ad ipsam profluente contingens, quæ secundum plurimum est materia phlegmatica, vt dicebatur de squinantia. quod disputabitur in dubiis. sed color manifestat cum caliditate, ac dolore perceptus cum in sanguinea rubedo, caliditas, maior dolor &c. ut sæpe dictum est in comparatione ad hæc, vel similia in phlegmate. quod suo modo de melancholica, & cholericis dicendum est.

SIGNA demonstratiua ex parte malæ complexionis materialis, & immaterialis sumantur ex habitis in præcedenti rubrica. quodque de causis intellige; quoniam causæ vtrobique sunt eadem, vel similes.

PROGNOSTICA. timendum est vulam incidere; nam ad eius incisionem sequentur nocumenta plura, de quibus in de cura casus eius statim. est nanque eius casus quadoque cum febre. quandoque sine febre. & secundum plurimum casus ex causa ca. est cum febre.

CURA in casu in materia calida seruentur canones. primus ordinatio dietæ ex parte sex rerum non naturalium, vt declinent ad oppositum causæ. & pro his recurre ad tractatum quartum. secundus est euacuatio. tertius diuersio. quartus est administratio particularium in diuersis partibus. secundus perficitur phlebotomia, maximè; quando sentitur caliditas vehemens, & uidetur rubedo, fiatque ex cephalica dextra; si aliud non obstiterit, vel ex basilica; si

repletio fuerit te ad hoc inuitans iuxta canones supra de soda sanguinea. & tu ibi. quod, si ætas non patitur; recurre ad ventosas, ut sæpe dictum est. quod, si fuerit ex humore alio à sanguine commixto; tamen sanguini phlebotomia vt dictum est, deinde euacua cum solutiuis, & alterantibus, vt dicebatur de squinantia. pro quibus solutiuis recurre ad ea, quæ de soda iuxta opportunitatem. si uerò fuerit non admixta sanguini, & ægritudo non multum fuerit acuta, sed dans inducias; euacua in cholericis cum aqua fructuum, & huiusmodi, ut supra de soda cholericis, quæ sunt alteratiua, & euacuatiua, & cum clysteribus. & simili modo fiat de phlegmatica, & melancholica si continget. & tu ibi. quod, si ægritudo fuerit infesta, & timuerimus de eius multitudine &c. credo vtillimam fore phlebotomiam diuersiuam ex cephalica dextra super manum, vel applicatio ventosarum in spatulis, vel naticis. tertius completur diuersionibus ad plenum de soda phlegmatica, cholericis &c. quibus tamen addo quasdam speciales. laudatur tractio capillorum uerticis capitis vsque ad separationem cutis ab osse. & dicit

Mes. quod est ex expertis, & ilico vulam eleuat. credo uerum, sed nondum ausus fui experiri; quoniam, si non succederet; ignominiosum foret. valet in hoc casu extractio aurium, & eleuatio earum fortis ad superiora cum forti dolore. item fiat abrasio zudenegi, & superponatur ventosa; facit enim ad subitam eleuationem. item indifferenter super locum illum sistentia catarrhum posita ualde conferunt. unde in principio casus eius valet; si liniatur locus ex succo acaciæ, vel ex gallis adustis cum aceto, uel ex his fiat sacculus. item fiant caputpurgia diuertentia materiam, & ex quibus supra de soda, ubi fortia & debilia ponuntur. & tu quidem cum debilibus in principio; ne sequatur ex fortibus materiæ disruptio maior, & si fuerit purgatio conueniens, & diuersio; competunt sternutationes, & hoc uoluit Mesue cum inquit. Et sternutamenta etiam conferunt eis. quartus completur administrando in principio styptica prohibentia fluxum, & malam qualitatem inductam alterantia; ut in calida cum frigidis, & stypticis gargarizando ex aceto, & aqua rosæ. uel cum aqua, vel cum succo granatorum, & ex aliis; ut de squinantia dictum est in eius principio, & tu ibi. item insuffletur cum penna, vel cum canna puluis subtilissimus factus ex sandalis, balaustis, rosæ. aut semine earum cum modico camphoræ, & consimiliter de aliis similibus ad plenum, de squinantia. & menti habe, quod omnes istæ quatuor intentiones debent in eadem die compleri, si possibile est, saltem euacuatio, diuersio, & prohibitio fluxus materiæ. tractato uerò principio addantur, quæ aliquam habent virtutem abstergendam; sicut est mel rosæ. cum aceto, diamoron cum aqua saluiæ, item syrupus myrtinus cum modico salis armoniaci. & ponatur in capite instrumenti, & applicetur vuarum ipsam comprimendo, & eleuando ad superiora, & exteriora. item Recip. pirethri. 3. i. myrti. 3. ij. fac puluerem, & utere cum instrumento. & consimiliter compone ex calidis & frigidis, & hanc leuationem fac leuiter. quod, si est necessaria maior resolutio; fac, vt calida vincant secundum quod videbitur; nam in calida squinantia afferas ad tuum propositum hic.

In phlegmatica uerò in principio utere stypticis, quæ in caliditate non sunt eleuata. unde valet diamoron cum aqua hordei, syrupus acetosus cum aqua eadem, vel cum aqua calibeatæ &c. posita supra de squinantia ex phlegmate. & nota hic, & pro dictis etiã dictum Auicenna. de cura eius, inquit. quod si styptica eã acquirere faciunt duritiem & coarctationem dolorosam; administra in ea mucillagines, & gummi arabicum, & dragagantum, & amilum, & sarcocollam, & semen maluarum. tractato uerò principio gradatim procede cum resolutiuis mixtim cum stypticis, ut supra de squinantia. & hmoi sunt sal armoniacus, pirethrum, almuri, &c. posita in de squinantia, cum quibus potest componi puluis, cum quo instrumento eleuetur. medicamen ad hoc. balaustiarum. 3. ij. aluminis iameni. 3. i. croci camphoræ. ana. quartam. 3. unius, fiat puluis subtilissimus, cum quo & paruo cocleari eleuetur. aliud optimum. gallarum, salis armoniaci, ana. 3. i. alu-

minis, myrrhæ, ana. ʒ. ʒ. utere post gargarisma ex diamorone, & aceto. aliud magis usuale. R. cinnamomi, zinzib. piperis, balaustrarum, corticum granatorum, foliorum ros. & seminum earum. ana. utere, ut dictum est; est enim expertum. quod, si cupis exiccare materiam cum compositis magistralibus; quære in Nico. diamoron, diaprasium, diaphylopum. & quidam ponunt cauterium in zudenegi, sicut dictum est de catarrho. quidam raso capite in loco, ut supra saltem in pueris applicent petiam de scarlato, in quo est modicum thuris, picis, & masticis in modum ceroti.

Si uerò per hæc medicamina cura non perficitur, sed uua magis intumescit, & dolor augetur; tunc utendum est matu ratiuis; sicut decoctione ficuum, dactylorum, passularum, ro. radicis lilii, & huiusmodi, de quibus in de squinantia. & ex eisdem rebus, uel fœce earum remanente fiat emplastrum ad extra. & cum ad maturationem peruenerit; aperiatu r cum instrumento, ut supra de squinantia. deinde expressa sanie mundificetur locus cum sief, ut in de mundificatione apostematis gutturis. sed, si possibile est, omnis cura adhibeatur; ne ad saniationem perueniat cum rebus stypticis; ut sunt myrtus, balaustra, rosæ, cyperus, myrrha, & huiusmodi, de quibus in de squinantia.

Accidit autem quandoque; ut uua à natura non regatur debite; imo pendet gracilis lata multum uersus radicem eius, & est in extremitate inferiori ingrossata. quo casu oportet ad incisionem peruenire. tu tamen nota, antequam incidas dictum Hippoc. unde Mes. de cura eius. si autem uua tumida, & rubea fuerit secundum Hippo. mandatum timendum est eam incidere. quare satagendum, si rectificari potest. si uerò ad gracilationem, & nigredinem tendit; expectetur super eam, usque dum relicta sit à natura, & tunc incide. unde Aui. cum autem est rubea appensa; tunc eius incisio est timorosa: & quandoque manat sanguis, & non abscinditur per aliquam medicinam. & antequam ponatur modus, documentum inidendi; eam scribam nocumenta, quæ ex eius incisione sequuntur; & ut incisor non præcipitet inaduertenter in eius incisione. & ex nocumentis est nocumentum magnum in uoce, ut à modica distans; imò ualde parua uox carente ea audiatur, & ego uidi talem. secundum est detectio pulmonis frigori, & calori, ita ut tussim facilliter ex omni incurrat frigore, & calore. tertium est sitis, à qua continuè molestatur. quartum est detectio stomachi, ita ut ex caliditate, frigiditate, & pluribus huiusmodi facilliter patiatu r. unde & stomachus uehementer læditu r; læditu r enim ex eius carentia pectus, pulmo, ita ut frigus in eis figatur, donec moriatur patiens.

Quintum, quod ex uehementi dolore dubium est, ne augmentetur apostema, & maximè si fuerit crudum. itè, quod est magis timorofum, quod sæpe ex eius incisione manat sanguis, ita quod nullo modo retineri possit. & scito, quod tales ut plurimum phthisici moriuntur.

Debet ergo operator prius eam considerare. quod, si uiderit eam esse tumefactam in parte superiori, & non inferiori; tunc nullo modo incidat. si uerò in parte superiori fuerit multum gracilis, & in inferiori grossa fuerit; quia albi coloris, nigri, aut fusci, uel liuidi; tunc procedatur ad incisionem modis quibus statim. unde Mesue. Si autem uua corrumpitur, & mortificatur, & pendet gracilata à radice eius; tunc oportet, ut incidatur. si uerò rubei coloris dimittatur iuxta mandatum Senis; quoniam signum digestionis non portendit; sed fluxum, & acutam materiam, & quod à natura nondum est derelicta. si uerò fuerit subtilis, & longa, sicut cauda muris equitans linguam absque repletione, aut rubedine, aut nigredine; est parui timoris præcedente, euacuatione, ut supra in secundo canone. procedatur ad eius incisionem, & aliter non. nam ut Auicem. Incisio nanteque cum repletione, uel rubedine est timorosa. modus enim incidendi ponitur multiplex: primus est & est Albucasis ut quod sedeat patiens coram medico in sole, & aperto ore comprimatur lingua cum paleta ad hoc apta. deinde apprehendatur cum uncino, & cum forpicibus obrusis incidatur. post autem eius incisionem immediatè fiat gargarismus ex aqua, & aceto cum modico aluminis. quod, si

A autem sanguis emanuerit; ponantur uentosa retro collum, & administrentur trochisci de charabe cum aqua plantaginis. stetque patiens declinuis ad anteriora, & iaceat supra faciem suam; ut sanguis possit ad extra fluere; & non uadat ad intra, & tussiat: imo euomat; ut mundificetur, quod intra est. secundus modus, qui magis laudatur à Mesue intromittatur cannula ferrea, in cuius extremitate sit fenestra, in qua includatur uuula. & post per cannulam intromittatur ferrum ignitum scindens, & sic cauterizando incidatur. & quoniam omnia sunt prius tentanda, quam ferrum; hinc consulo, ut à leuioribus inchoemus. & hic ponitur duplex modus. primus & est Auicem. ut sine intromissione super radicem eius ponatur assa foetida, uel alumen iameni; quoniam faciunt ipsam cadere. item R. assa foetida, aluminis iameni, salis armoniaci, aut uitrioli, misce, & cum instrumento superpone radici, ita ut ibi retineatur per horam. deinde reiteretur, donec nigrescat, & cum facta erit magna; cadet post tres dies secundum plurimum. item & est Albucasis decoquantur calamentum, hyssopus, ruta, abrotanum, chamæmilla in aceto olla cooperta buco habente tamen cannulam in parte superiori, & extremum cannulae ei applicetur, ut est possibile: cadet. hic modus uisus ita facilis operationis, quod eo non sum usus. secundus modus est cum cauterio potenciali; ut primò accipiat stylus, in cuius extremo est bombix, uel petia ipsum inuoluens, & tunc capta uua cum cannula fenestrata, ut supra intingatur extremitas styli petia inuoluta in aqua forti, & tangatur uua pluries, ut uidebitur expedire: aut sic. applicetur medicamen acutum factum cum oleo, aut sapone, uel cum arsenico dissoluto cum aliquo liquore, & teneatur medicamen usque ad medietatem horæ, quousque sit alterata: nam ex hoc ad nigredinem tendet. deinde gargarizet cum oleo ros. uel aqua ros. quia infra tres dies cadet. Albucasis post autem eius casum fiat gargarizatio cum uino, thure, & huiusmodi. postremò nota aliquos canones. primus, quod in eius incisione non radicitus incidatur, quin aliquid extremitatis eius remaneat; fortasse enim sumet officium aliud ex eo natura. Mes. secundus, quod in administratione medicaminum cauterizantium, siue acutorum ita operetur, ne partes circumstantes tangantur; quoniam ex eorum tactu læduntur uehementer. tertius, quod arsenicum, & huiusmodi magna cum sapientia administrentur; quoniam uenenosa sunt ne in descensu ad pulmonem lædant. alii, & plures cum aliis operantur cauteriis potentialibus, in quibus non est hic timor. nolo enim prolongare sermonem in his; ne ponam manum in alienam messem. si uerò fuerit in ea uulnus regatur, ut cætera uulnera prohibendo primò apostematationem eius cum canonibus dictis & seruetur ex parte diætæ, euacuationis, & cæterorum. deinde procede cum mundificatione, & cum consolidatiuis. uidi hominem habentem uuam naturaliter scissam, siue bifurcatam habentem uocem ualdè sonorosam, & amenam.

DE AMYGDALIS uerò dicendum, & earum passionibus, quod cura similis est curæ uuulae: & ideo Auicem. earum curam cum ea, quæ de uuula commiscet. unde in eis seruandi sunt canones ex parte diætæ, euacuationis, & diuersionis, ut etiam supra de squinantia. unde in diuersione hic laudatur frictio facta super focilia brachiorum cum digitis ut communiter fit, uel cum ligno rotundo, ad hoc præparato: item ligatio alii triti super partem syluestrem manus: item uentosa super brachia, & super crura: item instillatio olei amygdalarum dulcium in aure, quæ patitur dolorem calidi hora post horam; quoniam est efficax, & similiter de chamæmillino, & anethino. in particularium administratione procedatur præcisè; ut de uuula dictum est. & est hic sciendum, quod apostemata amygdalarum aut resoluuntur, aut ueniunt ad saniationem, uel indurantur. & hoc est ualdè raro: nam secundum plurimum resoluuntur, uel ueniunt ad saniationem; debes enim studere ad eorum resolutionem, ut possibile est, inchoando à facilioribus ad intra; ut uerbi gratia, in principio cum diamorone confortato cum croco, myrrha, uel cum oxymelle simplici, & aliis similibus secundum exigentiam materiam, ut supra de squinantia. deinde procede cum almuri, pirethro, sale armo. &

huiusmodi . item ad extra fiant emplastra circa guttur . & maxime commendatum est emplastrum factum ex radice multum trita , & cocta in rob uini cum adipe porci antiqua , & lota uehementer , & colata ad pondus radice cum modico salis . item ad idem radix ireos preparata , ut precedes item radix porrorum non transplantatorum preparata secundum eandem doctrinam . quod , si additur succus scabiosæ ; est emplastrum mirabile in squinantia , ubi queritur resolutio . emplastrum expertum . R . farinæ hordei , seminis lini cum . ʒ . i . carniū dactylorum , caricarum nigrarum pinguium . ana . ʒ . x . micæ panis . ʒ . vi . coquantur in rob uini , postquam trita fuerint ; & applica . si uerò resoluuntur ; bene est : si non , sed ad saniationem ueniunt ; aperiantur , & fiat , ut de squinantia dictum est . quod , si his remediis non curantur , sed tandem ad magnitudinem ueniunt , aut persistunt in esse primo ; tunc procedatur ad incisionem ; ut de uua dicebatur . ubi nota , quod Albucasis uult , quod si fuerint fusci , aut nigri coloris , dure , uel sine sensu ferro tangi non debent . dicit tamen Mes . quod si cancerantur ; tunc melior cura est cum cauterio aureo , & est timorofum . & uidentur hi uiri aduersari . considera . cumque fuerint albæ , molles , & bene tractabiles ; procedatur ad incisionem ducendo ægrum ad locum luminosum comprimendo linguam cum spatula , & capiendo uuam ex eis cum uncino bicipiti , & cum forficibus obtusis , uel simili instrumento incidantur , ita quod custodiantur panniculi , & particule adiacentes ; quoniam ex eorum incisione emittetur humiditas salialis . & fiat gargarisma primo cum aqua ros . & aceto , ut in de uulua . & expedito uno procedatur ad secundum , & non incidantur duo simul stetque patiens decliuis ad anteriora tussiat , & euomat , ut de uua dicebatur . quod , si sanguis pur emanabit ; constringatur , ut de uulua dictum est . quidam resoluunt apostemata talia cum insufflatione assæ foetidæ , uel applicatione quocunque modo facta super uuam ex ea cum melle . ego autem multa expertus fui . finaliter curauit cum incisione gratia Dei perfecti . laudat tamen Aui . mirabiliter assam , inquit . & non est ita conueniens ; ut assa foetida . & tu considera .

D V B I A .

D V B I T A T V R , utrum in principio squinantia competat repercussiuæ . quod non ; quia sic reperiendo repellitur materia ad principalia . dicendum , quod in tali repercussione materia non peruenit ad principalia , neque ad cor , neque ad cerebrum ; sed per membra uilia , & intermedia spargitur , & retinetur . item non sunt talia membra ; ut uia ad membra principalia , quemadmodum emunctoria . item , si ad principalia ; adhuc deberet fieri propter timorem suffocationis ; quoniam ex tali repulsione , ut patet , minus nocumētum sequitur . aliter alii , quod in principio , ubi materia fuerit grossa , multum uiscosa , siue melancholica remouibilis non competunt ; quia ibi per ea inculcarentur , & dubium esset de suffocatione . ubi uerò esset materia calida mobilis ; non foret illud dubium . tu considera .

D V B I T A T V R secundò , utrum squinantia secundum plurimum fiat à phlegmate . & arguitur , quod sic ; quoniam secundum plurimum squinantia causatur ex humoribus à cerebro descendētibz ad guttur , & partes eius ; sed talis secundum plurimum abundans in cerebro est phlegmaticus ; ergo . & pro isto est Marsilius patauus , iiii . Aphor . Apho . xxxiiii . & dubio secundo , in oppositum uidetur Auicē . propter hoc ; quoniam ueniens ad curā squinantia de ipsa facta ex phlegmate parua , & quasi nullam facit mentionem respectu eius , quod scribit de facta ex sanguine longum sermonem faciens de sanguinea , tanquam de ea , quæ frequenter accidit . & pro isto uidetur expressè Gilbertus anglicus in sua practica inquit . fit enim ex humoribus acutis à capite descendētibz . item Gerardus de solo super nono Almanf . cap . de squinantia inquit . & hoc apostema fit secundum plurimum à sanguine , cuius signum est plenitudo uenarum , rubor faciei , & pulsus magnitudo . & Gordonius . Squinantia fit , ut plurimum de sanguine . pro dubio teneatur conclusio quod secundum plurimum fit à phlegmate , ut experientia ; quoniam quotidie uidemus conquerentes de squinantia saltem parua , in quam homines frequēter , & communiter iu-

E currunt non pati calorem , ruborem , pulsus magnitudinem pro illoque est ratio adducta ante oppositum . ad Aui . dicendum , quod de illa maxime tractauit tanquam de periculofiori , & ratione quantitatis , & qualitatis , materię . ad Gilbertum dicendum , quod etiam humor frigidus sua quantitate etiam potest dici acutus . ad Gerardū , qui expressius locutus fuit , dicendum , quod locutus est de periculofiori ; quoniam periculofior secundum plurimum est ex sanguine uel aliter , quod fuit illius opinionis . & similiter ad liliū .

D V B I T A T V R , etiam utrum squinantia possit à materia melancholica causari . arguitur , quod non ; quoniam est morbus acutus , & citò terminatur ; sed ex humore melancholico non fit morbus acutus , & cito terminabilis : ergo &c . Confirmatur : quia fit ex humore fluente ad partes gutturis ; sed melancholia est humor grauis quasi immobilis : ergo &c . & pro isto est expressè sentētia Viatici cap . proprio . in oppositum est Auicē . nona tertiū de squinantia inquit . uerum non elongatur cum raritate ipsius , quin accidat subito , uel paulatim , deinde suffocet . pro dubio tenendæ sunt hæ conclusiones . prima , quod squinantia à melancholia rarò poterit contingere : patet conclusio ; quoniam sua quantitate , & grossitie , & cum grauitate cito potest meatu & obstruere quæcunque : nam non uidetur quid obstet . nec obstat dictum Viatici , quod talis morbus citò terminetur : cum præfocatio quandoque quadraginta prolongetur diebus . Aui . Allegato cap . & hanc conclusionem uoluerunt Auicē . & moderni . secunda conclusio , quod difficile est , quod præfocatio à materia accidat melancholica . hanc conclusionem uoluit Viaticus ita quod ibi Viaticus impolubile pro difficilius , & rarissimè contingenti expressit . ad rationes patet quid dicendum .

D V B I T A T V R , utrum in squinantia competat subscantio . quod non , arguitur ; quoniam communiter operantes non faciunt , quod nō est ponere insufficientes . itē ex lectione sequuntur magna pericula . primum ; quoniam sanguis fluet ad pulmonem aptus facere suffocationem . secundum quoniam aer liberè nō modificatus ingreditur pulmonē . unde grande sequetur nocumētum , ut de incisione uue dicebatur , & tertio prognosticorum . item hoc non debet fieri , nisi quando res posita est in desperatione ; sed morituri solis prognosticis sunt relinquendi primo apho . comment . 8 . Gal . ad oppositum Aui . uel ut supra Albuca . ii . iiii . cap . & Halyab . nono practica . prima conclusio , quod stante uirtute , & nullo alio annexo auxilio ualente debet fieri subscantio . hæc conclusionem uolunt illustres medici nominati . secunda conclusio , quod ante subscantionem debet medicus protestari . modus autem , quomodo fieri debet est talis sedeat patiens super sedem posterius eleuatam ; ut eius dorsum conseruetur , eiusque caput subleuetur , excorseturque cutis , & panniculus , qui sub ea est , & cum tenaculis protrahatur ad diuersa . deinde sub tribus , uel quatuor semicirculis epiglottis inter unam cartilaginem , & alia in panniculis fiant tres , aut quatuor fixuræ rotundæ ; ut duæ sint uersus dextrum , & duæ uersus sinistrum , uel fortasse duæ sufficiēt laterales , dimittanturq ; apertæ , donec periculū recesserit . & expeditis necessariis tua sit intentio tota in subito consolidandum , & incarnando . unde Albucasis primo . fuit eas , & postea cum incarnatiuis procedit . & tu eo casu consulte chirurgicos . ad rationes ante oppositum dicitur , quod communiter operantes ex hoc accusantur ; quoniam sunt in experti , & formidantes . ad secundum , quod incisione sic facta fluet sanguis ad extra . & quod dicitur de aere , uerum est , quod cedet ; sed modica tēpore , ubi ex incisione uue erit læsio magna tēpore . item minus malum semper eligendum , nam hic coactè fiet . item ponetur patiens , & poni debet in aere rectificato calido ; ut in æstuariis , ubi comburentur cortices citri , & alia cordialia . ad ultimum dicendum , quod dictum Gal . intelligitur uirtute existēte debili . quod non est in casu nostro .

D V B I T A T V M etiam erat , utrum in omni squinantia competat phlebotomia ; quonia neque in cholericæ , neque in phlegmaticæ & minimè in melancholicæ competere uidebatur ex canone generali . caue , ne ægrum &c . oppositum est supra . prima cōclusio , quod in principio squin-

tiæ sanguinæ competit phlebotomia euacuatua, & diuer
fua. conclusio est ex se nota intelligenti. secunda, quod in
omni tali ex alio humore sanguini commixto competit
phlebotomia, ut patet in præcedenti. tertia conclusio. quod
in phlegmatica, & cholericæ competit phlebotomia diuer
fua. patet conclusio; quoniã per ipsam prohibetur aduētus
apostematis ita periculosi &c. & pro ista conclusione uide,
quæ posita sunt de apostematibus oculorum in dubiis. quar
ta conclusio, quod minor debet esse ea, quæ fit in cholericæ
quàm in phlegmatica aliis paribus; quia magis timetur flu
xus in cholericæ, quàm in phlegmatica.

DUBITATUR iuxta hæc, an phlebotomia debeat
feri ex eadem, uel de parte contraria dolori. prima conclu
sio, quod in principio materia existente in fluxu, & multa
debet fieri ex parte contraria. & causa patet intelligenti.
secunda, quod materia iam existente fluxa si competit; fiat
ex eadem. tertia conclusio, quod materia existente pauca
competit phlebotomia in principio ex eadem parte. & tu
pro his conclusionibus recurre supra ad dubia de oculis.
quarta conclusio aliquantulum moderans primam, quod squi
nantia contingente ex retentione sanguinis fluere consue
ti, fiat phlebotomia in principio ex eodẽ latere: uerbi gra
tia, si ex retentione hæmorrhoidarum, aut menstruorum
contigerit. hanc cõclusionem uoluit Mes. expressẽ proprio
cap. & Auic. ix. tertii de cura decolationis, & præfocatio
num. & patet ex causa; quoniam habilius, & congruentius
fiet diuersio, & euacuatio, ut patet intelligenti.

DUBITATUR etiam, utrum pharmacia debeat præce
dere phlebotomia in squinantia. respondendum, prima cõ
clusio, quod in sanguinea debet præcedere phlebotomia
præcedente aliquanti lenitione uentris facta per clyster; nã
hæc duo in eodem non dico die, sed mane perfici possunt.
secunda conclusio, quod in squinantia ex aliis humoribus
non commixtis sanguini, si non erit magna furia, debet
pharmacia præcedere phlebotomiam; quoniam per ipsam
conuenientior fiet cum diuersione euacuatio. tertia con
clusio, quod, si materia erit multa de cuius multitudine, &
nimio fluxu dubitabitur; debet phlebotomia præcedere
pharmaciam. patet conclusio; quoniam sic melius obuiabi
tur futuro apostemati. iste tamen conclusiones sunt natura
les. considera. quarta, quod, ubi fuerit mixtio humoris cum
sanguine, fiat, ut dictum est de sanguinea.

DUBITATUR, utrum uentosa debeat subito sup col
lum, uel nucham poni. quod nõ, uidetur textus Auic. de ser
mone uniuersali curæ apostematũ gutturis, inquit. & oport
et, ut trahatur materia ad partem diuersam statim cum uē
tosis positis super loca longinqua opposita ei. oppositum
Mes. cap. proprio inquit. & positio uentosarum super zude
negi est iuuamenti magni, & super nucham. & hoc est in
completo diuersionem ab eo scriptam. ita quod in diuer
tendo laudat Auic. super loca longinqua. & Mes. super pro
pinqua. credo dicendum, quod primò debet poni in parti
bus longinquis; deinde ponendæ sunt in partibus propin
quis Mes. præsupponit ipsas positas prius longinquis &c.
unde Auic. locutus est de diuersionibus uniuersalibus:
Mes. uerò de particularibus. & tu considera.

Postremò nota in hac materia, quod dato, quod guttur
non sit membrum principale; tamen, quia deseruit multum
ac coutinnè. & necessariò principaliori; quia cordi: hinc
est, quod ex eius læsione nocetur cor. quod, si cõtingat apo
stema gutturis esse notabile, uel modicum notabile; statim
superueniet feb. item notandũ, quod dato, quod lac sit quid
singulare; in casu tamen quando est fest. est considerandum
ne putrefiat, & putrefactum lædat. item nota, quod trachea
habet colligantiam magnam cum lacertis oculorum, & lin
gua, & in omni apostemate magno gutturis læduntur hæc
membra. item notandum, quod dato, quod mucillago pillij
& citoniorum sit frigida, & humida, & posita sit cum matu
ratiuis, & rumpentibus; ipsa posita sunt; ut caricas ferment
tum, & cætera maturatiua, & ruptiuæ adhæreant. ruptoriũ
hoc in loco memoratum à Gordo. cum apostema tale est
aptum rumpi per exterius factum ex sapone albo, & calce
uiuæ, & oleo laurino.

APHORISMI.

Ex. iij. Sect. xxii. Aphor.

Autumno uerò, & plurimi æstiu morbi fiunt, & febres
quartanæ, & erraticæ, & lienes, aquæ inter cutem, & tabes
& stillidium urinæ, & difficultates intestinorum, & leui
tates intestinorum, & coxendicum dolores, & angina, &
anhelationes, (quas græci asthmata uocant) ilei, morbi co
mitiales, furores, atræ biles.

Ex. iij. Sect. xxxiiij. Aphor.

Si à febre habito, tumore non existente in faucibus, strã
gulatio repente superuenerit, letale.

xxxv. Aphor.

Si à febre habito collum peruertitur, & uix potest de
uorare, sine ullo tumore; letale est.

Ex. v. Sect. x. Aphor.

Quicumque ab angina liberantur, iis ad pulmonem uer
titur, & in septem diebus pereunt; si uerò has effugerint;
suppurantur.

Ex. vj. Sect. xxxvij. Aphor.

Ab angina habito, si tumor fiat in collo; bonum.

Ex. vij. Sect. 50. Aphor.

Ab angina habito, tumor, & rubor in pectore superue
niens, bonum; extra enim uertitur morbus.

ARGUMENTVM IN CAP. X.

E Numerantur dispositiones sex & decem pectoris, at
que pulmonis: eaque sunt anhelitus, & constrictio,
& difficultas, asthma, tussis, uox læsa, raucedo, & a
speritas, uox breuis, grossa, subtilis, tenebrosa, trepida, spu
tum sanguinis, pleuritis, peripneumonia, empyema, & ph
thisis. anhelitus igitur est motus diaphragmatis pectoris,
& pulmonis dilatatus, & constrictius quiete interceptus
ad aerem frigidum attrahendum, & calidum, & ad fumos
expellendos. causæ difficultatis anhelitus sunt nouem, in
C flammatio ignea cordi dominans, uel frigus impediens uela
men ab aere contingens, aut ab emplastro super pectus po
sito, aut super hepar, aut super stomachum: aut propter
medicinam mouentem, & non soluentem, aut clyster acu
tum non soluens, aut phlebotomiam factam in pleurisi non
opportunam. constrictio quidem causæ multæ sunt:
itaque illas omittam; cum in rubrica constituentur. qua
propter asthma, ut Auicenna decima tertij placet, est ægri
tudo pulmonis, cum qua æger non inuenit excusationem
ab anhelitu frequenti: cuius causa, ut plurimum est multitu
do humiditatum uiscosarum in canaliculis pulmonis, uel in
eius raritate, siue locis uacuis: sed dici potest in causa esse
uel debilitas uirtutis lacertos mouentis, uel stypticatio in
strumentorum spiritus, uel calor, uel nimium frigus cordis,
uel pulmonis. huius ægritudinis species tres connumerat
Auicenna; dispnœa nempe, quæ est; cum aer difficilè attrahi
tur ex impotentia uillorum longitudinalium: quando ue
rò ex impotentia latitudinalium cum sonatu difficulter ex
pellitur; uocatur asthma: sed, quando utroque modo acci
dit; appellatur orthopnœa. tussis autem est motus pulmo
nis, & pectoris cum dilatatione, & constrictione factus:
quo natura eorum, aut membrorum communicantium eis
nocumentum conatur expellere. causæ cuius sunt cum asth
mate communes. leditur uox tripliciter ablata, diminuta,
& corruptè; cuius causa aut est in membris mittentibus:
aut in membris facientibus. raucedo quidem uocis est uox
aspera ab humiditate, aut superficie cannae inequalitate
causata. uocis autem crassæ causa est dilatatio meatus ex
nimia stomachi repletione, aut ex nimia uociferatione, aut
ex uehementi attractione, & constrictione aeris. sed uox
subtilis fit ex constringentibus, & exiccantibus. fit sanè te
nebrosa

Practica. S.

V 4

nebrosa

nebroſa ex crassa humiditate ualde: *trepida ab humiditate minori mollificante, quam sit humiditas mollificans in abſciſſione. ſputum uero ſanguinis trahitur à capite, uel à partibus adiacentibus. pleureſis ſanè eſt apoſtēma ſatis pūgitiuum in lacertis peſtoris, aut uelamine cooperiente coſtas, aut diſtinguente contingens: cuius cauſa ut plurimum eſt cholera, uel ſanguis cholericus. pleureſis quandoque ſit peripneumonia, quandoque empyema, quandoque phthiſis quapropter peripneumonia eſt apoſtēma calidum in principio in pulmonem, non ſanioſum: cuius cauſa ut plurimum eſt materia phlegmatica. empyema uero eſt collectio ſaniei in concauitate peſtoris ſerè ſemper contingens. cognoſcitur per ſputum ſanioſum. phthiſis quidem eſt, ut Meſue aſſerit, detrimentum cadens in corpus deſiccatum, & conſumptum ex calore februm minutarum adurentium cum pulmonis exulceratione. ex cauſis uerè phthiſis quedam ſunt ab alijs membris pulmonis communicata, quedam ſunt in ſubſtantia ipſius pulmonis orta.*

De diſpoſitionibus peſtoris & pulmonis.

De anatomia, & complexione peſtoris, & pulmonis.

Rub. 1.

Pro habenda notitia anatomie horum membrorum primò ponam deſcriptiones eorum cum ſuis declarationibus, ex quibus ſatis ſufficienter eorum aperitur anatomia.

PECTVS, ut differentia clxxxix. eſt cordis, & aliorum membrorum uitæ tamen ad euentationem ipſius ordinatù, & xij. ſpondilibus. & xxiiij. coſtis de offe thoracali coſtructum. peſtus namque eſt uenter medius in ſe principaliter continens cor, quod eſt uirtutis uitalis ſedes, cuius anatomia in ſequenti ponetur cap. continet alia plura, ut panniculos, & pulmonem. panniculi enim ſunt tres; mediſtinus qui diuidit concauitatem peſtoris per medium ab anteriori ad poſterius. unde & diuidit pulmonem etiam per medium, nec eſt panniculus unus, & continuus, nec neruoſus; ut cæteri. & fecit hæc natura, ne nocita dextra pulmonis noceatur ſiniſtra. & e contra. & hic panniculus ſuſpēdit pulmonem ad peſtus, & ſuper ipſum colligitur ſanie in empicis. poſt ipſum eſt pleura, qui eſt panniculus ſubſtantialiter durus, & neruoſus in quantitate magnus cooperiēs omnes coſtas interius. & hic colligentiam habet cum omnibus membris contentis in peſtore, & ab ipſo cæteri oriuntur panniculi. tertius panniculus eſt diaphragma, qui eſt panniculus carnoſus, qui eſt in fine peſtoris, & coſtarum altior in parte anteriori, quam poſteriori. & cauſa fuit, quia myrach comprimitur in hora expulſionis fœcum, & ſi non eſſet eleuatus; læderetur tunc, ut patet, & per partem eius carnoſam continuatur cartilaginibus coſtarum mendolarum in parte poſteriori cum ſpondili. xii. ex ſpondilibus renum ita, quòd ſperat ſpiritualia à naturalibus, & prohibet eleuari uapores malos fœcum, & aliarum, quæ ſunt in uentre inferiori, & ad cor & ad ea, quæ in peſtore continentur. & uocatur phrenum mentis, uel metaphrenum; quia eo nocito læditur mens; uel quia prohibet eleuationem uaporum, ex quorum eleuatione, & peruentione ad ſuperiora læderetur mēs. quantum uero ad partem eius neruoſam, & panniculoſam colligatus eſt cum pulmone, ut ipſum moueat motu anhelitus mediātibz neruis, qui ad ipſum ueniunt ex cerebro, & nucha. unde poteſt hic panniculus dici muſculus, differt tamen ab alijs muſculis; quoniam alii in locis quibus oſſibus applicantur ſunt cordoſi, in alijs carnoſi. diaphragma uero eſt e contra. & cauſa eſt, quia diaphragma habet principaliter mouere pulmonem, & non coſtas. nūc autem omnis muſculus ad chordam eius debet eſſe continuatus cum membro, quod habet mouere, habet etiam iuuare myrach, & inteſtina in expulſione fœcum. præter autē panniculos, & pulmonem, ut in deſcriptione dicebatur, continent oſſa, de quibus aliquid agā ante ipſius pulmonis ana-

Etomiam. oſſa enim peſtoris ſunt coſtæ, & oſſa thoracis, coſtæ ſunt uigintiquatuor. xiiii. uerè. x. mendolæ. uerè dicuntur, quæ ſunt oſſibus thoracis continuata ad cooperiendum, & complendum peſtus. mendolæ uero, quæ ſunt breues, & non continuæ. ſed inter ipſas eſt diſtantia notabilis; ut conuenientior poſſit fieri peſtoris dilatatio. oſſa uero thoracis ſunt. vii. continuata cum. xiiii. coſtis ueris, & inter iſtas coſtas, & oſſa ſunt cartilagine continuantes unū cum alio. ex quibus oſſibus cum cartilaginibus ſuis componitur furcula peſtoris, & quedam ſcutalis, cartilago uocata pomum granatum factus ad cultodiendum oſ ſtomachi.

De eius autem complexione quid dicendum, patet; non eſt enim membrum, ſed quid ex membris compositum. cuius complexione, ſi ſcire uolueris; fac eam ex componētibus reſultare. & tu conſidera.

FANATOMIA pulmonis. unde pulmo eſt terminus caliditatis naturalis ad euentationem cordis ordinatus ex panniculis, carne ſimplici, ramis tracheæ arteriæ, & uena arteriali, & arteria uenali conſtitutus, ut. xcix. colligitur differentia. dicitur terminus naturalis; quia ſeparat, & diſtinguit inter animalia; nam calidiora eguerunt in euentatione caloris pulmone; ut ſunt ſanguinem habentia. reliquis uero ſufficit euentatio, uel cum branchiis; ut piſcibus, uel cum ſuccentorio; ut in citionis, ut in de inſpiratione, & reſpiratione Aristo. habet enim pulmo panniculum eum inuoluentem dantem ei ſenſum aliqualem, ad quem terminantur orificia uaforum trium iam dictorum. caro autem eius, quæ ſimplex eſt ad intellectum medicorum uacuitates replet medias inter ramos uaforum iam nominatorum; ut eos ſuſtentet, & aer in eo receptus, antequam ad cor perueniat refrangatur, & præparetur. & hæc quidem caro in reſpirationibus eſt alba, quam albificat mixtio aereitatis. propter quod in embrionibus eſt rubea; cum pulmo ſanguine nutriatur ſubtili, & non reſpirent ipſi. x. tertii. ii. ca. oritur autem uena arterialis à dextro cordis uentriculo portans ſanguinem nutriturum pulmonem. arteria uero uenalis à ſiniſtro oritur uentriculo, & deſert aerem frigidum à pulmone in cor & aerem calefactum in fumos capnoſos ad pulmonem. trachea uero arteria, quæ dicta eſt canna pulmonis in medio dictorum uaforum exiſtens, portat ad extra aerem calefactum, & ab extra deſert ad intra aerem frigidum. pro cuius notitia ſciendum, quòd iſta uafa cum ueniunt ad pulmonem; in duos diuiduntur ramos, quorum unus uadit ad dextrum, alius uero ad ſiniſtrum. & iterum hi diuiduntur in alios duos quorum unus ad ſuperius, alius ad inferius. & iterum in eis procedit diuiſio, donec ueniant, ut ſint rami parui dicti capillares, & iſti adinuicem contexuntur; ſicut rete, & ſic componunt ſubſtantiam pulmonis. ſit ergo iuxta poſitio eorum ramorum; nam rami tracheæ arteriæ iuxta poſiti ramis uenæ arterialis recipiunt ſanguinem quo nutriuntur, & à ramis arteriæ uenalis aerem calefactum quæ ad extra portant. & rami arteriæ uenalis recipiunt à ramis tracheæ iuxta poſitis aerem frigidum ab extra attractum. & iuxta hoc nota in practica, quomodo ſanie peſtoris, aut ſanguis ad extra ducitur: nam materia aggregata in peſtore, quæcunque ſit illa fortitudine uirtutis expulſiue peſtoris, impellit ad pulmonem. deinde, cum pulmo dilatatur; aperiantur rami tracheæ, qui alijs multò latiores ſunt, & per illos ſit attractio materiæ: nam alii rami hora anhelitus non aperiantur. & ſic de paruis ad maiores expellitur materia, donec ad truncum magnum ueniat, quæ cum tuſſi ad extra expellitur. unde in ſumma creatus eſt pulmo in cordis refrigerium, ſiue euentationem, ut ſuprà: nam dilatato pulmone aer exterior ſubingreditur tracheam arteriam; ne detur uacuum; & hoc deſertur per ramos eius uſque ad capillares, quos tandem egreditur, & intrat poroſitates eius carnis, quibus quadam præparatione præparatur; ne ſic frigidus cordi occurrat. deinde, dum dilatatur aer ille, egreditur per poroſitates ramorum arteriæ uenalis concauitatē eius, & poſt conſtrictionem eius impellitur in cor. & per eandem uiam aer calefactus, & fumi capnoſi ad extra pelluntur. de trachea autem ſpecialius tractabo in rubrica de uoce. de complexione uero dicendum, quòd quantum ad comple-

* Ego
dus gra
cis, latin
enſiſor
mis, mu
cro naca
barbaris
ſcutalis
pomū gra
natur, &
ſcutum o
ris ſtom
chi nomi
natur.

complexionem eius naturalem est calidæ, & siccæ complexionis; licet aliqui teneant probabiliter ipsum fore humidæ complexionis: quod in præsentī discutere non intendo. quantum verò ad accidentalem ponitur frigidæ, & humidæ complexionis. quid autem de eo dicendum in via cibi, patuit suprâ tract. ij. ex quibus omnibus habetur anatomia, complexio, & descriptio. & hæc pro nunc sufficiant.

De anhelitu, & constrictione eius, & difficultate. Rubrica. 2.

ANHELITVS est motus diaphragmatis, pectoris, & pulmonis dilatatiuus, & constrictiuius quiete, vel quietibus interceptus ad aerem frigidum attrahendum, & calidum, & fumos expellendum, cuius instrumenta sunt diaphragma, ut suprâ, & eius lacerti, & pulmo. nunquid autem talis motus sit voluntarius, aut naturalis, uoluntarius de intentione secunda, vel prima non est præsentis indagationis. & licet anhelitus diuersitatem recipiat plurimam ex parte magnitudinis, paruitatis, longitudinis, breuitatis, velocitatis, & tarditatis, & frequentię; tamen hic tantum erit sermo de eo, ut in se malitiam comprehendit, ob quam infirmi à medicis communiter auxilium expectant, & est eius constrictio, & difficultas, ideoque de his duobus tantum noster sermo erit. constrictio uerò anhelitus, ut Auic. decima tertij est, ut non inueniat in quo exercitatio cum anhelitu meatum in parte sui motus, nisi strictum, in quo non penetrat nisi paulatim.

CAUSA cuius est aut apostema contingens in epiglottide, aut in squinantia, aut ramis eius, vel canna quodcunque fuerit molle, vel durū, aut humores viscosi, aquosi, & huiusmodi effusi ad pulmonē, & viam eius à capite, uel aliunde, aut humores effusi in spatio ventris in hydropisi comprimentes diaphragma: uel apostema hepatis, vel stomachi constringens viam, siue coarctans, aut apostema aliud in alio viscerum existens, aut mala complexio frigida adueniens pulmonī, vel velamini eius, aut mala complexio sicca accidens neruis, & uelamini, aut vapores eleuati expansi per ipsum pulmonem, & specialiter per velamen dans motum. unde prohibetur motus. aut sit hoc quandoque causa crisis; ut cum permutantur materiæ à loco alio ad pulmonem, ex quibus patet, quod noue sunt causæ difficultatis anhelitus; ut sit cū eo exercitatio in aere, labor siue sit strictura, siue non sit strictura. cuius causa est nocumentum contingens in membris anhelitus, ut dictum est de constrictione. aut inflāmatio ignea cordi dominans, vel frigus mordicās impediens uelamen ab aere contingens, aut ab emplastro super pectus posito, vel super hepar, vel super stomachū, ita ut eius frigiditas uelamini cōicetur, aut propter medicinam solutiuiam mouentem, & non soluentem; quā eleuantur mali vapores exagitatione facta lædentes uelamen, aut propter clyster acutum non soluens, vel propter phlebotomiā factā in pleuresi; quā non est necessaria; quia ex ea multiplicantur mali humores apostema augmentates. & quā curā utriusque pendet ex cura asthmatis; hinc venio ad determinationem asthmatis, & curæ eius: nam asthma est difficultatis anhelitus species. & iam patebit.

De asthmate. Rubrica. 3.

ASTHMA, ut Auic. decima tertij est ægritudo pulmonaris, cum qua patiens non inuenit excusationem ab anhelitu frequenti; sicut est anhelitus, quo laborat præfocatus, & festinatus.

CAUSA cuius est semper plurimum multitudo humiditatum viscosarum in canaliculis pulmonis, vel in raritate eius, siue in locis uacuis eius; quia in spatiositate pectoris existētium prohibentium sua viscositate; ne aer trahatur quantitate opportuna. & tale asthma appellatur quarto continētis. i. ca. verum asthma. utrum tamen omne asthma sit ægritudo pulmonaris, uidebitur in dubiis. & dictum est secundum plurimum; quā ex alijs potest causis contingere. nam causæ facientes asthma sunt illæ eadem, quæ causant constrictiōnem, siue difficultatem anhelitus, de quibus dictum est, unde frigiditas lædens, ut suprâ. siccitas corrugans, siue constringens pulmonem, quod rarò accidit. uapores eleuati, ut in præfocatione matricis. apostema membrorum vi-

A cinorum, ut stomachi, hepatis, splenis, matricis, vel eorum repletio qualiscūque; ex cibo, siue ex humore, propter quod cōprimatur diaphragma. & quandoque accidit ex ventositate, aut eorum mala qualitas; ut frigiditas, vel calid. cōicata pulmonī, vel diaphragmati, ut & de emplastris dicebatur, possunt esse asthmatis causa factiua. similiter nocumētum contingens neruis ex nucha, & cerebro ortis uenientibus ad dandum motum pectori, ut suprâ in principio sexti tractat. & neruis ipsis ex quarto pari neruorum nuchæ; ipsa enim est ex dictis origo uelaminis secundum magnam partem. Auic. sit & quandoque propter paruitatem pectoris naturalem, & propter gibbositatem naturalem, uel accidentalem, aut propter destructionem viarum cannæ; ut in leprosis, & tale beneficio medici non curatur. aliquando sit à materia calida, & humida currēte per uenas ad pulmonem, & uias spiritualium.

B Et possunt ad triplex genus reduci, ut Viaticus, quia vel contingit ex debilitate uirtutis mouentis lacertos, uel stypticatione instrumentorū spiritus, uel nimio calore, vel frigore cordis, uel pulmonis. debilitas quidem uirtutis accidit à mala complexionē; cum materia secundum plurimū, & absque constipatio uerò ex apate, ventositate, fumis uenosis, repletione humiditatum viscosarum &c. ut dictū est. aggregata autem, quæ dicta sunt de causis constrictionis, & difficultatis cū ijs, & habebis cōpletè causas eius. unde scito, quod istæ etiam causæ sunt eadem cum causis tussis. istæ autem humiditates dictæ, & licet secundum plurimum à capite ad pectus descendunt; tamē potest pulmo repleri eis aliunde sibi missis, ut à toto, uel à membris uicinis, & à membris inferioribus, & nocent sua quantitate, quandoque sua qualitate, quandoque utroque modo.

Tres etenim ab Auic. ponuntur species eius, quæ his clauduntur uersibus.

Dispnoea se celat, canit asthma, malumque reuelat.

Orthopnoea quoque malo uexatur utroque.

C Nam, cum aer difficulter attrahitur ex impotentia uillorum longitudinalium; tunc dicitur *δυσπνοια*; quando uerò difficulter expellitur ex impotentia latitudinaliū cum sonitu; uocatur asthma. quā uerò utroque modo accidit nominatur *ὀρθόπνοια*. sed, ut apparet, species nominatur nomine generis sic diuidendo: ideo credo dicendum has esse species difficultatis anhelitus, & uerius, & dicitur *ὀρθόπνοια*, id est, spiritus rectitudinis; coacti. n. sunt ex passione stare recti; quā augmentatur apud resupinationem. Auic. & quidam addunt quartā speciem, quam appellant sanfugium. & est, cū pectus, & canna constringi non possunt ex retentione superfluitatum fumosarū in superficie pulmonis existentiū, & cannæ. unde patiens laborat in attractione aeris, quemadmodum sanguisuga in attractione sanguinis. habet etiam hæc ægritudo paroxysmos acutos; ut notat experientia, & propter hoc non debet dici acuta, sicut de epilepsia; imò nominatur ægritudo longa: est. n. longa secundum consistētiam, & acuta secundū paroxysmos. & hoc intellexit Auic. dum dixit. Et hæc quidem ægritudo est ex ægritudinibus longis habens cum hoc paroxysmos acutos secundū similitudines paroxysmorum epilepsię, & spasmi.

D Et in summa tres sunt eius causæ factiue; primitiua, antecedens, & coniuncta. exemplū primi; ut aer distemperatus qualitercūque; in suis qualitatibus, uetus meridionalis, fumus malus, & uenenosus: item & uenenū ipsum, aer pestiferus, exercitiū magnum post cibū maximè corpore existente plethorico, ocium multum, cibus, & potus fumosus uetus, somnus post cibū, & præcipuè meridionalis, retētio superfluitatum, dislocatio spondilium, & alia consimilia, ut dictum est de squinantia. exemplum secundi; ut uirtutis debilitas, catarrhus à capite ueniens, apostema hepatis, & similia comprimens, uapores aliunde eleuati, mala cōpositio, & gibbositas, mala pectoris paruitas. exemplū tertij; ut mala complexio calida inducens necessitatem anhelandi, uel humor ipse, uel debilitas uirtutis motiue pectoris, aut inobedientia instrumenti, & breuiter illa, quæ possent grauare diaphragma, pulmonem, epiglottum, aut lacertos mouentes clibanum pectoris sunt asthmatis factiua.

STIGNA demonstratiua, difficultates anhelitus cum grauedine

medine thoracis, & laterum constrictione ad superiora, cum nocis debilitate, colore rubeo in uultu, cum tussicula, cum sputis humorosis, & tenuibus, cum difficultate iacenti supine, sudore frequenti in fronte, pulsu quandoque magno, & cum accessione feb. in nocte: & hæc communiter apparere consueuerunt.

Signa. si ex causis primitiuis fuerit; scietur infirmi narratione.

Signa. si ex causis fuerit intrinsecis, & fuerit ex catarrho descendente; cognoscitur per dolorem capitis, per rheuma ipsum descendens, & quia asthma uenit subito, & est cum tussicula aliqua.

Signa. si fuerit extra spatium, quomocunque sit; non erit tussis. Auic.

Signa. si humores fuerint in canna; tunc est illi constrictione in principio anhelitus cum excreatione, & credit totum expuere patiens; & tamen post excreationem adhuc percipit nocumentum, à quo credidit per talem excreationem euadere, & sentit nocumentum in loco propinquo.

Signa. si fuerit in arteriis pulmonis; accidit diuersitas, & tremulencia in pulsu, & quandoque adducit talis repletio ad tremorem cordis, & interficit. pulsus tamen asthmaticorum secundum plurimum est tremulosus. Auic.

Signa. si accidit propter passiones oris, aut nutritiuorum, uel propter apostema pectoris, uel eruptione saniei uenientis ad locum pulmonis aliunde, uel propter aliquod tale; scitur ex dispositione membrorum uicinarum.

Signa. si fuerit propter caliditatem spiritualium; scitur quia anhelitus est magnus, & frequens, fitis, inflammatio, & quia calidis læditur, & libentius patiens aerem attrahit quam emittit.

Si ex frigidityte; anhelitus tardus, paruus, frigidus, priuatio fitis, & iuuatur à calidis, & læditur in aeris attractione, & incepit paulatim, maximè quando fuit complexione frigida pulmonis; ut in decrepitis, & confirmatur.

Si ex humiditate; cum multo screatu.

Si ex siccitate; non est screatus.

Signa. si fuerit propter debilitatem uirtutis non potentis mouere; tunc nares sunt graciles, & contractæ ad interiora, & anhelitus est debilis.

Signa. si fuerit ex repletionem, & oppilationem; tunc trahitur anhelitus cum magno desiderio, & inflatur pectus, & desiderat magis expellere, quam attrahere.

Signa. si fuerit ex corde; erit cum tremore.

Signa. si ex sanie; erit sputum saniosum.

Signa. si ex uentositate; erit constrictione cum leuitate pectoris, qui diuersificabitur ex assumptione inflatiui, & non inflatiui.

Signa prognostica. asthma in senibus, quia in decrepitis nunquam, uel magna difficultate curatur, & præcipuè cum est à materia descendente à capite, quoniam branchiæ, & coryzæ in eis non maturantur. Hippo. ij. Aphor. Mesue tamen expressè dixit. est autem ægritudo senibus familiaris & non sanatur in eis. Asthma cum antiquatur; curam non recipit. quando in asthma accidit anhelitus paruus, tardus, & frigidus, signum mortale. in asthma anhelitus tremulus, & pulsus tremulus, malum signum est, uenas siue arterias pulmonis ualdè repletas esse. syncopis in asthma pessima. quando in asthma patiens cogitur ad se eleuandum & ad anhelitum suspiciendum: mortale; quia anhelitus est præfocatiuus. asthma si propter dislocationem spondilium uenerit; uix, uel nunquam curatur. quando asthma uenit à catarrho, & caput est debile naturaliter; nunquam curatur. hæc ægritudo apud resupinationem augetur, & cum homo sedet in lecto, uel stat erectus, alleuiatur; & idè præcipiunt medici, quod patiens dormiat sic sedens.

Postremò scito, quod difficultas anhelitus, & asthma sunt passiones chronice, & habet paroxysmos, ut dicitur. est aliquando paroxysmus asthmatici ita fortis, ut uideatur in eo tempore mori, de quo infra. ex his itaque patet, quomodo asthma est ægritudo ad sanandum difficilis. & cum accidit pueris; aliquando ab eo non curantur nisi in ætate sua mutatione. in iuuenibus uerò rarè tollitur, ut Mesue. & quandoque cum eo senescunt. unde Auicem. & in iuue-

nibus est difficilis secundum plurimum Mesuem in mulieribus uerò non sæpe accidit, & citius sanatur in eis, de quo in dubiis. asthma contingens in ætate est paruus; nam secundum plurimum contingit in hyeme in fine eius, & his accidit, ubi loca habitant frigida, & humida, & qui utitur arte metallica; ut qui circa sulphur, plumbum, argentum uiuum, gypsum, picem, colophoniam, & huiusmodi. hi tamen, qui ex his asthma incurrunt, quandoque sanantur ex elongatione eorum ab eis. itaque tu operator caue à promissione huius passionis; ne in fine te delusum inuenias. quodque de aliis difficilibus passionibus ad curandam intellige.

Cura eius, quod est secundum plurimum, quod comprehenditur; quoniam illic est constrictione anhelitus in principio eius cum tussi, & excreatione sputi uiscosi, & cum iacet supinus; percipit sonum ad intra pectus. canones. ordinatio diætæ, digestio materiæ peccantis, euacuatio eiusdem, diuersio, correctio accidentium.

Primus completur faciendo declinare res connaturales ad contrarium causæ. unde aer declinet ad siccum, in caliditate sit temperatus, uel ad calidum declinans. diætæ ex parte cibi sit calefactiua, non multum subtiliatiua, exiccatiua non multum, & quandoque humectatiua; ne ex exiccatione nimium ingrossetur. unde panis eorum sit coctus cum aniso, toeniculo, carthamo, cimino & huiusmodi. conueniunt iuscula ex ordeo: item sorbitiones ex maluis, amygdalis, blitis, uitella ouorum, carnes temperatæ, ut supra. iij. tract. & ex laudatis caro leporis, ericii, uulpis, caprioli, cerui, & pulmones animalium sunt mirabiles, & propriè uulpis: ex piscibus petrosi, marini, squamosi, & agiles. & sint abstinentes, & parci in cibo, & potu, ut eis possibile est. sanitas in eis mala est, & fiat in eis gradatio de uno ad alium magni nutrimenti. unde iuxta uirtutis exigentiam, & morbi tolerantiam. potus sit uinum subtile, antiquum, pauca quantitatis, de quo in dubiis. & uinum dulce est amicum eis confortatum cum aliqua ex subtiliatiuis; ut est anisum, & huiusmodi: quoniam abstergit, lenificat, & calefacit caliditate æquali. & hydromel est eis bonus. unde Auic. de materiis situatis in pulmone. & administra in omnibus medicinis aquam mellis; est enim faciens penetrare, lenificat, & abstergit. & potus super cibum est malus eius. unde Auic. Vitent potare post cibum. s. ante completam digestionem, siue sit aqua, siue sit uinum.

Exercitium conuenit eis in ieiuno ita, ut non multum debilitentur, & fiat in eo gradatio ex paruo ad magnum, & de tardo ad uelocem per loca decliua, per arenosa duci, per mare quandoque; item uehi in cunabulo.

Sit somnus minor uigilia, & euitent somnum diurnum; nam in sanis facit asthma secundo continen. sed hic nota consuetudinem; quoniam quidam sunt consueti dormire in meridie, & si non dormiunt; inflammantur, & debilitantur. idè eam considera; cum sit altera natura, & de annexis septem rebus naturalibus. unde glomerando omnia adinueniam fortassis minus sequitur nocumentum. considera. itè euitetur factus immediatè post cibum. item fiat decubitus super uentrem, aut super latus: nam, cum iacet supinè asthmaticus; accidit ei difficultas maior; quoniam partes pectoris concidunt super alias. iij. de interioribus. vij. capit. quando uerò iacet super uentrem; facit dilatari, & minus oppresse; super latus uerò medio modo.

Vitent repletionem, & nauseam. quod, si accidat; uomitu expellatur. si id facile fieri poterit; inanitionem uentris studeat habere continuè. unde Auicem. de membris situatis in pectore, imò sis occupatus cum lenificatione. & de cura eius inquit. Ex regimine bono in hoc est assiduatio lenificationis naturæ. & ex laudatis est ius galli decrepiti, in quo decoquantur medulla carthami, sicla, uolubilis, & huiusmodi: item ad idem cappares saliti ante cibum bis in die. item decoctio ficuum hordei cum modico euphorbii parum post parum, & est iuuamenti sublimis. item decoctio sebesten, liquiritiæ, origani cum hordeo, & modico mellis, & cassiæ, & est optima & mihi consueta. item ænemata lenitiua, etiam absterfua; ut ex blitis, uiolis, fursuribus, & carthamo. abstineat à coitu.

Consuetudo
do sumo-
pere attra-
denda.

Et in accidentibus animæ lætetur, & tristitiam, rixam, & huiusmodi deuitet. & aduerte, quòd ex complemento sequentis canonis perficientur amplius, quæ dicta sunt ex parte cibi, & potus.

Et ante complementum secundi nota sex præcepta circa ipsum.

Primum, quòd in materia grossa fiat processus paulatinus, & non subitus in eius maturatione. unde paulatinè incidatur, & humectetur procedendo de debili ad forte: ut ex decoctione chamæmillæ, passularum, & ficuum, &c. ad decoctionem calamenti, rutæ, & huiusmodi. unde hoc nota, quòd aliqua medicina dicitur mollificatiua respectu materiei ualdè grossæ, quæ respectu minus grossæ dicitur ualdè resolutiua; ut ruta, & huiusmodi. & ideò considera diuersitatem auctorum nostrorum in processu de cura asthmatis.

Secundum præceptum, quòd non utaris in principio puero incisiuo, uel subtiliatiuo; ut est succus scillæ, sinapis, semen urticæ, & huiusmodi: quoniam materia propter eius grossitiam non est apta uniformiter resolui, & subtiliari. **B** item, quoniam ex harum applicatione inflammabitur materia, quæ inflammata exiccabit pulmonem, & fortassis ulcerationem inducet.

Tertium præceptum, quòd non utaris prouocatiuis, de quo in dubiis.

Quartum, quòd, si fuerit puer; attende ad lactis præparationem exhibendo matri, & circa pectus pueri insistas cū maturatiuis, de quibus infra.

Quintum, quòd, cum ægritudo sit longa ex se; noli continuare unum remedium, ne fiat familiare, & natura non patiat. sed te ad aliud transferas eiusdem uirtutis, ut quarta primi. i. cap. & de cura eius.

Sextum, quòd non utaris narcotico aliquo; nisi aderit fluxus catarrhi, cuius sistio per ipsum quæretur. debet itaque digestiuum aggregare in casu nostro intentiones has, quæ sunt calefactio cum æqualitate, humectatio, subtiliatio, & incisio. ex quo inferri potest secundum præceptum dictum.

Et ex medicinis simplicibus ad hoc laudatis sunt hyssopus in omnem modum suæ administrationis, stœcados, origanum, passulæ enucleatæ, scilla, urtica, & semen eius. & habet in hoc manifestum iuuamentum; sepultos enim in pectore humores educit. aqua mellis, hordei, ficus, siccæ, dactylus, nasturtium, capparum salitus, liquiritia, sebesten, porrum, semen eius cum aqua hordei, & melle. decoctio uolubilis cum oxymelle est mundificatiuum bonum; mundificant enim grana pini secundum omnem modum administrationis eorum, iuiubæ, penidiæ, coctio calamenti cum ficibus.

Ex compositis laudatur cum sequentibus; ut coctio calamenti cum ficibus, & passulis enucleatis, & est sublime, ac facile dilatans anhelitum. & similiter comestio eius cū zuccharo, uel cum melle, & potest fieri ex his electarium, & maximè commendatur. & ex syrupis usualibus digestiuis est syrupus de liquiritia, de calamento, de hyssopo, oxymel simplex compositum, syrupus uiol. qui cum his ponitur; ut cum cæteris misceatur, ut uidebitur expedire. oxymel scilicetum, de prasio, syrupus acetosus simplex: tua enim interest commiscere hæc iuxta intentiones dictas. aquæ autè commiscendæ sunt simplices iuxta narrationem syrup. ut de hyssopo. item aqua capillorum ueneris, & est præcipua. item aqua distillationis enucleæ campanæ, & est singularis, aut decoctiones. ex simplicibus dictis his & supra. iij. tracta. & te ibi. & in casu nostro maximè conferunt syrupi de prasio, & de iuiubis positi à Mes. in de cura asthmatis. qui dam maximè commendant decoctionem galli decrepiti factam cum hyssopo, passulis enucleatis, liquiritia, semine urticæ cum modico mellis, & est familiare remedium. decoctio communis est. & liquiritiæ rasæ. s. hordei. M. s. iuiubarum passularum absque arillis, sebesten. s. capil. uener. hyssopi, calamenti. ana. M. s. ficuum sicc. numero. 3. bulliant in aqua sufficientis quantitatis usque ad consumptionem tertiæ partis. additur quandoque dactylus pinguis, uel iuiubæ, hordeum, & huiusmodi secundum uarias intentiones.

A & tu in compositione considera. & licet emplastra, & unguenta faciant ad digestionem materiæ; tamen eorum locus reseruatur usque ad quintum canonem. pro quibus ibi, & infra rubrica de tussi.

TERTIVS canon perficitur phlebotomia, pharmacia, uomitu, locatione, & huiusmodi, emplastris, & unguentis, cerotis, & huiusmodi.

In casu autem nostro directè non competit phlebotomia, nisi fuerit in toto plethoria, uel retentio sanguinis hæmorrhoidalis, uel menstrualis. propter quòd fiet augmentum in asthmate, quibus casibus fiat phlebotomia concedens. item competit diuersiua, ubi sit dubium de futuro apostemate. quòd, si non fiat post digestionem euacuatio cum pharmacia. sed tu hic nota ante eius exhibitionem quinq; primum, quòd materia sit benè digesta; quoniam, cum habeat duci per loca angusta, & uias longas; non sufficienter educeretur, nisi esset benè digesta; cum sit grossa & uiscosa. secundum, quòd tu debes benè considerare, si materia est multa, aut pauca; quoniam, si fuerit pauca; debes per superiora; quia per sputum euacuare, & dimittere pharmaciã. quòd, si fuerit multa; tunc utere pharmacia, quam habes uitare, in quantum potes; quoniam materiæ, quæ sunt in pectore; difficulter per pharmaciã euacuantur. tertium, quòd in tempore paroxysmi non detur medicina solutiua; quoniam timor est de uirtute infirmi. quartum, quòd medicinæ solutiuæ sunt faciles, & æquales, de quo in dubiis. quintum quòd non sit frequentia in administratione medicaminũ, & præcipuè solutiuorum; sed fiat competens interpollatio. & ideò dicebat Auic. de cura eius. & conueniunt pilulæ de agarico. & necessarium est uti in mense bis; cū causa sit fortis. & medicinæ conuenientes sunt cassia, manna, agaricus & est medicina propria. colloquintida, oppopanacum, elleborus albus, & est iuuatiuus ualdè. & in ægritudinibus pectoris secutus Auic. confert turbith, & alia huiusmodi. solutiua autem sint mixta cum medicis pectoralibus, siue cõfortata, de quibus. iij. tract. & tu ibi. & ex laudatis compositis sunt pilulæ de agar. descriptione Auic. de cura asthmatis, & descriptione Mes. & pilulæ de colloquintida. itè pilulæ cochis, & præcipuè cum est ex fluxu catarrhi. item de sarcocolla mixtæ cum agarico. competunt clysteria leuia, quibus quasi assiduè uti debes: competunt & fortia in terpolando ut supra ante purgationem, ut Mes.

C Vomitus autem fiat iam minorata materiã; quoniã quãdo est multa; dubitatur de eius multitudine, quòd ex eius agitatione facta per uomitum non suffocet. & laudatur inter unam purgationem, & aliam. & oportet, ut fiat post cibum ex raphano, porro, & huiusmodi. unde Mes. Et cadat inter purgationem, & purgationem administratio uomitus post raphanum, pisces salitos, & almuri. & aduerte, quoniam uomitus plurimus est difficilis, in quibus non puto competere; quoniam in eis fiet agitatio, & non euacuatio. intelliguntur itaq; auctorum dicta maximè in duobus casibus. primus in his, qui consueti sunt, & ipsum facilliter faciunt. secundus, quãdo materia specialiter est in stomacho, uel uis propinquis educationi. fit itaque hic uomitus debilis cum syrupo acetoso, & aqua tepida, item fortior cum raphano, & semine eius: item adhuc fortior cum raphano, in quo nutrita sunt frusta ellebori, ut frusta ellebori, & radatur raphanus, & dimittatur sic per duos dies, deinde bulliant in aqua abiectis frustis, & de illa aqua tepidat datur ab. s. iij. usque ad. viii. & hoc post cibum, ut supra. multum uitatur uomitus his diebus propter delitiã stomachorum modernorum; & quia est ualdè horribilis, & abominabilis. ita quòd, si sine eo fieri potest, consulo fac. nam etiam asthmatici, qui sunt angusti pectoris, debent abstinere; cū èt dubitef de fractura uenæ, & accidat peior error priori.

D De lochatibus & cæteris dicitur in quinto canon.

QUARTVS completur cum diuersionibus, de quibus in de soda de apoplexia, conferunt rubificantia, & cauteria in zuendege maximè si fuerit fluxus catarrhi. propter quòd audi Alexandrum medicum insignem. canonem do, quem non præterire iubeo; etenim ante curabis catarrhũ, quàm ægritudines catarrhales, nisi in duobus casibus. primus cum timueris, ne præfocet. secundus, cum timueris ad uentum

uentum apoftematis in parte notabili, & prouenies cum phlebotomia. ita q̄ ad eius curam, & fistionem principaliter intende; cum fit radix asthmatis. vnde Auicen. de cura eius. Et oportet, vt seruetur pars effusionis materia; nam, si fuerit ex capite; rege ipsum curatione catarrhi cum regimine mundificationis humoris. & q̄nq; ponuntur in eo narcotica, & lutum armenum est mirabile in prohibendo catarrhū. hæc Auic. sed de narcoticis inquit hoc loco Alex. Et dico, q̄ narcotica, postquā ex catarrho in pectore, & pulmone plenitudo accidit; dare suspectū est. dabis ergo ante plenitudinē: post plenitudinem verò euacua. deinde securius dabis; si illa dare oportet. ex quibus habetur modus prohibitionis fluxus eius. & pro antidotis complentibus hoc require. v. cap. de catarrho. & nota, q̄ dictum est de narcoticis habet intelligi, vbi narcotica illa misceantur cum calidis stypticis; vt est olibanum, spica, & huiusmodi, & præsertim in casu nostro: nam, vbi materia esset calida, vel frigida subtilis saltem in principio; competunt illa. & tu considera.

In hoc can. multæ comprehenduntur intentiones, quarum prima est anhelitus facilitatio; secunda est humiditatum, quæ sunt in pectore facilis per sputum educio: tertia est earum exiccatio, siue consumptio, aliàs finitio. & sis memor secundi notari ex quinq; in complemento tertij can. q̄ ante harum administrationem debet præcedere euacuatio per pharmaciam. & tu vide.

Medicinæ verò facilitantes anhelitum difficilem ex repletione materierum viscosarum in casu nostro sunt medicina calefactiua subtiliatiua, incisiva, siue diuisiva. & ex eis quædam faciles, quædam fortes, quædam fortiores. exemplum primi, & de incisivis oxymel simplex. exemplū secundi, oxymel de duabus radicibus. exemplū tertij; vt oxymel scilliticum. de calefactiuis, & subtiliatiuis, & exiccatiuis. exemplum de debili; ut hyssopus. exemplum secundi; ut semen urticæ. exemplum tertij; vt synapis, sulphur, arsenicum, de quo arsenico in dubiis. & tu ex dicendis faciliter eligere poteris plura tuo seruentia commodo; nam ponantur simplicia, & composita ad hoc vsualia.

Simplicia vsualia sunt hæc scilla, acetum, acetum scilliticum, butyrum, capillus ve. porrum, cœpæ, allium coctū, laurus, & grana eius, & est expertum, enula, origanum, calamentum, hyssopus, pralsium, pulegium, rob uini, urtica, & semen eius, ireos, anisum, piper, armoniacum, castoreū, ficus sicca, mel, crocus, ciminum. liquiritia uerò est pulmonis confortatiua, & lenitiua cannæ. & ideo mixta cum alijs iuuat in exitu materiae, etiam dulcorando maximè operatur. ut patet, quod de passulis absque arillis dicendū. ficus uerò sicca; etsi leniunt, cum hoc subtiliant, & exiccant, ad dulcorandum etiam faciunt.

Ex compositis laudatur scilla assata cum melle, item & loch de scilla Mesue, & est iuuamenti magni, item granum amoniaci cum oxymelle, item loch de pino Mes. loch sanū, & expertum, diapenidion, & huiusmodi. & ex mirabilibus est pulmo vulpis cum eo, quod conuenit; ut cum hyssopo, calamento, assa, pipere, & aniso reductis cum melle ad loch. item confert theriaca, mithridatum, diatrion, piperon, confectio de musco, diasulphur, philonium proprie descriptione Mes. distin. i. parte. ij. ista enim in ore retenta permittantur lambendo descendere. & consimiliter possunt fieri ex eisdē pilulæ. unde lochata fiunt q̄nque in substantia liquida quandoq; solida; vt plus gratiora reddantur. pilulæ. & piperis, succi liquiritiæ, ana. conficiantur pilulæ in modum lupinorum, quæ in ore teneantur. earum plures descriptiones inuenies rubrica de tussi: nam pro pleniori doctrina recurre ibi: reseruo enim multas descriptiones valentes in asthmate; ne contingat idem bis scribi ad curam tussis: est. n. ex consimilibus causis, ut dictum fuit. collige igitur, quæ in ea ponentur, & ideo post hanc rubricā sequitur illa de tussi. laudantur multū pilulæ ex myrrha, costo, aristol. cassia lignea, croco, & arsenico. ego quidem vereor arsenicum & si in parua ponatur quantitate ipsum; tamen maximè commendatur. sed existimo fingendum propter vulgus: nam, si cum alia re, & nō ita periculosa, & infamata complere possumus intentionem nostram: quare. item, si

cum dulcibus, & delectabilibus; quare cum amaris. pilulæ nanq; hæ sunt non delectabiles gustui. ideoq; ex alijs compone. quidam in exiccando has materias dant sulphur cum ouis, & est laudatum. considera ex doctrina Auicen. quarta primi. i. cap. q̄ oportet sulphur dari in casu in notabili quantitate. & si instabitur de stomacho, qm lædet ipsum; quia patiens erit calidi stomachi, aut sicci; pro isto dicendum, q̄ benè consideranda est stomachi dispositio principaliter; qm eius dispositio est causa factiua horum humorum grossorum, & viscosorum, & principaliter. nam, cum cibus nō benè digeritur; currit indigestus per mesaraicas ad hepar, & ibi ex eo indigestus humor generatur; cum eius maliciā hepar corrigere non potuerit. deinde per uenas, & cerebrū, & ibi à cerebro rectificari non potuit. à fortiori. si nō potuit in hepate; quare in cerebro ad pectus descendit, ibiq; asthma, tussim & c. generat.

Ad extra verò applicantur unguenta, emplastra exiccatiua, & finientia materiam. & ex oleis sunt oleum de spica, chamæmillinū, liliorum alborū, irinum, rutaceum, amygdalarum dulcium. laurinum & est singulare, anethinum, de cheiri. & ex his cum pulueribus rerum dictarum, aut cum substantia aliquarum; ut sunt ficus, dactyli, passulæ, & huiusmodi cum butyro, pinguedine gallinæ, aut alia; ut infra de tussi, farina hordei, aut frumenti, ut uidebitur expedire addito croco possunt emplastra, & cerotaria componi. vnguentum optimum, quod lenit, & maturat materias pectoris. Recip. ceræ citrinæ. ʒ. i. olei de cheiri. ʒ. iij. adipis anatis, & gallinæ, mucillaginis scœnugræci, seminis lini. an. ʒ. v. storacis. ʒ. vi. misce. expertum. cerotum Mes. eiusdem intentionis. & hyssopi humidæ. ʒ. xij. ceræ citrinæ. ʒ. x. olei de cheiri. ʒ. xl. medullæ cruris vituli, adipis anatis, & gallinæ. ana. ʒ. viij. myrrhæ, bdellij, mucillaginis scœnugræci, & seminis lini. ana. ʒ. viij. sigiæ, terebentinæ. ana. ʒ. vi. mucillaginis althææ. ʒ. viij. myrrhæ, & bdellium puluerizentur, & misceantur cum mucillaginibus, donec dissoluantur in eis, deinde omnia misce. emplastrum aliud. & dactylorum pinguium, caricarum pinguium, ana. ʒ. ij. radicū maluæ, radicū bismaluæ. ana. quartam. ʒ. conuassentur fortiter, & bulliant. deinde. & stercoris columbi, resinæ, terebentinæ. ana. ʒ. i. misceantur omnia cum mucillagine seminis lini, & fiat emplastrum.

C V R A. in facto ex fluxu catarrhi prohibe ipsum, vt in. iij. cano. secundo attende maturatiōni & expulsiōni eius, ut dictum est in secundo, & quinto.

C V R A in facto ex causa calida. si materia fuerit ex sanguine; fiat phlebotomia de vena nigra lateris dextri. quod additur; qm, si fuerit propter uapores fumosos dominantes in corde; magis conferens est ei phlebotomia in sinistro latere. Auic. de cura eius. conferunt & uentosæ naticū cum scarificatione. & melior est multiplicatio numeris; quoniā semper dubitandum est de uirtute.

Quod, si fuerit ex cholera; seruentur can. proportionaliter, vt dictum est de causa frigida, enuntiando quæ sunt in ea maturatiua; nā maturatiuum indiget frigiditate, & humid. ingrossantibus materiam, & iuuantibus ad expulsiōnem. ex simplicibus sunt uiola, papauer, dragagantum, faba, spinachia, iuiubæ, liquiritia. & si ad latus caliditatis declinaret à quibusdam; ponatur zuccharum trium coctiōnum dictum tabarzet, & si declinaret ad calidum; ponatur. sed tu contempera hordeum, aqua eius, capillus uen. lac asinæ, malua, corallus, mucillago, seminum citoniorū, mucillago psilij, portulaca, blitis, semina frig. maiora, & minora. ex compositis syrupus uiol. iulep uiolatum, zuccharum, uiol. syrupus iuiubinus descriptione Amech in Mesue de cura eius. syrupus de papauere, loch Mesue cuius initium loch ad caliditatem, & asperitatē pectoris, dragagatum frigidum Nico. iulep iuiubinum Mes. & ex simplicibus postis compone decoctiones tuo proposito commodas plus, & minus infrigidando, ut expedit; uerbi gratia. & seminum frigidorum maiorum. ʒ. ʒ. hordei excorticati. M. ʒ. uiolarum humidarum, & si non sunt humidæ; humectentur cū aqua eorum, maluæ. ana. M. ʒ. liquiritiæ rasæ, & munde. ʒ. ʒ. sebesten numero. vi. iuiubarum numero. xx. & cum aqua sufficientis quantitatis bulliant ad consumptionem tertiæ partis.

Zuccharum tabarzet.

partis; de qua colatura. ℞. lib. ij. zuchari. ℥. iij. bulliāt de-
inde lento igne ad consumptionem quintę partis. potest, vt
apparet, minus infrigidari. consimiliter de pilulis dicendū,
de quibus in seq. rubr. olea frigida, cum quibus cupis em-
plastrā cōponere, quare supra in fine quinti tractatus.

Et in soluendo sis memor, q̄ aqua fructuū est conueniē-
tissima, habesq; ex dictis modū. idēo relege à cap. rubricā.

C V R A. in factō ab aliis membris, vt vitio hepatis, tunc
attende ad hepar, misceq; medicinas pectorales cum me-
dicinis hepatis. q̄, si inuenies compræhendens ambas in-
tentiones; ea potius utere. & hoc voluit Auic. de cura eius
cum inquit. cū sentis in asthma te grossitiem hepatis, opor-
tet, ut permisceas cum medicinis pectoris medicinas ex ge-
nere eupatorij, & absinthij. & illud, quod coniungit inter
duas res simul, vehementis est iuuamenti, sicut rubea tin-
ctorum, & aristol. qualiter autem curetur illa hepatis di-
spositio, uel vitium, dicitur in. xiiij. cap.

Et consimiliter dic de vitio stomachi, cordis, matricis,
splenis. recurre ad capitula propria cum canone dicto.

C V R A. si fuerit à mala cōplexione singulari; procede,
vt dictum est, & iam posita sunt calida, & frig. simplicia, &
composita, quibus expelli habet.

Quōd, si fuerit à siccitate; utere humectatiuis dictis; ut
lacte asinino, caprino, succis humidis, sorbitionibus, uino
albo lymphato multum, unguentis humectantibus, aut epi-
thematibus, & huiusmodi. ad quorū omnium composi-
tionem facillē descendes ex datis.

C V R A. si fuerit ex ventositate; utere resolutiuis, & car-
minatiuis facilibus intus, & extra. p̄o quibus. iij. tract.

C V R A. in eo, quod est propter nocumentum neruorū,
conforta eos, vt dicebatur supra tract. vi. ij. cap.

Et nota hic canonem pro dictis, & dicendis, q̄ ea, quæ
dicta sunt, habent intelligi non existente feb. q̄, si fuerit cū
feb. oportet moderari medicamina; ne sint ita calida indi-
catione sumpta ab ea, ut loco mellis pone zucharam. &
tu considera.

C V R A. in paroxysmo asthmatis sex sunt canones obser-
nandi. primus, q̄ non procedatur in principio ad euacua-
tiones, administrationes medicaminum fortium; ne ex agi-
tatione materierū superueniat suffocatio. quare ab ænema-
tibus, vomitis, solutiuis, & hmōi omnino abstinendū. nota,
q̄, si signa sanguinis apparebunt, phlebotomia debet fieri
q̄, si signa non contradicentibus; nā ex ipsa fiet alleuatio, & non
agitatio, de qua sit timendū. cessante uero uel uel uel uel uel
paroxysmi, tunc super clysteria est audendū, & cū cautela proce-
dendo de debili ad forte. q̄, cū cessauerit, potes ad soluti-
ua te extēdere apparente digestionē ex maturatiuis datis.

Secundus can. est diuersio; nam statim debes facere di-
uersiones cum ligaturis extremitatum, frictiones, applica-
tiones uentosarum inter spatulas, & sub hypochōdriis.
sunt uehementis iuuamenti, & cum scarificatione, si uide-
bitur sanguinem aliquantulum peccare.

Tertius. applicentur pectori calefactoria incipiendo à
debilioribus, vt prius cum pannis calidis, deinde, si ægritu-
do durauerit siue pur perseverauerit paroxysmus; applica-
tiones siccatias; vt sinapismū, & hmōi. quia ista oportet medi-
cū immediatē facere; cū occurrit ægro huic. ea anteposui.

Quartus canon, sit ordinatio diætæ, ut q̄ participet ci-
bo, & potu faciendo gradationē in eis, vt uirtus, & res ipsa
expostulat. sicq; in aliis quinq; non naturalibus rebus.

Quintus canon, q̄ exhibeātur maturatiua, & absterfua,
de quibus plenam habuisti notitiam.

Sextus, q̄, si paroxysmus durauerit ultra. xl. dies; tunc
uetoletur inter spatulas, vsq; dū conueniens sanguinis quā-
titas egrediatur. deinde administrentur hieræ, & solutiua
nota clysteria acuta. quando uero omnia non contulerint;
presumunt quidam in administrando cauterium in medio
pectoris. & hoc, qm̄ res est in desperatione curę. unde Gilb.
anglicus. & in his est vltimum remedium cauterium in fur-
cula pectoris ad nodum, uel superioris ad sectionem.

Postremō considera magnam uarietatem auctorum in
modo processus curę asthmatis. quam si videre cupis; le-
ge Mes. de cura eius. item memorare, q̄ oportet medica-
mina reiterare & sæpe; qm̄ per vnā applicationem, aut

A per duas non recedit hic morbus, neq; aliquis alius, qui sit
curę difficilis. & non postergas canonem, qui allegatus est
de mutatione ipsorum medicaminum, siue variatione non
variando, intentionem: nam Auic. de cura eius inquit. Et
non continetur vna medicina ex eis assidue, & amplectatur
eam natura. item inter medicinas, & corpora sunt pro-
portiones, quæ non compræhenduntur, nisi experimento.
& sic hæc sufficiant pro nunc.

De tussi.

Rubrica. 4.

T V S S I S est motus pulmonis, & pectoris cum dilata-
tione, & constrictione factus: quo natura eorum, aut mē-
brorum communicantium eis nocumentum conatur ex-
pellere: nam, cum accidit aliquod nocumentum canne, &
cannalibus pulmonis, & partibus sibi continuatis; tūc uir-
tus animata sensibilis sentiens illud excitat expulsuam na-
turalem. & hæc suscitata, & aduata per motiuam animale
uelaminis, & totius clibani forti impetu mouetur contra
causam; vt à se nocumentum expellat. & talis conatus mo-
tus tussis dicitur: unde tussis est pectori, sicut sternutatio
capiti. ex quibus apparet, quomodo tussis est motus com-
positus ex natura, & animali.

C A V S A E uero eius sunt ut supra; quia communicat cū
causis asthmatis, & sunt eadem. unde mala complexio sim-
plex cali. uel frig. uel sic. ab extra contingens potest esse
tussis factiua. similiter ad intra, & omne mordicans stimu-
lans uirtutē; vt est puluis, fumus, salsus humor, acutus, ace-
tosus. & omnis humor à superioribus ad pectus descendēs
malus, siue sit sanguis, siue sit phlegma salsum, aut non sal-
sum. quod est secundum plurimum; licet Gerardus, & alij
dicant ipsam esse secundum plurimum à causa cal. & sic. &
tu uide in dubiis de squinantia, siue cholera, siue melācho-
lia quod est ualdē rarū, Auic. Siue malus vapor ascensus,
siue uenenosus, aut nocumentū fuerit ex apostemate, vt in
pleuresi peripneumonia, aut ex apostemate hepatis, aut
splenis, aut stomachi, aut cōpressio ex aquositate facta; vt
in hydrope, aut uapor malus à corde in febre transmissus,
sicut accidit in feb. adultina, & in feb. pestilentiali. & ex ea,
quædā antiqua, quædā recens, quædam in pueris, quædam
in adultis. & ipsa qm̄q; est in diuitibus, quandoque in pau-
peribus. istæ tamen diuisiones factæ sunt ad declarationem
maiores; nā, cum hæc passio sit frequenter, & frequenter
eueniens; non dubitauit in eius curæ manifestationem pro-
lixare. & nota, q̄ duo sunt aduertenda. primum, q̄ frequē-
tatio tussis quandoq; perducit ad sputum sanguinis specia-
liter in his, quibus est pectus angustum. secundum, q̄ tuf-
sis catarrhalis est exquisitē curanda; quoniam aliter perdu-
cit ad phthisim, & specialiter calida, & sicca. & hic nota
præter ea, quæ recitat Alexan. & Paulus. dixit Alexan. se
uidisse hominem tussiculosum emittere lapillū, & pro tūc
à tussi esse liberatum. Paulus idem de humore indurato, vt
videretur granū grandinis. hæc autem processerunt ab hu-
more uiscoso per affationem à caliditate indurante. & no-
ta, q̄ aliquando humor grossus, & uiscosus ita adhærēs, q̄
ad extra emitti non potest, facit tussim siccam, & similiter
qm̄ humor est multū subtilis, ita vt non sit conueniens obie-
ctum uirtutis expulsuæ; sed aeri cedit, & uadit per latera
tracheæ ad pulmonem, vt secundo prognosticorum. §. illo.
Sputū in omni ægritudine. & in summa tres sunt causę eius
factiua; primitiua. s. antecedens, & coniuncta. exemplum
primi; ut omnis causa immutans membra pectoris in com-
plexione, uel in forma, ut aer calidus excessiue, aut exces-
siue frigidus, omne exasperans, fumus, puluis, cibus ace-
tosus, salsus, ponticus, acutus & hmōi, ut supra. exemplū
secundi; mala complexio totius, aut particularis membri
expellentis materiā ad pulmonem, ut est caput fm̄ pluri-
mum. exemplum tertij; mala cōplexio ipsa immaterialis,
uel materialis, sanguinea, uel cholericæ, & hmōi, subtilis,
uel grossa in canna, uel in spatio canne existens mordicās,
& uirtutem incitans, aut solutio continuitatis, uel oppila-
tio ipsa, aut apostema ipsum in uelamine, uel pulmone.

S I G N A demonstratiua eius, quæ est à causis primitiuis,
signa habentur narratione infirmi ex parte regiminis eius,
& similia.

Signa. si fuerit à capite; tunc signabit illud aut grauedo
Practica S. X capitis.

capitis, uel rheuma, quod manifestè sentitur descendere p
nares in guttur, & huiusmodi; & quod, ad nasum descendit
cum rascatione emittitur. item & magis molesta est; quo-
niam continuus descensus quasi continuam tussim, & tussi
culā inducit cū aliquali sreatu. quòd, si fuerit ex materia
subtili, acuta, descendente; tunc fit tussis absq; sputo, & fit
fortis post somnum, & propriè in nocte, & quòd hora tuf-
fis infirmus sentit descensum illius humiditatis.

Signa eius, quæ est propter malam complexionem cali-
dam, sunt calor, punctura, sitis, inflammatio, magnitudo
pulsus, & anhelitus, rubedo faciei, quæ etiam apparet in
mala complexionem calidam pulmonis, item tales iuuantur ex
halatione aeris frigidi, & nocentur calidis. & adiuuat ad
hoc regiminis cognitio, complexionis, habitudinis, & hu-
iusmodi.

Signa frigiditatis, quia augmentatur ex attractione ae-
ris, & usu rerum frigidarum, & minuitur ex calidis, paru-
tas sitis, facies plumbea, perceptio rei frigidæ, & huiusmo-
di contraria dictis.

Signa humiditatis, quia est cum leuitate, & sputo multo
maximè post somnum, & adest pulmonis humiditas, & sen-
titur humor uiscosus in gutture, & quòd aliquando ob ip-
sum accidit uomitus, & quòd talis est decrepitis, aut natu-
ra humidus, & huiusmodi.

Signa siccitatis, priuatio sputi, & quia tempore famis, si-
tis, uel motus augmentatur, & per balneum, & potum hu-
midum diminuitur; ut sorbitione amili, & alleuiatur apud
somnum, comestione, & potum uini plurimi aquosi, &
est cum macie corporis secundum plurimum, & cum fre-
quentia in pulsu, & uelocitate.

Signa, si fuerit ex sanguine; sputum erit rubeum cum
dulcedine oris, & aliis signis sanguinis supra in principio
operis.

Si ex cholera; quod expuetur, erit citrinum cum siti ama-
ritudine oris, & aliis de cholera supra alleg. loco.

Si de phlegmate; sentitur acetositas humida, aut aeredo,
uel falsedo; si fuerit ex phlegmate falso. & ita de aliis signis
phlegmatis.

Si ex melancholia; acetositas cum stypticitate, sputum
uergit ad liuorem, & grossitiem. quando expuitur humor
grossus, & uiscosus; tunc significatur, quòd tussis illa conse-
quitur coryzam, aut catarrhum.

Signa quæ tussis est sicca, & sine sreatu; tunc uel est pro-
pter malam complexionem siccam tantū, aut pp complex-
ionem diaphragmatis, & spiritualium, siue facta fuerit ab
apostemate hepatis, splenis, stomachi, aut aquositate, ut in
hydropicis, aut qualitercunq; à magnitudine horum, aut à
causa extrinseca; ut casus, percussio, frigiditas aeris, aut un-
guentorum frigidorum constringentium.

Signa quando est à stomacho, ab hepate, uel splene ha-
bentur ex dispositione illorum membrorum ex parte com-
plexionis, compositionis, aut solutionis continuitatis, quæ
suis habent quæri rubricis.

Signa tussis propter ulcus pulmonis feb. anhelitus, &
pulsus magnus, & frequens, rubedo maxillarum. & si pro-
pter apostema phlegmaticum, aut durum; erunt hæc signa
contraria dictis in ea habitudine, qua se habet phlegma ad
sanguinem, & choleram.

PROGNOSTICA. tussis absq; sreatu mala. tussis in
hydropico superueniens molesta; aut suspecta est, de qua
suo loco. tussis in senibus & decrepitis si diu durauerit; mo-
lesta. tussis nimia, & perseuerans suspecta, ne aut ad ruptu-
ram uenæ, aut ad phthisim, aut ad hæcticam corpus perdu-
cat. omnis tussis cum rheumate mala, potissimum, si diu du-
rauerit. omnis tussis, quæ somnum aufert, mala. omnis tuf-
fis cum aggrauatione, & molestatione, & cum multis cona-
tibus, antequam aliquid educatur, & rubedine oculorum,
& cum modica expulsionem, malum, & maximè in adultis,
& frequenter perducit ad rupturam. & hæc apprens in
feb. acuta mortale. dixi, quòd in adultis; quoniam in pueris
non est tantum periculosa propter lenitatem, & humidita-
tem membrorum ipsorum: nam in præsentiarum est in pue-
ris tussis ita aggrauans, & molestans, & cum multis cona-
minibus, ut uideantur quasi mori: nam stant per spatium

E octauæ horæ, antequam expuant aliquid, & aliqui tussim
indefinenter, & sæpe in diu, usq; ad spatium mediæ horæ; &
tamen in eis non frangitur uena. omnis tussis cum modico
conatu, & alleuiatione, & multa, & ueloci expulsionem, & si-
ne labore, & multa fatigatione optima est. & salubris; si-
gnat fortitudinem uirtutis, & mundificationem pectoris,
& obedientiam materiæ.

Siquis patitur feb. & tussim, & feb. cessat, & tussis rema-
net; signum est recidiuæ. siquis patitur tussim humidam & ces-
sat subito cum grauitate pectoris remanente; significat fu-
turam fe. putridam, aut pulmonis ulcerationem: omnis. n.
materia commota per tussim non habens exitum uirtute
debili existente mortale, quia suffocat, & ad oregonem per-
ducit. & ideo pleuresis in decrepitis mortalis.

CURA. in facta propter malam complexionem, ordi-
natio diætæ, administratio rerum particularium ad intus,
uel extra ipsam remouentium.

Primus perficitur faciendo regimè ipsum declinare ad
contrariam qualitatem, quòd ad sex res non naturales.

F Secundus completur simplicibus, & compositis ad hoc
ualentibus. & ut te plenū faciam; ponam simplicia, & com-
posita ipsa, quibus &c. simplicia calida in tussi ex causa fri-
gida conferentia sunt hæc, abrotanum, althæa, amygdala dul-
cis, & amara; sed dulcis ad intus, amara ad extra, anisum, be-
tonica, butyrum, carica, calamus aromaticus, cinnamomū
crocus, ciminum, dactylus, daucus, enula, foeniculus, phisti-
ci, granata dulcia, grana lauri, laudanum, mel, origanum, ca-
lamentum, oua, passula enucleata, penidia, pix, porrum,
pulegium, pulmo, & à proprietate magis, prassium, rapha-
nus, rosmarinus, ruta, semē lini, terebiatina, uinum, uua sic-
ca dulcis, ireos, hyssopus, zinzib. zuchcharum, zedoaria. &
ex compositis; ut confectio loch albani Mes. in cura tussis
catarrhalis, diasulphur, diapenidion, diacalamentum, dia-
trion pipereon, diazinz. hæc omnia Nic. loch de pino, loch
fanum, & expertum Mes. decoctio communis ad tussim fri-
gidam. ℞. liquiritiæ rasæ. ʒ. i. iuiubarum numero. xx. carica-
rum numero. vj. passularum absque arillis. ʒ. ʒ. hyssopi, cala-
menti. ana. M. ʒ. aquæ pluuialis quantum sufficit, bulliant
ad consumptionem tertiæ partis. & nota, quòd pluuialis
magis laudatur; quia magis penetrat. Gent. decima tertij
de cura eius. laudantur syrapi de hyssopo, de prassio, soty-
ra Nic. in antiqua, & noua, item theriaca. quòd, si syrapi
facere non poteris propter paupertatem; collige eorum
decoctiones, & operare. ex frigidis simplicibus sunt amilū,
blitis, citionium, cucurbita, cucumer, faba, semina frigida
maiora, granatum muzum, & acetosum dulcoratum cum
zuchcharo, iuiubæ, liquiritia, quæ duo conferunt multum
mixta cum aliis. & si non sint frigida, sed temperata, ut lac,
lactuca, malua, myrtus, nenuphar, papauer, rana excoriata,
& cocta, sebesten, & si temperatus sit uio. ordeum excorti-
catum. ex compositis rosata nouella Nic. diacodion, diadra-
gantum, loch de papauere Mesue, loch de pino Auicen.
in. v. iulep uiol. syrupus uio. de papauere, de myrto, deco-
ctio communis. ℞. liquiritiæ. ʒ. i. hordei excorticati. ʒ. ʒ. ca-
pillorum ueneris, maluæ uiol. ana. M. ʒ. sebesten numero.
iij. zuchchari albisissimi. unc. i. ʒ. aquæ quod sufficit bulliant,
ut supra. de humidis autem, & siccis, ne in longum protra-
ham; nihil hic; quoniam de ipsis ad plenum dum tractabi-
tur cura eius de mala complexionem cum materia. & multa
humida in de frigidis, & sicca in de calidis posita sunt, ut
patet. & similiter ibi habebuntur conferentia ad extra. &
tu ibi recurre.

CURA in mala complexionem cum materia initium fa-
ciens à calida, & sicca & specialiter quando est catarrhalis
quæ est secundum plurimum talis. canones. ix. ordinatio diætæ,
digestio, euacuatio materierum communium, euacua-
tio particularis per sputum, diuersio, sistio materiæ fluen-
tis, confortatio cerebri, administratio medicaminum ad
extra, correctio accidentium.

Primus completur cum tendentia rerū sex ad contrariū
causæ; ut aer declinet ad frigiditatem, & humiditatem rem-
peratam. & hoc oportet aduertere; ne cerebrum lædatur,
cui uehementer frigida, aut calida non sunt applicanda; ut
suprà de soda. ex cibis conueniunt iuscula hordei, sorbi-
tiones

tiones ex faba, uel farina eius cum zuccharo, far, blites, spinachia, & huiusmodi frigida, & hum. cum quibus commiscemus quandoq; mulsionem papaueris albi propter uigilias eorum. item damus qñq; ti i. sed de his, & similibus cibis habes suprâ tract. iij. de fructibus, & alijs ibi tract. ij. potus aquæ simplicis coctæ cum zuccharo, aut absq; aqua hordei excorticati, aqua hordei cum diadraganto frigido, aut cum zuccharo, aqua simplex cum iulep. uiol. & tu pro his relege, quæ scripta sunt de catarrho.

Digestio fit cum his, quæ infrigidant, & ingrossant materiam; ut est iulep uiol. aut syrup. uiol. &c. quæ posita sunt de soda cholericâ, & de catarrho calido acuto. & comprehendens has intentiones, & cum hoc sextam est syrup. de papauere, & fortius illa est diacodion, & dicetur de his in vj. canone.

Tertius completur primò phlebotomia cum eadem sanguinis plenitudo, uel eius signa, aut uetosa. & tu nota, quæ dicta sunt de phlebotomia in cura catarrhi. completur etiâ cum solutiuis habentibus respectum ad caput, & pectus: & ideò illa aggregas; ut uerbi gratia, in casu pilulas aureas addendo agaricum cum syru. uiol. habes enim capitalia in de soda, & de catarrho, pectoralia in de asthmate.

Euacuatio particularis fit humidis, & siccis aliquibus iuantibus uirtutem ad expellendum; ut loch de papauere, loch Mes. cuius initium; loch ad caliditatem, & asperitatē pectoris, loch ex inuentione eius, & sequens. item conferunt ad hoc, quæ in ore tenentur; ut diadragantum frigidū pilulæ bichichię recentes, id est, tussitiuæ descriptione Nicol. item pilulæ descriptione Mes. R. dragaganti, gummi arabi, seminum maluæ, seminum citrullorum, seminum cucurbitæ, amygdalarum dulcium, farina fabarum. ana. drach. iij. seminum portulacæ, amili. ana. drach. ij. fac pilulas in modum lupini cum mucillagine psillii. &c. si uigilias patitur; adde seminum lactucæ, papaueris, ana. drach. iij. aliud. R. iuuubarum numero. xx. sebesten, numero. xl. ficus. vi. liquiritiæ mundæ passularum enucleatarum. ana. drach. x. capillo. uene. drach. v. aquæ lib. v. deinde R. penidiarum rob. ana. drach. 5. coquantur cum facilitate, donec fiant; sicut mel currens. deinde R. seminum lactucarum, cucurbitæ, citrullorum, portulacæ, fabarum excorticatarum, ana. drach. iij. dragaganti, gummi arabi, amili, papaueris albi, amygdalarum dulcium. ana. drach. i. 5. confice cum prædictis. potes enim modicum loch in modum syrupi, confectionis in modum decoctionis ordinare, ut magis placebit; est enim maturans tussim calidam, & facitans sputum in ea. & ex habitis compone ex diuersis diuersa, ut proposito erunt conuenientiora.

Diuersiones fiant ultrâ, ut suprâ de soda, asthmate, & pluribus locis dictum est ex eis eligendo necessarias, quæ facillè comprehenduntur.

Sistitur catarrhus cum diapapauere, cum loch eius, diadraganto frigido, diacodion, & est medicamen de iacur sic dictum ab inuentore, & est cæteris fortius, & multum laudatum a Gal. Auic. Mes. Nico. cuius descriptio est copiosa præ cæteris. & tu uide eam. similiter pilulæ de arnoglossa, & de cinoglossa Nic. & est secretum. multa in de catarrho ponuntur, & tu ibi: nam in tussi catarrhali multum laudatur cauterium in zuedenegi. propter quod relege, quæ ibi huic proposito scripta sunt.

Pro confortatione recurre ad ea, quæ de soda.

Applicantur ad extra emplastra, unctiones, cerotaria: sed consulo, ne nimium utaris frigidis. unctio. R. olei uiol. 3. iiii. ceræ albæ. 5. 5. misce. item cum diadraganto, mucillagine psillii, olei uiol. farina fabarum, uel hordei fac emplastrum addito modico croci. item compone frigida cum calidis uincetibus frigidis; ut R. olei uiol. ros. amygd. dulcium, chamillini, cucurbitini, butyri loti, seminum frigidorum minorum, nenupharis, myrti, hyssopi, calamiti, & huiusmodi. ita, quod compone, ut uidetur expedire.

Accidentia corriguntur, ut, si fuerit difficultas anhelitus cum his, quæ dicta sunt de asthmate: si fuerint uigiliæ; cum dictis, suprâ de uigilia superflua addendo in cibis ea, quæ tenentur in ore semina papaueris, & huiusmodi. & de hoc etiam in tussi ex frigida. item medicinæ sedantes tussim, &

A confortates pectus, & pulmonem in casu sunt, sicut succus granorum myrti completorum, & est ad illud mirabile. item pulmo uulpis cum syrupo myrtino, & est magni iuuamenti.

CURA in calida, & humida. canones. ordinatio dietæ, & hic est similis illi, quæ dicta est de cali. & sicca. & tu utere cibis frigidis, & sicca. ut est hordeum, & huiusmodi. pro quibus. iij. tracta. euacuatio materiæ per phlebotomiam ex uena capitis, si fuerit descendens, aut à nigra; fiat phlebotomia, si fuerit materia in his locis: aut ex basilica; si hepar cū ua caliditate fuerit in causa. aut ex saphena; si fuerit ex retentione; menstruorum: & consimiliter suo modo dicatur; si fiat ex retentione hæmorrhoidarum, uel sanguinis undecunque fluere consueti. hic tamen nota, quod aliquando tussis est humida cum caliditate, & non est ibi sanguis peccans. quare oportet te commiscere frigida cum siccis incisuius, aut non secundum quod materia est uiscosa, uel non uiscosa: & sic ordinare dietam, digestionem, euacuationes communes, & particulares, ut suprâ, & infrâ dicetur de frigida, & hum. & tu collige. laudatur in hoc casu. R. capil. uene. hyssopi, fabæ excorticatæ, seminis anisi, foeniculi, lactucæ, portulacæ, papaueris al. ana. 3. v. amygd. ama. dulcium, hordei excorticati. ana. 3. v. semi. melonis, cucumeris, granatorum myrti. ana. 3. ij. gummi ara. 3. ij. passularum enucleatarum. 3. xv. dactylorum, ficuum. ana. numero. 5. iuuubarum numero. xxx. in li. iij. aquæ decoque usque ad lib. i. 5. dentur mane. 3. iij. cum zuccharo ros. uel uiol. potes, & si uis cum zuccharo reducere ad formam syrupi. item facere electarium, & gratius erit. item ex paucioribus, ut tibi commodè erit, confice, ut libet.

CURA in ea, quæ est ex causa frigida, & hum. canones. ordinatio dietæ, digestio materiæ, euacuatio communis, euacuatio propria cum medicinis educentibus à pectore. diuersio & maximè si à capite fluxerit, uel aliunde ad pectus uenerit, sistio materiæ, si à capite descendit. confortatio capitis, si ab eo erit. exiccatio residui, uel superflui cum his, quæ ad intra, uel ad extra administrantur. correctio accidentium.

C Primus perficitur cum regimine tendente ad calidum, & siccum, ut de asthmate dictum est.

Materia similiter digeratur ex his, quæ calefaciunt, subtiliant, incidunt; ut est syrupus de hyssopo, & decoctiones factæ ex rebus ipsis pectoralibus, ut in de asthmate. pro quibus ibi.

Euacuationes fiant cum pilulis cochiis, & de agarico cum cassia, & manna, addo agaricum, ut de asthmate dicebatur cum decoctionibus pectoralibus. & tu recurre ibi. & super hic nota duo. primum, quod canones positi in complendo tertium can. de asthmate prius legantur. secundum, quod istæ euacuationes reiterentur cum interpolatione. completur etiam hæc intentio cum enemate, suppositoriis & huiusmodi, ut in de asthmate.

Euacuatio propria fiat cum his, quæ materiam à pectore educunt, de quibus in de asthmate, & infrâ.

Diuersio, sistio materiæ, confortatio capitis, hæc tres intentiones cōpleantur, ut de catarrho frigido, & de asthmate dictum est. & tu ibi.

D Consumptio superflui erit cum medicinis resoluētibus & consumētibus, quas medici exiccatiuas uocant. & hic nota, quod talia debent applicari post euacuationes cōes, & proprias reiteratas etiam: nam administrare ea in principio est præfocare, & ponere ægrum ad mortem. Mes. unde ad intra quandoque administrantur, quandoque ad extra. ad intra autem. Recipe myrrham, & eam cum melle in corpora, & lambendo deglutatur, aut gummi albotin cum melle, aut alkitran cum melle; hæc enim anhelitum faciunt, & humiditatem consumunt. item & in hoc casu laudatur sulphur cum ouis sordilibus, & arsenicum. de quo in du biis, & suprâ dictum est de asthmate.

Fiant & suffumigationes ex gummis, & per embotū per os recipiuntur; ut ex storace, oppopanaco, sandaraca, thure galbano, & huiusmodi. & fiunt bis, uel ter in die. ad extra autem possunt fieri cerotaria ex his gūmis, & similibus cū pice cum pulueribus rerum calidarum pectoralium, ut su-

prà cum butyro. & similiter cum oleis, & cera, & modico aceti unguentum. item ex eisdem emplastra. & tu compone calidiora, & minus calida, vt erit opportunum.

Vltimum expediunt elargantia pectus, de quibus supra de asthma, remouentia vigilias, de quibus supra, & in de superflua vigilia. scito tñ, q̄ summa medicinarum confortantiū pectus, & pulmonē, & tussim sedantium in causa frigida sunt rob myrti cum myrrha, & modico croci, pulmo vulpis cum melle, & aqua calida, item crocus cum syrupo de hyssopo, item sandaracha cum melle, nux cupressi cum vino, & melle, & grana pini sunt uehementis iuuamenti. & ex medicinis magnis ad hanc intentionē sunt theriaca, mitridatū, diamusculus dulcis. pilulæ in complementū quarti can. & castorei, myrrhæ, masticis, opij, liquiritiæ, galbani, hyssopi, anisi, foen. enulæ, gētianæ, liquiritiæ, ireos, dragaganti, gummi ara. an. confice cū rob. da post sex menses. item ex his, quæ ingrediuntur loochata cōfice pilulas, quæ immediatè dari possunt. loch Gal. ex li. x. tract. & expertū ad eradicandū tussim ex materia grossa. & liquiritiæ, ireos, storacis liquidæ, phisticorū mundatorum, amygd. dulciū & ama. granatorum pini. ana. aur. iij. olibani, glutinis albotin, gummi ara. dragaganti, agarici, cinnamomi, seminis foen. an. 3. ij. 5. aloes, myrrhæ. ana. 3. ij. chesmes. 3. i. tere sicca & pulveriza. medullas verò contere cōtritione vltima. aloe verò, & myrrham infunde in rob circiter. 3. ij. aut iij. mellis cocti, & colati quantū sufficit, deinde dissolue in eo storacem, & confice in mortario. dosis est à 3. i. vsq; ad vnā. 5. & quia homines sunt nimium ingluuiosi, & delicati abhorrentes res amaras; possumus reicere aloem, & myrrhā dimittere, aut quia amara etiam non ponere, loch de scilla, & loch sanū, & expertum, & hmōi. utrum de asthma sit huiusmodi intentio, & consimilia, plura habes à Mes. & tu ibi. hic tñ non prætereo medicamen, scilicet ad sedādam tussim. Tabit Regis quod memorauit Gale. ipse, de quo dicitur, q̄ nullum ei aliud æquipera. & oppopana. aur. v. castorei, seminis lini alsi. ana. aur. iij. seminum lactucæ. aur. quinque. foliorum rutæ siccorum, myrrhæ. ana. aur. iij. 5. opij, croci. an. aur. iij. 3. confice cum melle colato. da in sero febricitantibus cum aqua calida, non febricitantibus cū vino ad quantitatem fabæ: est enim expertum.

CYRA in causa ex melancholia, quæ rarissimè contingit serua can. iuxta ordinem positum de aliis, & compone complendo quartum, & octauum calida cum humidis. hoc faciliter ex datis facere poteris.

Et, quoniam hæc est ægritudo molesta frequenter contingens, quæ & aliqñ inueteratur; hinc subscribam prolōgando plurima remedia in calida, & frig. hu. & sic. in calida laudatur diapapauer Mes. ca. de tussi, cuius initium. diapapauer ex inuentione nostra, & est mirabilis, & confert in antiqua, & noua, etiam in catarrhali. ad idem diapapauer ab eo descriptum eodem loco descriptione amech, cuius initiū. idem diapapauer, cuius iuuamentum est sublime ad tussim catarrhalem cum caliditate, & asperitate, & siti. ad idem pilulæ alchaber, de quibus supra de catarrho, & sunt rememorate ab Alex. medico; qm̄, vt dicit, sunt ex medicinis benedictis, & sunt ex secretis artis. dantur. n. in sero, cū itur dormitum à tribus vsq; ad quinq; sunt. n. mirabiles. tu require Mes. de catarrho. de suffumigijs pone remedia, deinde de aliis causis ex apostemate &c. in fine de feb. unde Auic. suffumigium. & ros. rubearum sic. M. ij. chamæmillæ, meliloti. ana. M. i. sandalorum omnium. 3. i. liquiritiæ mundæ. 3. 5. capilli ue. M. 5. camphoræ. 3. 5. bulliant in aqua, & vltimò addatur cāphora, deinde recipiatur fumus per embotum aperto ore, & cooperto capite, donec sudet fortiter: & hoc fiat multis vicibus iuxta conuenientiam particularum. deinde teneat pilulas bichichias in ore, de quibus supra, vel similes, vt in de catarrho calido dictū est.

In frigida verò laudatur diazinzi, loch filij Hamarā Mes. cap. de tussi humida, cuius initium. idem loch conferens tussi, & ægritudinibus pectoris, & pulmonis, & est expertū. item loch, siue pilulæ descriptione Amech eodem. c. cuius initium. item loch conferens, vt ipsum. Rec. liquiritiæ, amygd. dulc. &c. itē pro pauperibus, & confert tussi phlegmaticæ, & maturat eam. & aliorum mundato. lib. 5. & eli-

Ex in aqua decoctionis cicerū, & hyssopi, donec sint bene discocta, deinde colentur, & fortiter terantur, & proijce super ea butyri, & mellis. an. 3. vi. & decoquantur leto igne vsq; ad terminum loch, & utere. bonū est, & est ex descriptione Sabor regis. aliud ad idem. & succi caulium lib. v. coque lento igne auferendo spumam eius, usq; dum redeat ad lib. ij. deinde coquatur cum rob, & melle. ana. lib. i. vsq; dum ingrossetur bonum ab eodem. item & pro pauperibus amplius. retineat pauper fortiter anhelitum, & frequēter; & est Auic. curabitur, & maximè, si à mala complexionē simplici fuerit. ad idem. & puluerem calamenti, & ponatur in carice, quæ aliquantulum igni appræsentur, & ponatur in vino, & eo vtatur sero, mane, & meridie: idem facit piper cum ficibus sumptum. ad idem. & butyri, mellis, vitellorum ouorum. ana. 3. iij. piperis. 3. 5. misce sine igne, & utere. & ex similibus tua interest componere in causa ca. accipiēdo frigida domestica multum, & non sumptuosa. suffumigium. & thuris, laudani, masticis, ana. 3. iij. foliorum chamæmillæ, meliloti, capil. uen. ana. M. i. 5. hyssopi. M. 5. liquiritiæ rasæ. 3. i. caricarum numero. xij. passularum. 3. i. 5. decoquantur in aqua, & recipiatur sumus per os, ut supra, & maximè qm̄ est catarrhalis ut est fm plurimum. q̄, si non fuerit catarrhalis; dimittes gummas, & loco earum pone calida pectoralia, de quibus supra.

In humida laudatur syr. de hyssop. descri. filij Hamarā, cuius initium filius Hamaram. syr. de hyssop. Mes. cap. de tussi humida. ad idem confectio democriti eodem cap. & ex datis humidæ compone. & pro pauperibus. & sulphur. 3. 5. & sorbeatur cum ouo forbili.

In sicca laudantur trochisci filij Zacchariæ cap. de tussi sicca Mes. quorum initium: item confectio alia trochisco ad tussim siccam cum caliditate uehementi.

Et, quia rarò peccans qualitas passiuā absq; actiuā hinc, cū de cura harum compositarum satis dictū sit; super sedo. tua tñ interest componere addendo in ficcis, aut hum. magis, uel minus, ut expediens erit. q̄, si fuerit sicca propter uiscositate; subtilia incidas &c. si uerò propter subtilitatem humoris; ingrossa. & tu de his omnibus habuisti simplicia, & composita. in antiqua laudatur sotira Nico. item pilulæ Isaac hebē hamaram in Mes. in fi. capituli de tussi, quarū initium. & storacis castorei &c. item medicamē Sabor regis cap. de tussi sicca Mes. cuius initium. Sabor rex Medorum medicamen mirabile, & valet in calida: & in eadem ualet diapapauer Mes. memoratum supra. in frigida verò confectio Humain in Mes. cap. de tussi humida, cuius initium. Humain. confectio loch albani. item confectio Archigenis eodem in loco, cuius initium, Archigenis confectio, quæ nominatur mirabilis.

CYRA. si tussis fuerit in ætate infantili; rectificetur lac, & fiat inunctio cum butyro, dragaganto, oleo uio. chamæmillino, anethino, pinguedine gallinæ, mucillaginibus psillij, & huiusmodi, cū cera alba, aut citrina, modico aceti componendo frigida cum cal. faciendo declinare unguentum ad latus frigidum, vel cal. vt opus erit. sed nota, q̄ in pueris tussis, vt plurimum, est frigida. quòd, si fuerit ex capite defluxus; ponatur cerotaria, aut sacculi super caput, vt dictum est de catarrho cal. uel frigido, ut opus erit. si autem cū tussi erit feb. tunc calida dicta oportet moderari habendo respectum ad ipsam feb. & hoc remanet in discretionē tui medici. & tu benè cōsidera. & recurre ad ea, quæ dicentur infra de feb. rubrica de accidentibus feb.

CYRA. si aderit tussis ex vlcere, aut vulnere pulmonis, uel apostematis eius, vel partium vicinantū ei; sicut verbi gratia, quando contingit tussis sicca ex apostemate hepatis, vel ex aliqua re comprimente diaphragma; vt uetostitas, aut aquositas in hydrope, aut ex apostemate stomachi, splenis, & huiusmodi: tunc sit recursus ad rubricas proprias; ut de cura phthisis, peripneumoniæ, apostematis, hepatis, splenis, stomachi, &c. quoniam ex cura eorum pendet cura huiusmodi tussis.

De uoce.

Rubrica. 5.

Vox est sonus causatus ab anima ex percussione aeris ad uocalem arteriam cum imaginatione, ac uolūtate, seu appetitu

appetitu significandi. & hæc descriptio colligitur ab Arist. ij. de anima, & ab eius commen. com. 89. ex qua patet tres eius causæ philosophicales; materialis. s. cum dicitur aer: efficiens saltem uniuersalis; cum dicitur anima: finalis uerò; cum dicitur cum imaginatione. nam uox dicitur à uoco uocas; uel quia animi uoluntatem enuntiat. unde secundo perihermenias; uoces sunt earum, quæ sunt in anima passionū notæ. formalis uerò est uocis talis dearticulatio, siue modulatio. & ut dicta magis positiuè intelligatur, & specialiter quò ad causam efficientem, cuius omnimoda notitia est medico in curatione necessaria; subiungam exemplarem similitudinem, qua facilius expectata aperiantur: imaginari itaque uelimus uocem in animalibus formari, quemadmodum sonus in fistula folliculum habente: pulmo enim, & concavitas pectoris est, sicut folliculus fistulæ. longitudo uerò fistulæ cum foraminibus est sicut trachea. diaphragma uerò, & lacerti pectus mouentes sunt, sicut brachium premens folliculum. epiglottis uerò ut extremitas fistulæ. musculi autem epiglottis aerem percutientes, & epiglottim constringentes, & dilatantes uoluntariæ sunt, sicut digiti foramina fistulæ nunc claudentes, nunc aperientes sicut exigentiam modulationis. palatum uerò est, sicut concavitas fistulæ lata, ubi uox in epiglotti formata resonat. & est notandum, quod uirtus animalis, quæ est principiū motus, mouet epiglottim, siue musculos eius in fractione uocis mediantibus neruis reuersiuis. unde Gal. viii. de iuuamen. Cerebrum utitur his neruis ad mouendum epiglottim; sicut miles utitur freno, & habenis ad mouendum equum: & ideo ex nocumento in eis accidente contingit uocē lædi. unde Auic. decima tertii de uoce. & fuit alius, qui cum curaretur à scrofulis; incisus est unus duorum neruorum reuersiuorum. quare abscissa est medietas uocis. breuiter autem instrumeta dicta concurrunt ad uocem dearticulandam, dentes, lingua, labia, & uuula, quæ nō solum confert in dearticulatione; uerū etiam ad formationem, ut Gordo. qui asserit ipsam stare super foramen anhelitus, sicut digitus fistulæ super foramen fistulæ. & subdit ea. de uoce. in formatione uocis uuula est per se, & alia sunt propter iuuamenta; ut lingua, palatum, labia, & dentes. præter hæc autem nota, quod epiglottis est membrū cartilagosum creatū, ut uocis sic instrumentum. quod ex tribus est compositū cartilaginibus; ut prima primi de anatomia musculorū epiglottis. prima quidē, quæ est anterior, & maior, & uocata clypealis, quæ posita est exterius ad deferendum; ut clypeus. secunda est dicta nomen non habens post illam posita ad partem colli, & cum ea ligata ad complendum, quod deficit ex prima. tertia est dicta cymbalaris, quæ existit in medio, sicut est lingua in fistula artificiali. & hæc est illa cartilago, ad quam hora uocis fit aeris fractio. de qua Auic. decima tertii de uoce. & eius instrumentum est epiglottis, & corpus simile linguæ fistulæ. & est instrumentum in ueritate, & reliqua sunt mittentia, & adiuuantia. & Ral. i. Alman. de forma oris, & linguæ. aliud uerò est corpus quoddam, quod linguæ assimilatur fistulæ, quod omnibus aliis uocis instrumentis nobilior. unde de tria sunt uocem facientia: quoddam est recipiens, quoddam est rectificans, & modulans, quoddam mandans. recipiens est canna; quæ recipit aerem sibi transmissum à pectore, quæ est plana solida; quale debet esse corpus sonorum. rectificans, & modulans sunt lacerti epiglottis, & fistula cymbalaris. mandans est diaphragma, & pulmo, & pectus. ex quibus omnibus patet modus generationis uocis in animalibus: nam aer missus à diaphragmate pulmone &c. usque ad epiglottim per cannam pulmonis refrangitur à musculis, & fistula cymbalari mediante dilatatione, & constrictione eorum. ex qua rectificatione, & moderatione facta causatur uox in palato resonans, ut dictum est. ad cuius causationem etiam concurrunt lingua, dentes, & huiusmodi. consideranda enim sunt à medico operante; ut aperiat modus ponendi, casum in terminis in dispositione non naturali ipsius uocis. nam & uox frequenter indispōnitur, cuius indispositio ad se curam uocat. læditur enim uox tripliciter, quæadmodum, & singulæ aliæ operationes ablatæ. s. diminutè, & corruptè, & de unoquoque membro fiet processus curatiuus. ablatio uocis est propter

augmentum nocumentorum accidentium membris facientibus, aut concurrentibus ad faciendam uocem. unde Auic. Et, quando fortia fiunt nocumenta in membris mittentibus; destruitur uox, sed ut plurimum accidit destructio, diminutio, uel corruptio propter nocumenta in fistuli, & musculis contingentia. unde Auic. Cum nocumentum est in lacerto constringente; est uox sufflatiua; quia quodam impetu sufflatur aer. & quando destruitur eius operatio; destruitur uox. diminutio itaq; nocumentorum in eisdem est causa diminutionis in ea.

ET CAUSAE facientes corruptionem sunt, & esse possunt eadem causis facientibus ablationem, & diminutionem. unde Auic. Raucedo accidit ab humiditate pauca, & cum multiplicatur parum; pertremis: & si plurimum multiplicatur; destruitur. itaque secundum earum intensiōnem, & remissionem. & ideo Auic. permixtim posuit causas harum læsionum in uoce contingentium. & si queritur, quæ causæ sunt intensiores ex parte nocumenti, an facientes corruptionem an diminutionem, dicendum, quod sic prima facie uidetur ex auctoritate nunc allegata; quod faciliores sunt causæ corruptionis. sed hic est locus speculationis, quem relinquo subtilibus: nam quandoq; corruptionem uocis antecedit diminutio eius, quæq; magnificatio, ut patet de canna dilatata ob uehementem caliditatem. & in summa causæ facientes ablationem aut sunt in membris mittentibus; ut diaphragmate, pectore, & pulmone, & huiusmodi & earum remotio querenda est rubrica de asthmate, & infra rubrica de pleuresi, peripneumonia, phthisi, empyemate &c. aut in membris facientibus; ut epiglottis, & musculis &c. ut supra. & istæ sunt aut mala complexio cum materia, aut sine, aut mala compositio, aut apostema; ut in squinantia; aut solutio continui facta in neruis reuersiuis, & cæ. ut supra.

CYCAN. canones seruentur proportionabiliter iuxta causam: ut uerbi gratia, si fuerit uitio pectoris, aut pulmonis; reductæ ad canones causæ proportionatos rubrica de asthmate, & pleuresi. quod, si fuerit ex apostemate gutturis reductæ ad rubricam de squinantia. quod, si fuerit uitio solutionis continui; serua quæ sunt necessaria in tali solutione. unde Auic. de cura eius. Curetur cum eo, quod oportet capitulo suo. quod, si fuerit ex incisione nerui; nō expectes curam. quod, si fuerit ex mala complexione, & specialiter humida, à qua contingit secundum plurimum; tunc sit canō memorosus, quod statim adhibeatur cura, & non tardetur; quia ex tali humiditate ita aliquando mollificantur lacertis; ut beneficio medici non restituantur sanitati: & hoc fortè intellexit Auic. cum dixit. & ille quidem, qui sentit initium abscissionis uocis, oportet, ut incipiat ad curandū, antequam fortis fiat. & scito, quod abscissio uocis, quæ prouenit ex nocumento nuchæ colli, & spondilium, & neruorum dilatantium à casu, & percussione dislocatione, & huiusmodi, uix, aut nunquam curatur.

Secundus canon. confortetur guttur cum his, de quibus ca. de squinantia. & ualet in hoc mixtio facta ex ouo elixato, & isfamo excorticato cum modico lactis, & sumatur ter in die, & tribus diebus continuis, & sit quantitas trium coclearium.

Tertius. administratio medicaminum exiccantium, & confortantium guttur; ut R. ficuum siccarum numero. iij. calamenti. 3. 5. gummi ara. 3. i. abiiciantur cortices ficuum ut possibile est, deinde omnia simul in mortario conteras, & coniungas, & fac pilulas, de quibus teneat in ore patiens unā continuè in nocte, & die expertum. aliud. R. succi liqui. 3. i. thuris. 3. ij. croci. 3. i. & 5. & cum rob uux, siue uini aggrega. item fiat sorbitio aquæ decoctionis caulium paulatina, & paulatina, & continuetur sæpe in die, & sit tepida. item R. phisticorum mundatorum. 3. i. zinzib. contriti. 3. i. 5. amidi. 3. ij. zucchari. 3. i. omnia cū lacte misceatur, & reducantur ad formam mellis. deinde aromatizetur totum cum modico piperis, & administretur in forma loch, aut pilularum. placebit. quod, si fuerit ex siccitate, quod comprehenditur, quod est cum pauca raucedine, acuitate, cū caliditate quadā, & asperitate, & quodā dolore; tunc R. oleū uiol.

& cum eo misce multum zucchari, donec totum sit, quasi ut mel, & deglutatur paulatinè, & sumatur hora, qua itur dormitum quantitas unius coclearis. item ad idem mucilago psillij cum zuccharo, ut dictum est. item ius gallinæ, item ius spinachiarum cum zuccharo, & huiusmodi. & breuiter humectatiua ex parte etiam ciborum sunt hoc casu maximè conferentia. item ficus sicca cum cortice, quæ habent plurimum humiditatis etiam in uocis abscissione conferunt. & hoc uoluit Auic. cum dixit. & ficus sunt iuuatiuæ ad abscissionem uocis, siue sit ab humiditate, siue ex siccitate. sed hic nota, quòd non prætereundi sunt, nec postergandi canones uniuersales attendendi in euacuando materiã peccatam, ita quòd ordinetur diætã, digeratur, euacuetur. diuertatur, ut est necesse iuxta ea, quæ posita sunt in capitulis propriis; ut de asthma, pleuresi, & huiusmodi; ut opus erit. item notandum, quòd in mala complexione absq; materia, ut supra, sufficiunt sola alterantia. item, quòd ea, quæ dicta sunt de cura abscissionis, ualent etiam in de cura diminutionis. ita, sicut differunt abscissio, diminutio ex parte causarum sicut intensum, & remissum; ita & medicamina adiuuata differre debent. unde & ualentia in raucedine ualent & in diminutione: & tu per te hæc facilia aggrega, & compone. de corruptione autem uocis dicendum, quòd, & licet plures eius species ponantur; tamen principaliter, & latius mentionem raucedine faciam de aliis succinctè expediens: nam satis conferre uidentur, quæ dicuntur in de raucedine, & aliis speciebus eius.

De raucedine uocis, & asperitate. Rub. 6.

RAUCEDO uocis, siue uox rauca est uox aspera ab humiditate, aut superficie canna inæqualitate causata. & dicitur ab humiditate; quoniam uox, quæ causatur à siccitate, inæqualitate superficie canna, propriè dicitur aspera, & hoc uoluit Gal. ij. techn. cum dixit. asperitas est inæqualitas superficie sicut corpus durum. hæc humiditas est media inter illam, quæ facit tremulam & abscissam; ut infra de tremula. Auic. uerò Mes. & cæteri plures intellexerunt hunc terminum raucedo ualdè largè uolentes, quòd omnis uox confusa diceretur rauca. ego uerò credo, quod in omni uoce rauca sit uocis confusio, & indistinctio; nam organa, quorū uoces sunt confuse, & indistinctæ, rauca appellamus. ex quibus habetur, quod causa raucedinis est humiditas, quòd inferre ut consequenter exprimatür aliã causã, quæ sunt causæ raucedinis largo modo sumptæ: omnia enim quacumq; possunt esse causa inæqualitatis canna, possunt, & sunt causa raucedinis. & in summa numerantur, humiditas undecumq; fluens, ut supra; siccitas consimiliter exiccando difformiter partes canna: & est inter has signum distinctiuum; quoniam, quando est à siccitate; est uox cum claritate, & sonoritate: oppositum accidit ex ea, quæ est ex humiditate. item accidit ex dilatatione superflua instrumenti; ut in forti clamore, forti sufflatione, & specialiter his factis post cibū, ut. ij. &. iij. proble. & hoc maximè reperitur in uenatoribus clamantibus post canes, & syluestria animalia. item idem contingit ex maximo frigore superfluo calore, superflua uigilia; nam hæc omnia aut trahunt humiditatem inæqualitatem; ut fortis clamor: aut difformiter consumunt inæqualitando. idem operantur cibi asperi acetosi. & ultimò potest ab apostemate gutturis, uel partium uicinantium causari.

CAUSAE. Et in summa tres sunt causæ factiua raucedinis; primitiua, antecedens, & coniuncta. exemplum primi; aer humidus post siccum humectans corpus; nam Hippo. cum fuerit ætas sicca, & borealis, & autumnus austrinus, infra in aphorismis. item aer frigidus post humidum, & frigidus post calidum, exercitium post cibum, & propriè particulare; ut cantus. item fumus, puluis, uentus borealis, & maximè cum subito uenit post austrum, & econuersò. percussio, casus, & læsio colli, nucha, & spondilium, nimia uociferatio, uigilia superflua, somnus superfluus, cibi humidi, uaporosi, comestio multa rerum salutarum, acutarum, acetosarum, & huiusmodi.

Exemplum secundi; ut mala complexio humida in cana, uel mala complexio in instrumentis uocis; ut in pulmone, & lacertis factiuis uocis, uel in cerebro, uel in pectore, uel

H in stomacho, lingua, palato, & huiusmodi, aut solutio continitatis facta in nucha, uel amygdalis, uel catarrhus descendens. inquit Gal. in libello de uoce, quòd raucedo specialiter uenit propter nocumentum lacertorum dilatantiū epiglottim, uerum descensus catarrhi est sæpe in causa.

Exemplum tertij; ut humiditas phlegmatica, uel sanguinea in canna pulmonis existens, uel lacertis, uel epiglottis; nam, ut patet, tympanum humefactum non benè sonat; quoniam non fit in eo reuerberatio, sicut in sicco.

SIGNA demonstratiua. Eius, quæ est à causa primitiua, signa nota sunt. quòd, si fuerit à capite; scitur per grauitatē eius, & alia capitis accidentia, de quibus in de squinantia, & de tussi. quòd, si à collo, stomacho, pectore, uel alio membro; discernitur à membrorum illorum nocumentis. & hic nota, ut de eo infra, quòd humiditas magna uocem causat raucam, maior tremulam, maxima autem uocem aufert, sicut in paralyfi linguæ, & membrorum uocalium.

PROGNOSTICA. Cum ætas fuerit septentrionalis sicca, & eius autumnus meridionalis, & pluuialis; tunc raucedo multiplicatur in ipso. uide infra in aphorismis. corruptio uocis propter nocumenta nucha colli, & spondilij, & neruorum dilatantium, & in aliis nocumentis, quæ ueniunt à parte posteriori; sicut dislocatio, casus, percussio, uix, uel nunquam curatur, nisi esset recens ualdè. raucedo post unum annum non recipit curam. raucedo ex rheumate nunquam curatur; nisi prius rheuma curetur. cū aliquis est rheumaticus, & raucus, & propriè ex causa frigida, & phlebotomatur; uix, uel nunquam curatur.

CURA. Et, antequam ad curam procedas; tu operator scito, quòd raucedo, quæ accidit decrepitis, non sanatur. Aui. quod intellige, nisi sit ualdè noua. item, quòd raucedo post unum annum non recipit curationem. item raucedo ex rheumate non curatur; nisi prius curetur rheuma. & tu pro eius cura recurre supra de catarrho. primus cano. ordinatio diætæ, digestio materie, si necessaria uidetur, euacuatio, particularium applicatio.

G Diætã ordinetur iuxta causam; ut uerbi gratia, si fuerit ex siccitate; sit aer declinans ad humiditatem, cibi humidilentiui; ut ius spinachiarum, malua, tri, ficus sicca pingues subtilium corticum, grana pini, amygdalæ mundæ, passulæ sine ossibus, dactyli pingues, item sorbitiones ex iusculis frumenti, ex fabis, ex farina anisi, uitella ouorum, lac cum melle, uinum dulce, syrupus mellinus, succus liquiritiæ, & exsuccare quasi eam continuè: est enim clarificans uocem; cum accidit exasperatio, propter quancumq; causam Mes. consimiliter, si fuerit ab humiditate; ut aer declinet ad siccum, cibi, ut ius caulium, cicerum cum pipere, raphanus, & breuiter, quæ sunt exiccantia, & consumentia humiditatem, de quibus supra tract. iiii.

Digeratur materia si opus erit. pro quo supra ca. de catharro; quoniam ex fluxu à capite contingit, sic uocem raucam fieri.

H Euacuetur autem materia cum respiciētibus eam. & laudo magis in hoc exhibitionem pilularum, quando itur dormitum, ut supra de catarrho. & clysteria sunt maximè hoc casu commendanda. quòd, si uidetur eam esse à sanguine, uel ab humore sanguini commixto; fiat phlebotomia ex cephalica iuxta canones de soda sanguinea supra. & tu ibi semper inspecta uirtute. deinde fiat alteratio, & euacuatio cum casia, thamarindis, ut ibi.

Applicatio particularium perficitur cum his, quæ applicant cannam, & asperitatem remouēt. & istam distinctionem sumunt ex parte modorum applicationis eorū; ut quædam per interius, quædam per exterius. & per interius quædam administrantur in forma pilularum, quædam in modulo, quædam in cōfectione solida, quædam gargarizando, quædam sorbendo, & huiusmodi.

Per exterius uerò in forma emplastri, uel unguenti, suffumigij, & huiusmodi, de quibus exemplificabitur suis locis iuxta causas positas supra, de ea initiū faciens ab ea, quæ est ab humiditate, & est sicut plurimum. pilulæ bichichæ, quarum descriptio. R. carniū dactylorum. vnc. 5. piperis. 3. vi. cubebæ. 3. i. semi. foeniculi. 3. 5. amygdalarum dulcundatarum, & zucchari. ana. 3. viii. confice. item. R. dragagan.

gagan.gummi ara.ana.3.ii.myrrhæ,olibani.ana.3.i.succi liquiritiæ.3.i.5.carnium dactylorum,& uini dulcis quantum sufficit ad incorporationem, teneanturque in ore. item & pilulas memoratas supra de abscisione uocis in.iii.canone, & plura ibi scripta huic proposito sunt conuenientia. loch sanum,& expertum Mesue.item.℞.cinnamomi,croci,succi liquiritiæ,iuiubarum,myrrhæ.ana.3.5.pinearum mundatarum.3.ii.penidiarum.3.ii.misce cum optima sapa, & fiat loch,& lambendo deglutatur.confectioes solidæ fiant cū his, quæ posita sunt de loch cum zuccharo unius decoctionis.ad idem ualent penidia.gargarisma fiat ex sandaraca cū aceto scillitico cum pauco mellis,uel cum oxymelle scillitico;est enim sandaraca ex mayimè uocem corroborantibus Mes.forbitiones uerò fiant cum succo caulium cum zuccharo.per exterius uerò fac emplastra,quæ sint exiccantia,& non multum in caliditate eleuata;ut.℞.foliorum chamemillæ,loti.ana.M.i.florum anethi,ro.ana.M.5.olei liliorū albo.ro.chamæmillini.ana.3.i.pinguedinis gallinæ.3.5.farinæ frumētī,hordei.ana.3.i.cum uino cocto fiat emplastrū cum modico croci.unguentum uerò fiat ex hyssopo humida cū oleo chamæmillino,ro.an.factis uerò purgationibus & ubi non est suspectum de multitudine materiæ; fiant audacter suffumigia;ut.℞.thuris,sandaracæ,storacis,calamitæ ana.incorporentur, & ex eis fiat suffumigium, & recipiat aperto ore.& in casu nostro ex laudatis,quādo res uidetur quasi in desperatione est.℞.piperis,cubebarū,myrrhæ,cocti,aristolochiæ,casiq̄ lignæ,siseleos,maratri.ana.3.i.sulphuris citrini.3.i.5.cum seuo hircino,& uitello ouorum, fiant trochisci,desiccantur in umbra,& cum uti uolueris; pone unum super carbones & aperto ore recipiat fumum, post gargarizet hydromel,deinde comedat unum cocleare postularum.& scito quòd ex maxime commendatis est ficus sicca assata usquequo sudare incipiat,& comesta, item caulis, siue brodium,siue succus conditus ex eo.

C V R A. In facta ex siccitate; ut quæ ex puluere, uento, fumo, aut cibo uel potu in lacerto uociferatio siccitatem imprimente.administrentur humectatiua,& lenitiua; ut supra in primo canones ita, quòd declinet diætā ad humidū ex parte rerum nō naturalium.& iuxta ordinem positū de ea,quæ est ex humiditate,possunt confici pilulæ loch,& huiusmodi, ut supra.& recurre ad ea,quæ dicta sunt de abscisione uocis ex siccitate. ualet syrupus iuiubinus, & est speciale in hoc syrupus uiol. qui etiam in forma loch, uel confectiois reduci possunt,& consimiliter ex eisdem pilulæ conficiuntur.

Et ualet electarium Ioannis damasceni.℞.dragaganthi. drac.v.gummi ara.amygdalarum dulcium,amili,seminum cucumeris.ana.drach.iiii.seminum citoniorum,liquiritiæ,seminum citrulli.ana.drach.ii.penidiarum. drac. xxx. mellis,quod sufficit.

Item loch ex inuentione Mes. de raucedine uocis,cuius initium. Loch ex nostra inuentione. & est simile illi Ioan. damasceni. ad extra uerò applicentur humectantia; nam ex datis facile compones iuxta ea, quæ de ea,quæ ex humiditate dicta sunt.

C V R A. In causata ex forti clamore administrētur, quæ dicta sunt de abscisione uocis in tertio canone. & laudatur pilulæ ex ficibus,puluere menthe,modico hyssopi cū uino dulci confectæ,uel cum syrupo de hyssopo. item laudantur forbitiones ex farina tritici,chist hordei cū melle.laudatur specialiter medicamen de assa cum croco. Mes. distinctione.i.ubi non fuerit præsentia mulæ caliditatis. quòd,si fuerit illic caliditas;tunc administrētur ius de atriplicibus maluis,aqua hordei,grana cucumeris,amili,amygdalis,& huiusmodi contēperando.confert in hoc casu lac, uitella ouorum sorbilibium sine sale.

C V R A. In causata ex frigore nota, quæ sunt calida confertia.& tu pone allium coctum cum lacte,assa,caulis,cartamum,cubebæ,& est propria præcipuè masticatæ.Mes.mētha,myrrha,porrum cum melle,raphanus,hyssopus cum melle,ficibus,piper,olibanum,calamentum.in causata uerò à caliditate nota consimiliter quæ sunt frigida conferentia. & tu cōpone.faba, portulaca,mucillago psillii,citoniorum,aqua melonis indi,& unumquodque istorum admini-

A stretur cum zuccharo,aqua citrullorum,melonum, & medulla seminum eorum,grana papaueris,atriplex, malua,aqua hordei,spinachia,blitis,aqua granarum,amilum,tri,cucurbita,cucumer,iuiubæ,& similia.& scito, quòd succus liquiritiæ, & uitelli ouorum sunt ex conuenientioribus materiis ad hoc,ut cum eis componantur reliqua, & similiter lac multum.Aui.& ex compositis calidis ualentibus in frigida loch sanum,& expertum Mes.loch album eiusdem de cura tussis humidæ,diarriis,& est proprium,diapenidū eius diazz.eiusdem,theriaca magna.& ut ex cōpositis gaudeas; ℞.croci.3.iii.cubebæ.3.i.s.succi liqui.olibani.ana.3.i. confice cum rob pilulas quas teneat patiens sub lingua deglutendo paulatinè saliuam.& ex compositis in calida diadragantum frigidum,diapapauer,syrupus uiol.syr. iuiubinus. & ex compositis aliis. ℞. gummi ara. dragaganti,seminum cucumeris.ana.drach.i.succi liquiritiæ,amili.an.drach. ii.tere, & cōfice cum mucillagine se.citoniorum & psillii, & fac pilulas magnas,ut sunt auellanæ,& accipiat mane,& fero lambendo.

B Aliud ad idem,& est Democriti.℞.sem.cucumerum mū datorum.3.vi.succi liquiritiæ.3.vii.seminis portulacæ. 3.i. confice cum albumine oui,& fac trochiscos, & teneat sub lingua unum.& per similia compone loochata, emplastra, unctioes,& huiusmodi.sed notandum,quòd frigida nō debēt sic ad extra applicari;propter quod recurre ad rubricā de squinantia,& suffocatione.

C V R A. Si raucedo fuerit ex apostemate circa guttur; cura prius cum his,quæ de squinantia.

C V R A. Cōsimiliter,si ex catarrho,ut dictum operare.

C V R A. Si à uigilia & c. induc somnum, & considera, si ibi in causa est humiditas uel siccitas, & operare cum iam dictis.

C V R A. Si ex cibus asperis; iam habes lenientia. quæ uerò est à sola qualitate,sola sufficiunt alterantia.

C V R A Succinctè aliarum specierum,siue differentiarū uocis,ut promissum est, iuxta ordinem ducis mei initium faciam à cura uocis asperæ,quæ est specialis raucedo,& caufatur à siccitate lacertorū,epiglottis,& pectoris,ex coitu, ex uigiliis,& indifferenter ab omni causa difformiter exiccante cannam pulmonis,& ab incisione uuæ. quòd,si fuerit humiditas inæqualitans eam; erit proprius loquendo uox rauca.& de cura eius breuiter me expediens; quoniam, ut patet,pendet cura eius ex dictis;solum colligam,quæ à duce meo scripta sunt.abstineat ab his,quæ dixi in de raucedine,dimittat uociferationem,& utatur lenificatiuis; ut sunt ficus pingues,humidæ,& siccæ,passulæ,& huiusmodi.quòd si fuerit ex incisione uuæ singulare remedium.℞.rob uini, & si fieri potest; sit antiquum,mell.ana.coquantur adinuicem,& remoueat spiritus. & ex hoc cōposito cum aqua calida fiet gargarisma,& patiens etiam in potu ex eo sumat.

De uoce breui.

Rubrica. 7.

C V M eius causa sit breuitas anhelitus; oportet in ea remouenda insistere cum his, quæ anhelitum prolongant; ut sunt continere anhelitum, ascendere,& descendere per montuosa, prolongatio moræ in balneo, & post ipsius exitum bibat uinum. item dormiat; quando somnus inducit longitudinem in anhelitu eo, quòd anhelitus fit in somno difficilis.

De uoce grossa.

Rubrica. 8.

V O X grossa non hic audienda,nisi primò quarto per ipsam importetur uox magna,& grauis.cuius causa est dilatio meatus,quæ quidem quæq; contingit ex nimia repletione stomachi faciente fastidium mollificante, & dilatante; quandoq; ex multitudine uociferationis, quandoq; ex uehemēti attractione,& constrictione aeris; ut accidit fistulatoribus,tubicinatoribus,& huiusmodi.& cura eius est euacuare materiā ad locum tractam,& uti constrictiuis,de quibus omnibus ad plenum dictum est supra.

De uoce subtili.

Rubrica. 9.

H A E C autem fit ex causis contrariis; quia ex constringentibus,& exiccantibus; ut sunt uigilia,lafsitudo, somnus de quo in dubiis,& propriè post cibum exercitiū laboriosum,euacuationes.& cura eius est,ut dimittat uocē, & adhareat exercitio æquali,cibus tēperatis, & introitu balnei

Practica.S. X 4 omni

Chist hordei est hordeum frustum, uel pifana.

Handwritten note at the bottom of the page.

omni mane, & fugiat styptica exiccatiua, & coitū, de quo etiam in dubiis, ut iam posterius patebit.

De uoce tenebrosa. Rubrica. 10.

Vox tenebrosa, & putrida est similis uoci, siue sono cātu ex frictione unius plumbi cum alio. cuius causa est humiditas grossa ualdè. & in eius cura conferunt calefacientia subtiliantia, & incidentia; ut uinum antiquum, pisces saliti, & huiusmodi, de quibus de asthma, & de abscissione uocis dictum est.

De uoce trepida. Rubrica. 11.

Vox trepida siue tremula causatur ab humiditate mollicicante minori, quàm sit humiditas mollicicans in abscissione. unde sicut Auic. decima tertii cap. de uoce. raucedo igitur accidit ab humiditate pauca, & cum multiplicatur; parum tremit, & si multiplicatur; destruitur. ex quibus apparet, quòd est media inter raucam, & abscisam. præter autem hanc causam credo Auicem. intellexisse alias causas posse esse factiuas uocis tremulæ; ut sunt debilitas uirtutis, & indifferenter omnis causa, qua lacerti, epiglottis in motu possunt tremere. pro quo recurre ad causas tremoris, de quibus rubrica de tremore, siue capitulo de passionibus nervorum. in cura uerò procedit Auicem. contra motum tremulum musculorum cum his, quæ confortant eos debilitatos faciendo eos quiescere ab omni labore tam eis proprio, quàm aliis membris. unde uult, quòd non saltet, neque alios laboriosos motus faciat, & quòd non clamet, cantet, neque multum loquat, neque rideat, extendat manus, & breuiter quiescat, & resupinetur. & super pectus suum ponat frustum plumbi secundum quãtitatē, quam tolerat. & de isto in dubiis. & ex cibis melioribus sunt, qui confortant sensum eius, & sunt pedes, & extremitates lacerti, & ea in quibus sunt conglutinatio, & stypticitas. & licet plurimæ reperiantur uocis differentiæ; sicut acuta, grauis, longa, & huiusmodi; quia tamen ex notitia curæ dictarum habetur notitia curæ illarum; hinc de eis breuitati obtemperans superfedeo de determinatione harum.

De sputo sanguinis, siue emotoyca passione. Rubrica. 12.

Vnde sputum sanguinis est ab ore eius eiectione à capite, uel partibus adiacentibus secundum plurimum eueniens, dicitur secundum plurimum; quia aliquando à membris superfluit naturalibus; ut hepate, splene, matrice, propter quod notandum, quòd sputum sanguinis quandoque est à membris propinquis, quandoque à mediis, quandoque ab extremis. exemplum primi; ut quando est à gingiuis, labiis, lingua, & huiusmodi; & tunc est subtilis, paucus, cum salua permixtus, cum quadam eductus collectione. exemplum secundum; ut quòd est à myringis, cerebri colatorio, palato, uuula naribus, & per colatorium os, & pulmonem ingrediens; & talis cum quadam educitur attractione excreatiua. exemplum tertium; ut quando est à gutture, uel canna; nam à gutture cum maiori euenit rascatione, & sine tussi, & in maiori quantitate; nam canna minus est gutture sanguinea. similiter, & interdum sine tussi, ut à stomacho cum uomitu, hepate, splene, matrice, partis, mutilatione, uentre, uena, chili, hæmorrhoidibus, & huiusmodi. qui colore discernitur, dolore, & huiusmodi. & aliquando cum tussi magis; & tunc aut est ex pectore, & est grossus globosus tendens ad nigrum cum dolore, & tremore minori, & sanitate uelociori, quàm qui est ex pulmone, uel substantia eius, qui est citrinus, subtilis, sputum mosus, ualdè dolorosus, & cum minori tussi, de quibus in dubiis. uel ab arteria uenali, & talis est multus calidus medius consistentia inter illum, qui est à pectore, & qui est à pulmonis substantia. à uena autem arteriali non uidetur sanguis egredi, ut Concili. differētia. cxc. nam, cum duas habeat tunicas, & uelut in motu cum pulmone disseminetur retro ad dorsum, ubi fere permanet quietus; non uidetur, quòd rumpi possit. arteria uenalis sic, cum unicam habeat tunicam, & sit disseminata per partem anteriorem, ubi uehemens motus existit; hic autem sanguinis exitus non potest esse, nisi quadam interueniente operatione.

Propter quod sciendum, quòd uena aperitur tripliciter; aut quia sanguis peccat in quanto; quare uena sua plenitudine crepat, & fluit multus subito, & est cum plenitudine

corporis, rubore uenarum, & grossitie &c. & uocatur rixis. aut quia peccat qualitate; quia scilicet sanguis est acutus corrosiuus soluens continuitatem; ut qui est cholera: aut phlegmati falso admixtus, & hic paulatim fluit, & color ostendit; an humori est adiunctus, & uocatur diabrosis, aut peccat in substantia; quia sui subtilitate per poros uenarum resudat ad extra in modum roris, & paulatinus est ualdè eius exitus, & eius color est rubens clarus ualdè, & uocatur anastamafis. ad hanc præterea apertionem concurrunt fortitudo uirtutis expulsiuæ uicta, & stimulata ab humoribus acutis, pungentibus, & defectio contentiæ in ore uenarum que est aut ex earum rarificatione, aut mollicicatione in ore earum; propter quod relaxata aperiuntur. facit & ad idem particularius loquens redundatio sanguinis ad fontem retenti consueti fluere per alia loca; ut sanguinis menstrui, hæmorrhoidarum, membri mutilati. amplius conueit sanguis iste non à uenis; sed ab apostemate ipso sanguineo in membro aliquo persistente profluere. propter quod non semper est timendus exitus sanguinis; quàm apostematis, hepatis, aut splenis aliquando sanitatem pronuntiat, & aliquando crism. unde Auic. de sputo sanguinis in fine. & non omne sputum sanguinis timorosum. & multoties, quidem est causa sanitatis apostematis in hepate, uel splene. & Raf. iiii. commēto ca. de sputo sanguinis recitat se uidisse hunc casum. & si arguit Hyp. xv. Aph. iiii. sect. sanguis quidem supra, qualiscunq; fuerit, malum, &c. dicendum, quòd intelligendum est illud dictum uerum, ut in pluribus.

CAUSAE. Et licet de causis eius aliquid tactum sit; tamen, cum sit accidens seuum, & periculosum, uulgariterque nimium perterrens; hinc ad ampliorem doctrinam de causis eius subiungam quædam secundum ordinem in aliis sæpe descriptum.

Habet itaq; aut habere potest accidens hoc tres in genere causas; primitiuam, scilicet antecedentem, & coniunctam.

Exemplum primi casus, percussio, uulneratio super pectus à uelamine facta, tussis uehemens, uociferatio fortis, sanguifuga, quæ os intrauit, uomitus laboriosus, & propriè in habentibus pectus strictum, frigus constringens, calor dissoluens, siccitas, quæ inspissat, & temperat ad scissionem, uel humiditas mollicicans, humor corrosiuus; ut falsus à capite ad pectus descendens, fortis motus, siue exercitium. propter quod oportet phlebotomare athletas rixas; & idem multiplicatur dæmoniis. dimissio phlebotomiæ consuetæ, balneum capitulum aperiens; & dissoluens, item cibi sanguinem multiplicantes; ut cibi boni, uinum bonum dulce, cibi acutes sanguinem; ut acrimina, & acutæ medicinæ usus earum. dormire uerò super stratum durum; item super fluxus somnus, superfluxus uigiliæ sanguinem acutes, ut ira, & huiusmodi. exemplum secundum; ut multitudo materiæ ex multitudine cibi, & potus; aut ex dimissione exercitii, aut euacuationis consuetæ; ut retentione mēstruorum hæmorrhoidarum causata, aut mutilatione membri. ite uentositas in uenis faciens eas laboriosas, & propriè in præparatis; ut de ponit sanguinem in motum, & ipsum extendit propter accidentem ex motu ebullitionem. exemplum tertium; ut uulnus existens in uena aut in membro, aut in utroq; incisio, perforatio, corrosio, apertio, rarefactio, nimia teneritas, nimia uenarum strictura, & huiusmodi.

SIGNA demōstratiua. si ex causis uenit primitiuis; scietur, si tu medicus eris diligens de eis inquisitor, ut quia interrogetur infirmus de regimine eius, & de aliis aspiciendo in os eius, & ita de aliis.

Signa, quòd materia est in propinquo, est paruitas tussis.

Quòd, si fuerit in remoto ualdè; erit tussis uehemens ualdè; si in medio; media inter has. idem dicat de facilitate, cæteris tamen paribus, uti quanto facilius, & citius exit aliis paribus, tanto in loco magis propinquo, & quanto difficilius tantò magis in remotiori. & quòd infirmus dormit, aut iacet super latus infirmum, multiplicatur sputum.

Signa, quòd à capite, quia consueuit habere fluxum sanguinis narium, aut quòd ante eius euentum habebat capitis grauitatem, & post fluxum, aut sanguinis euentum aluiatus est. & signa sanguinis narium habuisti suo loco, ut rubedo faciei, & oculorum, splendor ante oculos, fitque subito, &

αιμορροη
ης seu re-
cti αιμα
πρωσις
Græcis sã
guinis spu-
tum, aut
cruentum
sputum Latini
recen-
tioribus
autem cor-
ruptè ad
modum
emotoyca
passio nun-
cupatur.

Venz eur
disrumpã-
tur.

to, & absque spuma.

Signa, q̄ à stomacho; grauitas in stomacho percepta, & partibus eius. & q̄ euenit cum vomitu, & absq; tussi, aut ualde parua.

Signa, si ex gingiuis; sunt gingiuæ sanguinolentæ, & ulcerata, & cum fricantur; egreditur sanguis; imo cum labia stringuntur, deinde expuitur; apparet in sputo sanguis. itē sit absq; rascatione, vel ualde modica, absq; vomitu.

Signa, si à gutture est; cū notabili rascatione, & sentitur nocumentum in eo, & etiā quia cum tussi dimittitur.

Signa, si ex meri; sentitur dolor inter duas spatulas.

Signa, si ab hepate, vel splene; cognoscitur per nocumētā, & dolore in locis.

Signa, si à pulmone, vel pectore; semper est cum tussi, & maiori, & minori secundum loci propinquitatem, aut distā tiam, ut dictum est.

Signa eius, qui est ex carne pulmonis vulnere eius, aut ulcere, sunt, quia spumofus paulatim ueniens, & absq; dolore emissus, & non in multa quantitate. eius uerò, qui est ex uenis, quia non est spumofus, & est rarior, quia magis fluuidus: nam, qui est ex substantia pulmonis, nō est sic currens; nam spumofitas est in rebus causa alicuius cōstantiæ; ut in sputo uidetur. item est magis spissus, & magis sanguini similis.

Signa, si à pectore; est magis grossus, coagulatus cum spumofitate quadam, & est cum dolore significante locū ægri tudinis propter neruositatem pectoris cum tussi forti, & paucus in quantitate, & paulatim ueniens, & certius signū eius est additio eius post somnum.

Signa, si ex incisione venarum; est multitudo sanguinis.

Si ex corrosione; signum antecessio corrosionis ex accēptione acutorum, catarrhi acuti, febris, saniofitas vel uirtutia sputi corticis, aut partis pulmonis, & est similis aquæ carnis, & incipit paulatim, deinde fluit multus, & color est malus. si ex apertione venarum; est repletio, priuatio doloris, & venit requies, & egredit in primis minus, quā egreditur, qui factus est ex incisione, & plus eo, qui egreditur ex corrosione.

Signa, si ex apostemate; scitur ex paruitate, & signis apostematis.

Signa prognostica. In pleurisi, & peripneumonia si sputum apparuerit subrubeum; bonum. sputum ex corrosione; raro, vix, aut nunquam sanatur. omne sputum sanguinis cum tussi; si durauerit, ducet ad phthisim. sputum ex partibus fistulatis frequēter reuertitur. sputum sanguinis, quod subito repētē uenit; si vadit ad cor, citō interficit, & si restringatur subito suffocat, & si non restringatur; interficit propter nimiam sui euacuationem. sanguis, qui uenit cum vomitu, si cum febre fuerit; mortale, & maximē si notabilis fuerit quantitatis. sanguis qualiscunq; sursum eueniens malum, ut infrā in Aphor. qui autem est ab inferioribus; ut hæmorrhoidalis non superfluens bonus, & causa est sanitatis, ut infrā de eis. item nota, q̄, quando exit sanguis ex pulmone; de duobus principaliter debes timere, aut q̄ superfluat, vel q̄ ad ulcus perducatur. & non est omne sputum sanguinis timorofum; sed illud, quod non retinetur, vel est cum feb. & qui est ex substantia pulmonis, & arteriis difficiliter consolidatur; quoniam in substantia pulmonis retinentur materia superflua putrida, quæ prohibentur &c. & non sic in uenis, & arteriis. considera.

C V R A. In curatione eius oportet attendere, q̄, ut inquit Haly. sputum sanguinis est unum de malis accidentibus iuxta illud Senis allegatum. sanguis quidē supra, qualiscunq; fuerit, malum. & idē studeant suspecti: nam tales sunt, quibus ad pectus descendunt catarrhi, & habent pectus debile angustum, & huiusmodi: consueuit nanq; accidere à. xvij. anno usq; ad. xxxv. in quo tempore corpora sunt phthisi suspecta, & manifestatur magis in vere ex sanguinis abundantia. & idē canones diligenter considerentur, & festina cura ei adhibeatur, ne corpus tale in phthisim cadat. propter quod iuxta ducem primo numero canones præuisiuos, deinde eius curatiuos.

Præuisiu canones sunt quinq; ; ordinatio dietæ, adæquatio sanguinis, euacuatio, diuersio, quintus est styptica-

A tio, & consolidatio partis, unde potest sanguis fluere.

Ordinetur dieta iuxta causam suspectam. q̄, si fuerit subtilitas sanguinis, aut eius acuitas, uel rarefactio mala pororum; declinet aer ad frigidum, & non multum ne sui multa frigiditate premat materias ad pulmonem. cibi sint frigidi, styptici, oppilatiui, conglutinatiui, consolidatiui; ut lac decoctum, caseus recens sine sale, portulaca, dragaganthum, fructus styptici, & huiusmodi, de quibus infrā ad plenum, & supra. iij. tract. & abstineat ab aere vehementer calido, frigido, cibis uehementer calidis, acutis, mordicatiuis, forti exercitio, balneo, coitu, medicinis, uel aliis aperitiuis; ut aloe, apium, sisamū, potus uini plurimi, intueri res rubeas, & huiusmodi, de quibus dictum est.

Secundus completur cum his, quæ acuitatem, uel subtilitatem ipsius remittunt, pro quibus. iij. tract. de syrupo. & aquis, & huiusmodi.

Tertius perficitur cum phlebotomia ita, q̄, cum medicus occurrit ægro tali, & in principio; statim faciat phlebotomiam diuersuam declinando ad inferiora; ut in saphena, deinde, si opus est; ex basilica eiusdem lateris, & maximē si materia fuerit fluxa. q̄, si fuerit in fluxu ex latere opposito, & si non timetur fluxus; fiat & tertia uice de eodē latere. nec est timenda, ita pro tunc phlebotomia; sed magis festinanda: & debet hæc phlebotomia reiterari, & adhuc in eadem die bis, uel ter, & in uices partiti s̄m ætatem, tenorem uirtutis, & ipsius sanguinis quantitatem. unde Serapio in cura sputi sanguinis in instrumētis anhelitus phlebotomamus basilicā in primo die bis, in secundo bis; si uirtus consentiat. q̄, si pectus fuerit in creatione angustum; non est tardandum, nec timendum reiterare phlebotomiā; quia aliter in phthisim cadet. itē in hoc sis maximē sollicitus. similiter studeat ad prouocationem hæmorrhoidarū, uel in muliere menstruorum. & conferunt uentosa in hypochondrijs posita sine scarificatione. q̄, si cum sanguine fuerit alius humor coniunctus; tunc sollicita ad euacuandum illum cum pharmacia appropriata, de qua. iij. tract.

Diuersiones fiāt cū ligaturis, de quibus infrā &c. de soda.

Quintus completur cum aqua aluminosa, & ceteris habentibus hanc intentionē, de quibus ad plenum in sequentibus canones.

Curatiui canones. cum hic exitus sanguinis sit de his, quæ communiter occurrunt, & est maximē de suspectis; nam ducit hominem ad phthisim, & tandem ad mortem, si diligens cura in principio non adhibeatur; hinc non melius lumnet quisquā; si in cura eius aliquatulum prolixus ero. sequar itaq; curam secundum ordinem causarum eius.

C V R A eius, qui est à substantia pulmonis, qui est minus suspectus eo, qui est à pectore per causas, quæ tanguntur in dubiis. ubi septem sunt attendendi canones. primus ordinatio dietæ, secundus incarnatio; ne fiat ulcus. & ad hoc maximē debet medicus conari; cum solutio continuitatis in eo sit maximē difficilis, ut infrā in dubijs. propter quod est praua, & difficilis curæ, & raro ex eo curantur ægri; & propter hoc inquiebat Auice. de cura eius. quod statim in facto ab ipso corpore pulmonis oportet, ut patienti in potu dentur medicinae incarnatiuæ. tertius est diuersio. quartus est sedatio agitationis, & mobilitatis in sanguine. quintus est sanguinis eductio, ubi comprehenditur, quod sit facta sanguinis retentio propter eius congelationem. sextus, q̄, si incarnatio non sit possibilis; saltem fiat eius aliquatulum clausio, aut oppilatio. septimus ipsius fluxus prohibitio. & hic ante omnia nota, quod aliquando multæ ex his intentionibus una clauduntur medicina, ut apparebit.

In ordinando dietā fac aerē declinare ad latus frigiditatis, ut supra, nec fiat nimis frigidus, nec nimis calidus. ex parte ciborū inspecta quantitate sanguinis fiat diminutio in potu, & cibo, & dimittatur uinū, si est possibile, propter consuetudinē bibendi uinum in materiam conuersam. unde ex dimissione eius multū debilitantur ægri. q̄, si dimitti non pōt; sit multæ permixtionis, & sit uinū stypticum, & sit potus aqua calibeata, aut cum syrupo myrtino, uel aqua pluuiali, quæ hoc casu est maximē conueniens. & ex cibis conuenient sorbitiones fauich ex milio, rizo, hordeo, portulaca,

Vini cri-
spinum.

tulaca, lactuca, endiua, atriplices, lentes excorticatae, ro-
bilix, faba, & hmoi frigida, & frigida sicca, de quibus in
iii. tract. item ex fructibus cucumeres, citrulli, pruna, cito-
nia, & huiusmodi. ex carnibus perdicum minutarum auiu
leporis, & huiusmodi decoctarum cum frigidis stypticis.
irem rostra porcellorum, pedes uitulorum, & huiusmodi.
item pisces ex aquis mundis, cancri in lacte decocti, a quo
extractum est butyrum, aut in aqua hordei. inspecta autem
qualitate sanguinis, ut acuitate dentur consimiliter frigida
humida & styptica; ut citruli, cucumeres, & huiusmodi, gra-
nata muza, ribes berberis dictum uinum crispinum. ite ex
carnibus dictis, & dicendis, geladorcia cum his acetosis sty-
pticis. item cum aceto; si non timetur tussis, & in modica
quantitate. & scito, quod portulaca est mirabilis in hoc ca-
su. & similiter semen plantaginis puluerizatum in ferculis,
& est ex lecretis. dimittat pulmenta ex frumento, & tri. de
quo in dubiis, & generaliter omnia, quae multiplicat, &
dilatant sanguinem ex his, quae comeduntur, & bibuntur.
& scito, quod lac acetosum, in quo extinctum est calibs, uel
ferrum, est magna efficacix in hoc casu in matutinis sum-
ptum. & dormiat, sicut erecti, aut supine, & non super la-
tus, ut comprimatur.

Secundus completur cum consolidatiuis, & incarnatiuis
& de ipsis primò ponam simplicia, secundo composita ex-
perta. simplicia sunt lutum armenum, lapis hematitidis, arno-
glosa, semen eius, sanguis dra. & est medicina propria, cha-
rabe, bolus, balaustra, rosa, & uirgula eius, cornu cerui ustu
corallus adustus, uide infra de fluxu menstruorum, cortices
granatorum, gummi assum, mumia, rhabarbarum assum,
cortices thuris, cortices masticeis, coagulum leporis, coria-
drum, fructus folia myrti, spodium, acacia, hypoquistidos,
camphora, opium, papauer, semen eius, centaurea maior,
de qua in dubiis. ea uerò, quae ab hominibus propinantur,
sunt succus plantaginis, portulacae, aqua pluuialis, infusio
gummi assi, aqua ros. plantaginis, mumia, succus granorum
myrti, syrup. eius, & huiusmodi. item commiscendae sunt me-
dicinae portantes consolidantia ad locum uulneris, ut si fue-
rit in pectore pectoralia; ut sunt liquiritia, & succus eius,
passulae cum granis iuiubae, hydromel rosa. si in naturalibus
siue nutritiuis; addantur, quae faciunt penetrare uirtutem
ad locum; ut spica, semina quatuor minora, & quatuor ma-
iora. ex compositis uerò primo loco laudatur zucarum ro-
unius anni, de quo in rubrica de pthisi, & est medicamen-
proprium, & benedictum, syrupus ros. syrupus iuiubinus,
syrup. myrtinus, syrup. de pomis acetosis Mesue, trochisci
de charabe, & est medicamen commune cum aqua planta-
ginis, trochisci de terra sigillata. unde Mesue: ex rebus mi-
rabili iuuamenti sunt trochisci de terra sigillata, trochi-
sci de charabe dicti in antidotario. item rhabarbarum cum
succo plantaginis, uel portulacae, & lapis hematitidis cum suc-
co plantaginis. & in hoc audi Conciliatorem differentia.
exc. Medicamina in hoc composita expertiora duo reperi-
quorum unum sunt huiusmodi trochisci constrictiui, sigilla-
riui, & uniuersaliter fluxui omni conferentes, somnum etiã
procurantes, quos construxi. R. acaciae, balaustrae, nucis
cupressi, gallarum, hypoquistidos, nucleorum, uue sylue-
stris, caudae equinae, corrigiolae, myrti, sumach. ana. 3. ii. thu-
ris minuti, myrrhae, masticeis, lapidis hematitidis, charabae, san-
dalorum, corallorum rube. sanguinis dra. terrae sigillatae, bo-
li arm. luti stallae, aluminis scissi. ana. 3. v. stercoris asini, ca-
pra, leporis, spongiae combustae, encaustum scriptorum, ce-
taureae minoris, cornu cerui adusti, spodii, capillorum, ro-
rub. syluestrium, bedeguar, rhabarbari, costi. ana. 3. iiii. se-
minis papaueris albi, seminis iusquiami albi. ana. 3. i. corti-
cum mandragorae, opii, castorei, cassiae lignae. ana. 3. ii. cro-
ci, camphorae. ana. 3. i. construat trochiscorum massa cum
succo plantaginis, & portulacae, & informetur trochisci,
quod melius post duos, aut tres menses, quorum cum suc-
co portulacae sumatur unus. 3. i. aut cum aqua frigida. & se-
quitur. est & aliud electuarium narcoticorum mirabile, quod
etiam tussim & uentrem sistit, & somnum inducit, & dolo-
rem paleat, cuius permixtio. R. spicae nardi, storacis cala-
mitae, croci, thuris alb. cinnamomi omnium. ana. 3. x. xylo-
balsami, succi liquiritiae. ana. 3. xi. amoniaci, cassiae lignae,

E dauci, ozimi. an. 3. vii. 5. galbani, myrrhae, costi, piperis albi,
an. 3. v. foecis balsami. 3. iiii. loco cuius potest poni foecis tere-
bentinae distillatae. 3. ix. succi foliorum mandragorae. 3. ix. 5.
opii tebayci. 3. v. mellis quod sufficit. cuius dosis sit a. 3. 5.
usque ad. ii. iuxta uirtutem, & aegritudinem patientis cum
uino calido, aut aqua secundum naturam aegritudinis artifi-
ciata, quod ut alia philonium dandum est post tempus
constrictionis ipsius longius, ut sex mensum, ut differentia
cxl. & ultima. ita quod ista sunt artificiosè composita, & ma-
ximè capiunt partem eorum, quae in hac ualent passione in-
specta intentione dicta. ad idem athanasia magna Auicen-
i. tract. quinti. Serap. viii. cap. antidotarii. Haliab. vi. cap. an-
tido. item athanasia Nico. cum succo plantaginis, triphera
saracenicæ Nic. item athanasia magna Mes. distinct. i. & ad
hanc intentionem est syr. uiol. Nico. de sancta Sophia do-
mesticus satis. R. succi uirgae pastoris, succi plantag. ana. de-
coquantur, & dispumentur, & post decoctionem addatur
lib. i. zucarum, & fiat syrup. cū uerò remotus fuerit ab igne
imponatur hic puluis. R. boli arm. gummi arab. sang. dra. la-
pidis hematitidis. an. 3. i. 5. & benè agitentur cum spatula, &
usui referuetur. alius ad idem, & existimatur Gentilis, quae
nota, quia in eo seruatur canon; quia commiscentur pecto-
ralia, R. endiuae, hepaticae, lupuli, capillorum ue. arnoglo-
sa. ana. M. i. liquiritiae. 3. ii. passularum, hordei excorticati,
uio. ana. 3. i. seminis papa. albi, sandalorum rub. berberis.
ana. 3. 5. dragagan. succi liquiritiae. ana. 3. iiii. zucarum. 3. vi.
penidia. 3. iiii. fiat syrupus. alius & est Nicol. de sancta So-
phia qui plus placet. R. ros. balaustrarum, uirgae pastoris, cau-
dae equinae, endiuae, plantaginis. ana. M. i. liquiritiae. 3. 5. se-
minum communium, seminis portu. seminis papau. al. ana.
3. i. sandalorum, berberis, spodii. ana. 3. ii. passularum. 3. i. he-
patis adip. 3. 5. ex omnibus his fiat decoctio, deinde acc. di-
ctae decoctionis lib. iiii. succi plantaginis. 3. iiii. uel aquae eius
3. vi. & fiat syru. cum zucarum albo, & in fine addatur pul-
uis boli arm. sang. dra. gummi ara. ana. 3. ii. quod, si instabi-
tur per corticem, quod dubium est, quod nimium stypti-
cum, & per consequens inueniet materiam; respondendum
quod ex phlebotomia diuersua, & euacuatua ablata est su-
spitio talis. quare ad eam studeas cum canonibus, & reitera-
tionibus, ut supra. ex his praeterea possunt confici electua-
ria, loochata, confectiones solidae in ore tenendae. quare or-
dinata ut ibi gratius esse uideatur infirmis. item maximè com-
mendatur philonium persicum descriptione Mes. de spu-
sanguinis in fine. ab extra autem ualent aut in modum em-
plastri, unguenti, aut linimenti, oleum ros. myrtinum cum
mastice, oleum de citoniis, oleum nardinum cum sandalis,
spodio, rosis, modico camphorae, farina hordei, & huiusmo-
di: ut. R. oleorum myrti, ro. amygdalarum dulc. ana. 3. i. suc-
ci citoniorum. 3. 5. cerae quod suffi. uel. R. ex pulueribus ia-
dictorum simplicium, & cum farina fabarum, aut hordei,
uel orobi fac emplastrum, uel cum cera unguentum, uel cū
albumine ouorum linimentum. & hic nota, quod talia de-
bent superponi loco doloris. diligenter inuestigato, & uti-
lia inuenies. possunt consimiliter fieri embrochationes, &
huiusmodi. & nota, quod in his omnibus ponendum est ace-
tum ad penetrandum, & cum hoc habet intentionem, &
ad extra non laedit.

H Tertius completur cum phlebotomia iterata bis, uel ter
in eadem die, ut supra in canonibus praemissis. & pro com-
plemento canonis lege canones supra de soda sanguinea.
fiant frictions hypochondriorum, tibiaram, ligaturae in par-
tibus inferioribus, teneanturq; pedes in aqua ueri frigoris
& in ea sedere, & plura, quae dicta sunt de fluxu sanguinis
narium, & tu ibi.

Quartus completur cum rebus conglutinatiuis; ut draga-
gantum, gummi ara. farina amidi, farina molendinorum cū
albumine ouorum, mucillago psyllii, & huiusmodi, de quibus
iiii. tract. nunc cum frigidis; ut sunt plantago, charabae, tro-
chisci eius, portulaca & est propria, & sic de aliis, ut supra.
nunc cum narcoticis; ut diapapauere, opio, theriaca noua
athanasia, semine iusquiami, & huiusmodi, de quibus etiam
supra. iiii. tract. tua enim est haec facile cōponere iuxta im-
minentem necessitatem.

Quintus completur cum educentibus sanguinem congo-
latum

latum à pectore, & laudatur maximè electarium hoc. *R.* a-
midi. 3. v. farina fabarum, seminum melonum, malua. ana.
3. vii. hordei excorticati. 3. x. gūmi ara. dragagati. an. 3. iii.
boli, seminum citoniorum, boraginis. ana. 3. v. pulueriza, &
cum melle sufficientis quantitatis fiat electarium, & est
Gilberti. ego autem non uereor ponere acetum modicum
uel & melius conficere cum oxymelle simplici; nam & ace-
tum in hoc casu cum aqua maximè laudatur ab Auic. inquit
de cura eius. ipsum. n. prohibet sanguinis crism, & mundifi-
cat partes pectoris. quare non congelatur. unde nota pro
intentione canonis, quòd intentio debet esse cum mundi-
ficatiuis, & conglutinatiuis; unde psilliu propter hoc est ma-
ximè iuuatiuum. sed nota hic de aceto, q̄ maximè est uerū;
quādo nō adest tussis, quo tempore puta acetum esse sus-
pectum. glo. Gentilis. item ad idem ualet coagulum omne, &
maximè leporis cum uino sumptum. item quoddam medi-
camen Aui. octaua. ii. tractatu quinto quinti.

Sextus canon. perficiatur, ut cum perfecta fieri non pos-
sit consolidatio saltem procedendo cum uiscosiss oppilati-
uis conglutinatiuis, de quibus supra & ii. tract. fiat aliqua
clausio. & tu confice ad intus, & ad extra.

Septimus canon. euacuatur cum diuersionibus medica-
minibus dictis frigidis, & stypticis, de quorū summa est por-
tulaca, & mirabilis, & propriè frequenter masticata, semē
eius assum, item semen plantaginis, & est secretū, & multa
consimilia tacta sunt. sed hic nota, quòd aliquando cum his
commiscemus narcotica; sed illud fiat cum cautela, ut sæpe
replicatum est.

C V R A. In eo, qui est ex catarrho, canones. ordinatio
diætæ, adæquatio materiæ, euacuatio, diuersio, sistio mate-
riæ, confortatio capitis, prohibitio corrosionis pulmonis,
& partium eius.

Diætā ordinetur, ut competit cum frigidis intensioribus
& remissioribus, secundum quòd catarrhus est magis, uel
minus acutus, ut supra de catarrho. & hic nota, quòd, licet
fructus styptici sint hoc in casu conuenientes; tamen, ubi
fuerit tussis magna, & molesta, ab eis est abstinendum,
& est Haly. potuerunt tamen comedi cum multo zuccha-
ro. considera.

Adæquatio fiat cum digestiuis appropriatis supra de ca-
tarrho, & quarto tractatu. tu ibi.

Euacuatio uerò fiat cum pharmacia appropriata supra
de catarrho.

Diuersio uerò fiat cū phlebotomia. & hic nota, quòd, ubi
catarrhus fuerit ualdè acutus; non conuenit in principio
phlebotomia diuersiua; quia dubium est, ne ex ea accidat
furor in materia ipsa, & ex cōsequenti maior fluxus. & hoc
sensit Aui. de cura eius, cum inquebat. & cum nō est catar-
rhus acutus, pūgitiuus ualdè, cholericus; phlebotomei ho-
mo statim. & dicit in principio; quia facta remissione acui-
tatis, & ingrossatione aliquali ex usu regiminis, & cætero-
rū pōt tunc cōpetere phlebotomia saltē diuersiua; ut. v. de
inge. sa. xii. cap. & eo casu ipsam fieri præcipiunt doctores,
fiantq; ligationes descendendo ad inferiora, frictions cōsi-
militer. itē impositio clysteriorū acutorū, & specialiter ubi
fieri nō possit phlebotomia, appositiones uentosarū in cru-
ribus, apertio hemorrhoidarum, prouocatio menstruorum
applicatio sanguifugarum circa anum.

Sistitur materia cum theriaca noua, athanasia &c. ut su-
pra de catarrho.

Confortatur caput cum infrigidantibus non humectan-
tibus; ut sunt aqua ros. cū puluere ro. papauere in huiusmo-
di faciendo sacculos, ut de catarrho.

Prohibetur uerò corrosio; ut supra cum infrigidantium,
& stypticorum usu, de quibus supra. Cumque non ualent
ea, quæ diximus, non est excusatio curæ catarrhi, & reten-
tionis eius cum eis, quæ sunt, sicut abrasio capitis, & admi-
nistratio emplastri facti ex stercore, columbino, quod mo-
re emplastri superponatur maximè in zuendenegi, & remo-
ueatur secundum necessitatem; ne nimia sequeretur super-
calefactio Auicē. de cura eius, ubi recitat casum cuiusdam
mulieris curatæ per Gal. de qua Gal. v. de inge. sani. allega-
to capito. & tu ibi.

C V R A. in facta ex uenæ fractura, siue incisione si pecto-

A ris uena fuerit; minus timendum est, quā si fuerit ob nocu-
mentum uenæ pulmonis; quoniam consolidatio eius, quod
à pectore; facilius fit.

Tu itaque primò inuestiga si fuerit fractura ex sanguinis
multitudine; tūc insta cum phlebotomia facta cum canoni-
bus, ut supra de canonibus præuisiuis, & ipsam reintegra,
& euacua plus, & minus secundum tenorē uirtutis sangui-
nis multitudinem, aut paucitatem, & secundum q̄ cæteræ
particulares consentiunt dispositiones.

Ex parte autem cibi, & potus fiat diminutio. & tu quoq;
nota uirtutis tenorem; qm̄ ex euacuatione sanguinis multi-
tūm debilitantur. ideòq; oportet aliqñ etiam in cibo &
potu addere, & rebus utilibus, quibus ipse sanguis facilius
& facilius restauretur. & ex quibus expertis in abscinden-
do reiterationem sputi sanguinis est masticatio portulacæ,
& deglutitio aquæ eius; quandoque enim statim retinetur.
Auic. unde Mes. Succus eius deglutitus potēter stringit san-
guinem, fructus styptici &c. maximè in hoc casu conferunt
ut supra, ubi facta est remissio. & consequenter obseruetur
B canones ibi descripti.

Vnde in summa tres sunt principaliter habendæ inten-
tiones. prima est sanguinis paucificatio, quæ completur
cum euacuatione phlebotomiæ, & diminutione cibi. secun-
da est sanguinis quietatio cum frigidis, & uiscosiss. tertia est
uenæ fractæ consolidatio, siue conglutinatio cum rebus sty-
pticis. & nota quòd hic Auicē. dicit carnes perdicum esse
pauci sanguinis; cum tamen ponatur in apinguatiuæ, & mul-
ti nutrimenti septima quarti tract. i. primo cap. de cubugi.
dicendum dupliciter. primò, quando coeunt: secundò,
quòd earum sanguis est siccus, & non humectans; ut hoedi,
uel agni. considera.

C V R A. In facto ex sanguinis subtilitate quatuor prin-
cipaliter intentiones sunt habendæ. prima ordinatio diætæ
cum frigidis, ut supra. secunda est æquatio sanguinis; infri-
gidando cum syrupis, potionibus, euacuādo materiam cho-
lericam ut dictum est. tertia est diuersio cum phlebotomia,
ligationibus. quarta est uenæ consolidatio. & de his ad ple-
num dictum est supra in de cura eius, quod est à substantia
pulmonis. replico tamen portulacam, succum eius, memo-
ro hæmatitē, psillium. unde Mes. in mucillagine autē psillii
cum lapide hæmatitis diligenter loto, ac trito contricione
ultima inest uirtus mirabilis. multa sunt ibi memorata huic
proposito. & tu ibi.

C V R A. in facto ex apertura orificio uenæ procedat
cum rebus ledantibus cursum sanguinis: item cum stypticā
tibus, cū diuersionibus regimē, ut supra. & hic nota, q̄ Aui.
laudat ameos, spicā, anisum, cum sint aperitiua facientia san-
guinem magis fluere, de quo in dubiis.

C V R A. facti à corrosione est praua, & difficilis, & est
sicut id, de quo desperatur. unde Mesue hoc enim est illud,
quod est suspectum, & timorofum maximè, nec curatur, ni-
si in spatio longo permutando, scilicet complexionem, uel
prohibendō corrosionem confirmari; sed hoc etiam uide-
tur pertinere ad rubricam de phthisi. in eo itaque seruētur
præcipuè quinque intentiones. prima est ordinatio diætæ,
secunda est euacuatio materiæ corrosiue euacuando subtile,
& grossum eius corrodens: nam materiæ corrosiue ha-
bent de grossitie, & associatur ei subtile resudando. laudan-
tur maximè pilulæ de agarico. Auicē. supra de asthmate.
tertia est sedatio agitationis sanguinis; ne pars corrosa dila-
tetur. quarta est remotio corrosionis cum consolidantibus,
mundificantibus, & inuisantibus. diuersio etiam fiat ut in
præmissis. horum omnium complementum ex iam positis
faciliter habetur.

C V R A. Si fuerit ex uenæ apertura, quæ est ex mollifi-
catione, quod cōprehenditur ex tussi humida multa; proce-
datur cum exiccantibus constipantibus. & si ex siccitate; cū
conglutinantibus humidis, de quibus est dictum.

C V R A. Si fuerit ex partibus mediis propinquis; non est
enim multum timendum; quoniam frequenter absque me-
dici beneficio à natura ipsa curatur.

C V R A. Si à partibus mediis remotis; fiat phleboto-
mia ex cephalica, & maximè si continuauerit. & fiant gar-
garismata ex rebus stypticis, & reiterentur, ut oportet. itē
utatur

utatur uino styptico, & diæta proportionata, ut supra.

C V R A. Si fuerit ex pectore; tunc medicinæ omnes diæta cum canonibus suis conferunt administratæ, ut supra, ita tamen q̄ ad extra applicentur emplastra habentia virtutem subtiliandi, resoluendi, & constipandi. unde basili-con habet in his intentionibus speciale priuilegium. tu itaque compone. & in fine rubricæ ponentur lauda ta huic proposito.

C V R A. In facto ex frigoris intensiõne; propter quod frangitur vena pectoris non sic pulmonis nisi raro, habendæ sunt quinque intentiones; ut. v. de inge. sani. xij. cap. & Auic. in litera narrat casum; ordinatio diæta, diuersio, remotio frigiditatis impressæ, mundificatio pulmonis à sanguine congelato; si ibi est, restauratio conualescentis. & hic inscribam verba Auic. & Gal. sumpta, in quibus comprehenduntur omnes iam diæta intentiones.

Et, cum æstimatur, q̄ causa sit frigus faciens euenire sputum sanguinis secundum modum prædictum; cura eius est, secundum quod dixit Gal. Illud enim accidit cuidam adolescenti, & curauit eum; phlebotomauit nanque eum die primo, & secundauit. & fricuit extremitates eius, & ligauit eas stringendo, secundum q̄ oportet in omni retentione sputi sanguinis. & cibauit sorbitionibus, & posuit super pectus cerotarium de gumma rutæ, & remouit eum ab eo hora noctis; ut non adderet calefactionem eius secundum quantitatem quæsitam, & cibauit eum sorbitionibus. & dedit in potu medicamen in seminibus, quod suppleas calidis; si intentio est resoluere; ut sunt anisum, foeniculus, ameos, & huiusmodi. unde à Dyno talis ponitur descriptio. Recip. seminum anisi, foeniculi, ameos, papaueris albi. ana. ʒ. i. iusquiami. ʒ. iij. opij prius in aqua infusi. ʒ. i. informentur trochisci. & ad hanc intentionem est utilis theriaca antiqua. postquam uerò dies tertia affuit, usus est super pectus eius illo cerotario tribus horis, deinde remouit ipsum, & cibauit ipsum aqua hordei & tafrata, & carne anatis, postquam uerò curata est complexio pulmonis eius, & sublatus est timor, & aduentus apostematis; mundificauit pulmonem eius cum theriaca antiqua, & gradauit eum adhibendo lac asininum, in quo consistebat restauratio.

Euacuatio sanguinis congelati fiat, ut supra, & laudatur oxymel simplex maximè, si non aderit tussis. item ex compositis. Re. foenugræci decocti. ʒ. iij. aristolochiæ. ʒ. i. myrrhæ. ʒ. iij. olei de lilio. ʒ. i. piperis. ʒ. i. iusquiami. ʒ. i. rosa. ʒ. iij. fiant trochisci, desiccantur in umbra, & dentur cum aqua foeniculi, apij. item coagulum leporis, item origanum cum melle.

C V R A. In facto ex caliditate habentur infrigidatiua interiorius applicanda cū ordinatione diæta, de quibus omnibus supra ad plenum.

C V R A. In facto ex stomacho cum uomitu comprehendatur dispositio sanguinis ipsius, si fuerit clarus, an niger, hoc est, à splene, aut hepate prouenit. q̄, si ab hepate; fiat phlebotomia ex saluatella manus dextræ, vel ex sinistra, si fuerit ex splene, aut ex saphena, ut supra, & ponatur uentosa super hepar, vel super splenem. si à matrice; in fine caudæ, & est iuuatiua valdè. & utatur cibus, & sorbitionibus frigidis stypticis, sorbæ, pira, mespilla, coctana, & huiusmodi. item utatur trochiscis, & charabæ, & terra sigillata. ut supra. uel sic. Recip. mumix, masticis, boli arm. sang. dra. ana. ʒ. ʒ. terantur, & cum succo plantaginis conficiantur, & sic unusquisq; trochiscus. ʒ. i. ʒ. ad minus: & cum uino rub. pontico assumatur omni die unus. item super stomachum ponatur emplastrum constrictiuum; ut. & mumix, masticis, thuris, nucum cupressi, boli arm. sang. dra. ana. ʒ. i. picis naualis. ʒ. iij. ceræ. ʒ. iij. dissoluantur in cazo-la, & fiat cerotum, siue emplastrum. & consimiliter ponendum est supra hepar, splenem, & locum matricis, quæ stypticent. sed hic aduerte, quòd, si hic fluxus fuerit temporalis, & infirmus ex hoc alleuiatum se sentiet, & hoc contingeret ex retentione sanguinis hæmorrhoidalis, uel menstrualis; non fiat aliquid; quia natura facit illud. ita quòd ubi à matrice contingeret, aut ex hæmorrhoidibus fiat phlebotomia ex saphenis utendo canonibus, ut supra. sci-

E to tamen, quòd sputum sanguinis longi temporis cum febre significat super ulcerationem pulmonis, & est ægritudo incurabilis, & tunc recurrendum est ad rubricam de phthisi.

C V R A. In facto ex uena chili, quia ex quantitate sanguinis in ea contenti seruentur canones dicti supra, quòd est sputum ex quantitate. & nota diuersionem fieri debere cum phlebotomia ex saphena interiori, & ponantur uentosa super nates, & circa renes; & dorsum embrochetur ex sandalis, camphora, aqua rosa. cum aceto, & hmõ. uel fiant emplastra infrigidantia, ut supra ex datis frigidis, & q̄ aliquando ualet commiscere opiata, & stupefactiua cum medicinis ad extra, & ad intra adhibitis; sed illud fiat secundum sapientiam. & incipe à facilioribus, à simplicibus usq; ad composita; ut est philonium persicum, cuius descriptionem ponam hic infra.

C V R A. In facto à casu, vel percussione fiat phlebotomia trahendo ad contrarium; & tamen utere stypticis. si uerò ex aliis fuerit causis; patet quid agendum ex his, quæ dicta sunt. laudatur ad extra supra pectus emplastrum de puluere carthæ combustæ, filtri combusti, pilorum leporis combustorum, mummiæ, boli armeni, sanguinis dra. hæc omnia cum albumine oui, & aceto. laudatur quàm maximè succus uirgæ pastoris. item ad idem trochisci Zacchariæ undecunque emanauerit, & sunt experti. & thuris, sanguinis dra. balaustriarum. ana. ʒ. iij. & tertiam alterius carabe. ʒ. v. sedenegi, terræ sigillatæ. ana. ʒ. x. aluminis. ʒ. iij. ʒ. opij, cinnamomi. ana. ʒ. iij. iusquiami, uel portulacæ, uel abbedoragi, & cum reliqua earum sumatur eorum. ʒ. i. ad idem ad extra confectio hæmatitis, & sedat dolorè, & stringit sanguinè, & consolidat, & huiusmodi, super stomachum apud vomitum sanguinis, & super uescicam, & super renes apud micturnum sanguinis, & pessarizatur in matrice apud superfluitatem menstruorum, & stringit fluxum hæmorrhoidæ. Recip. hypoquistidos, acaciæ, sanguinis dra. gallarum, balaustriarum, croci, gummi ara. myrrhæ, boli arm. opij. ana. fiant ex eis trochisci, & linias, ubi oportet. aliud Sabor regis medorum, & maximè propter acuitatem, & in pleuresi. & gummi ara. ro. ana. ʒ. iij. amili, dragaganti, papaueris. ana. ʒ. iij. spodij, croci. ana. ʒ. ʒ. succi liquiritiæ. ʒ. iij. confice cum syrupo de papa. da cum aqua pluuiali, & syr. myrtyno, aut rob eius, uel syr. de papauere. aliud Isaac hierosolymita ad sputum sanguinis, siue uomitu, siue aliter quomodolibet exierit, & est medicamen præuisiuum non permittens cadere in phthitim. & psillij afsi. ʒ. xv. granorum portulacæ asforum, gummi ara. afsi, boli, arm. ana. drach. v. papaueris al. seminum lactucarum. ana. ʒ. x. carabe afsi, ros. cum pedibus suis. ana. drach. iij. corallorum asfatorum. drach. iij. omnia tere, sicut alcohol. sit dosis eius drach. i. mane, & sero cum aqua frigida. descriptio philonij perfici, & est uehementis iuuamenti, uel uirtutis admanationes sanguinis undecunque, & secretum eius cum tussi, & sine tussi, & superfluitatem menstruorum dolorosam, & hæmorrhoidarum, & egestionem sanguinolentam, & ad mulieres prægnantes, quibus menstrua erumpunt, & conseruat foetum in matricibus earum. & piperis albi iusquiami. ana. drach. xx. opij, terræ sigillatæ. ana. drach. x. sedenegi, croci. ana. drach. v. castorei, spicæ, euphor. piperethri, margaritarum non perforatarum, charabæ, zedoiriæ, dorongi, ramich. ana. drach. i. camphoræ. drach. i. tertiam confice cum melle ros. collato, quantum sufficit. dosis est à drach. ʒ. usque ad drach. i. cum succo arnoglossæ, aut aquæ ros. & modico uini puri.

De sputo uerò sanguinis ex apostemate proueniente patet, quid agendum: nam aliquando est cura eius. & tu considera.

De pleuresi. Rubrica. 13.
P L E U R I S I S est apostema latis pungitium in lacertis pectoris, aut uelamine cooperiente costas, aut distinguente contingens. causa cuius secundum plurimum est cholera, aut sanguis cholericus. & est hæc descriptio sic posita, ut utranq; comprehendat pleurismum, quæ distingui consuevit in ueram, & non ueram, de quibus statim. & dicitur pleurisis à pleura, quod est panniculus regens costas, ut in principio

Pleurisis Græcis, uel tunc morbus lateris appellatur.

principio capituli secundum Mundinum. Serapio verò dicitur à pleura, quod est costa. Simon ianuenfis, pleura græcè, latinè latus. unde Conciliator differentia. xcix. dicitur pleurifis à pleura, seu pleuron, quod est latus. idem catholicon de ista litera. p. uera est apostema humorosum calidum in lacertis intrinsecis pectoris, aut panniculo ipsum cooperiente, aut in mediastino, aut in diaphragmate factum, cuius causa est sanguis, aut cholera, aut sanguis cholericus; & hoc secundum plurimum. & ideò paroxysmi eius secundum plurimum sunt tertiani: nam aliquando contingit ipsum à phlegmate causari; & hoc raro, & rarius à melancholia. à quibus humoribus si causatur; erit chronica. q, si dicatur; phlegma, & melancholia sunt humores frigidi, quomodo igitur apostema causabunt calidum; dicendum, quòd illud est verum de per se; sed per accidens efficiuntur humores hi calidi à caliditate putredinali in eis acquisita. non uera verò est apostema uentosum ad intra, vel ab extra quomodolibet factum, vel apostema humorosum in lacertis extrinsecis, aut uelamine cooperiente pectus productum, cuius causa est, vel esse potest materia, ut supra. quidam verò gaudentes in multiplicatione nominum, quod debet esse medico ignominiosum, ut supra, distinguunt in ueram uerissimam, quæ fit in lacertis, diaphragmatis, aut in eo; eo quòd periculosior cæteris. unde Auicena. Aut in uelamine distinguente, & est illud quòd est purum. & parum infra. Et terribilius est illud, quod est in uelamine distinguente, & est præuius. & forte hanc tetigit Mesue, dum inquit. Et quandoque accidit ex proprietate cuiusdam speciei pleuresis, sicut propriè quando fit in uelamine distinguente magna, & non uera. quos hac in parte non sequor plus intendens sermoni Auicena. & quidam, ut Gordonius dixerunt, quòd illa, quæ est ex vento, non est pleuresis. & hæc non uera. quandoque est cum communitate à cuti, quandoque verò non peruenit ad cutim, & est secundum plurimum à materia frigida; & tactus distinguit similiter, & uisus inter eam, & ueram. nam in uera tangendo locum patiens non dolet. &, licet per hoc signum abinuicem distinguantur; tamen uera habet propria signa ultra hoc; ut sunt febris inseparabilis, constrictio anhelatur propter apostema coartans ad intra, tussis, pulsus ferrinus, qui est pulsus durus cum diuersitate. utrum tamen in omni uera pleuresi sit fe. dicitur in dubijs propter illud, quod de anxio pleuritico ponitur. habet autem pleuresis gradus; quoniam quæ non est uera, cum quantitate cutis est remissæ malitiæ, hoc est, minus suspecta. quæ autem est uera; quia in uelamine tegente costas est intensæ malitiæ. quæ autem est uerissima, ut supra, est cæteris prauior; nam est cum permixtione intellectus circa augmentum, & statum, & illud ideò, quia communicat cum cerebro mediante magno neruo quodam, qui dilatatur, & contextitur in substantiam pannicularem. & hanc, ut dictum est, quidam uerissimam dixerunt. &, quia prauitas eius sumitur etiam ex locis; disputabitur infra quæ est deterior, an quæ est dextræ, an quæ est sinistri lateris. & dictum est sècundum plurimum; quia raro à phlegmate, & à melancholia rarius contingit; quoniam hi humores rarò possunt penetrare in substantiâ densam panniculorum propter ipsorum humorum grossitiam, aut viscositatem. & de hoc in dubijs. fit tñ quandoq; à sanguine aduisto, vel sanguine phlegmatico putrido, ut Alexander. Auicena. causæ tamen extrinsecæ assignantur, nimius calor dissoluens, aut frigus comprimens, siue exprimens, potus nimius aquæ, aut uini, aut flatus boreæ, propter quod fortassis in ciuitate Vtinæ multiplicatur pleuresis. & hoc maximè accidit; cum flat boreas post austrum, quod in eadem ciuitate consueuit accidere. & pleuresis in ueris tempore plus, quàm alijs temporibus multiplicatur: nam & quæ in autumno, quæ in æstate, & raro, quæ in hyeme accidit pleuresis, ut videbitur infra in Aphor. ponendis de hoc. & hic considera uerbum Auicena. dum inquit decima tertij. i. cap. Et pleuresis quidè plurimum accidit in autumno, & hyeme. stude in dubijs Aphor. pleuresis assignantur quatuor tempora, quemadmodum alijs apostematibus; principium, scilicet augmentum, status, & declinatio. quæ diuersimodè sumuntur; nam quæ adinuicem distinguuntur hæc tempora ratio-

A ne accidentium, ut, scilicet principium est, quando accidentia sunt remissa, augmentum, quando intensa, status, quæ ultimata, declinatio uerò cum declinant.

Quandoq; uerò ex parte materiæ, ut principium est, quæ sputum est paucum, aut subtile fluidum; ut salua, & tunc est status, aut augmentum accidentium, & cum incipit ingrossari, & faciliter expui, & ab eo remouetur rubedo, aut citrinitas, & incipit albedo in sputo apparere; tunc est augmentum, & tunc est declinatio accidentium uel incipit. cum uerò æger expuit faciliter, & sputum grossum maturum, & multum cum albedine cum leuitate doloris; tunc est status. & in pleuresi status, quo ad digestionem, non est nequior horarum. ex quo apparet, quæ ista tempora non coincidunt sumpta, scilicet, ex parte diuersitatis accidentium, & ex parte digestionis materiæ. cum uerò materia incipit diminui cum substantia illa priuatione doloris, & aliorum accidentium; tunc res est in declinatione. q, si sputum aliquod apparuerit, & erit illic priuatio doloris, & aliorum accidentium, ut supra; tunc est finis declinationis. & habet hoc dictum uerum maximè de pleuresi salubri. nam in mortali non apparent hæc; imò æger moritur, quandoq; in principio, quandoque in augmento, ut apparente sputo nigro. & scito, q, si principium est longum; alia tempora sunt longa: si breue; breuia. &, si cupis ampliores disputationes de his temporibus; uide, quæ scripta sunt à doctoribus super illo Aphorif. primæ particulæ. accessiones, & constitutiones. & scito, quòd hæc tempora adinuicem habent proportionalitatem ex parte longitudinis, & breuitatis: nam, cum in principio statim apparet sputum aliquale cum uestigio aliquo digestionis; expectandus est status in. iij. declinatio in. vij. quòd, si tardauerit apparitio digestionis in eo; oportet expectare statum longinquum, & plus, & minus secundum recessum apparitionis digestionis à principio; ubi oportet etiam uirtutem considerare. propter quid lege infra de crisi bus pleuresis. debet itaque medicus de temporibus esse sollicitus; ut sciat qualiter diatari debet infirmum. communiter tamen terminatur in. xiiij. extenditur tñ quandoq; usque ad. xx. quandoq; usque ad. xxij. ut in anxio. i. Aphor. commento. xij. pleuresis quoque terminatur altero quatuor modorum; quæ aut resoluitur, aut suppuratur; quia ad sanie uenit, aut induratur, aut permutatur. resoluitur quidem primò insensibiliter cum euaporatiuis, ut infra; quando scilicet materia est subtilis, pauca. & in hoc oportet medicum esse prudentem. considera regimen, habitudinem infirmi, secundò sensibilitatem, ut per sputum & hoc communiter. suppuratur autem, cum ad sanie uenit; quia materia est grossa, & talis terminatio est periculosa; quia ut plurimum tales phthifici fiunt in. v. Aphorif. quicunque ex pleuriticis empici fiunt. & dicitur, ut plurimum; quoniam resoluitur, ut de anxio. & ad euitandum hoc prohibent auctores applicare ad extra, vel ad intra maturatiua, & specialiter ante decimum diem, ut infra. induratur autem cum per applicationem calidorum resoluentium resoluitur subtile, & remanet grossum. permutatur uerò quandoque per uenam concauam ad uias urinae, quandoque ad intestina, quandoque ad pulmonem, & facit peripneumoniam, aliquando ad cerebrum, & tunc facit phrenesim, aliquando ad neruos, & tunc causat spasmodum, & sic de alijs. unde aliquando terminatur ad alia loca, in quibus facit apostema, & quandoque ad cor, & facit syncopim.

Antequam ponantur canones curatiui; oportet hic attendere, ne decipiatur medicus in operando, quæ pleuresis habet similitudinem cum apostemate hepatis. & ideò hic notantur signa aliqua, de quibus latius infra; ne credens auxiliari pectori, ubi non est nocumentum, negligens fiat circa hepar, ubi est nocumentum. in apostemate hepatis pulsus est undosus, dolor sub diaphragmate in dextra parte, tussis sicca, & dolor non est acutus. q, si est in symmo; egestio est, sicut lotura carnis: & si in gibbo; urina est spissa, & confusa, & tumor est ad modum nouaculæ, & signa distinctiua ampliora habebis infra de apostemate hepatis.

CAUSA, & in summa, ut supra causæ pleuresis sunt tres; primitiua, antecedens, & coniuncta. exemplum primi;

mi; ut aer calidus dissoluens, frigidus comprimens, uentus borealis, cibi calidi, & hum. exercitium dissoluens, & sanguinem commouens, balneum calidum, repletio nimia, uigilia superflua, superfluitatum retentio, ira, furor, & gaudium. exemplum secundi; ut mala complexio cal. & hum. uel sicca humoralis, aut strictura uenarum non potens sanguinem continere, aut raritas faciens materiam recipere, uel magnitudo hepatis multos humores continentis, uel amplitudo pectoris bene recipientis, item & largitas uiarum inter hepar, & pectus. exemplum tertii; ut sanguis cholericus, uel phlegma putrefactum, uel alius humor, quia in iam dictis locis contentus est.

SIGNA demonstratiua, & maxime uera sunt quinque: primum febris inseparabilis propter uiciniam cordis. secundum dolor pungitius sub costis; quia in membro est paniculoso, & si tensio est cum punctura; signat materiam multitudinem, & si in panniculo tegente; dolor uenit ad furculam. tertium anhelitus constrictio propter apostema constringens. quartum est pulsus ferrinus, quia durus, & diuersus. quintum est tussis, quia pulmo ex uiciniam laeditur. **F** si haec in aegro inuenies; ipsum pleureticum pronuntiabis. quod, si humor peccans fuerit cholera; tunc erit urina tenuis citrina intensa, pulsus durus, & uelox ualde, dolor acutus multum, inflammatio magna, sitis intensa, sputum citrinum & ita uidebis signa cholerae discurrendo per res naturales, & non naturales ex parte, scilicet aetatis, regiminis, & huiusmodi. quod, si sanguis; urina erit rubea spissa, pulsus plenus & sputum rubeum, & dolor fortis, sed non ita acutus, ut in cholericis, neque sit tanta sitis, neque lingua ita sicca. quod, si a sanguine adustus; lingua erit nigra cum siccitate & asperitate, & uehementia sitis, & urina clara ad fuscum tendens, eritque uentris stypticitas cum febre intensa, & non expuet, sed quodammodo retinebitur sputum. quod, si fuerit ex mixtione sanguinis, & cholerae; tunc sputum erit flauum, & signa dicta mixta. fac itaque patientem expuere in petiis nudis. quod, si ex phlegmate, uel ex sanguine in quo dominatur phlegma; erit febris remissa, & urina erit ad palliditatem uel remissam citrinitatem tendens, & pulsus leuis respectiue, & dolor remissus, & sputum multum ante eius maturacionem ad albedinem declinans, & est cum grauitate somni, & dolore grauius magis, quam pungitius. quod, si ex melancholia, quod raro est; dolor remissus, sputum liuidum paucum, urina remissa, similiter febris, & alia huiusmodi, quae melancholiam attestantur.

SIGNA non uera lateris dolor, ac grauitas sine tussi, ac screatu, & maxime quando est in instrumentis extra; quia tunc non grauatur pulmo, & tactus eam comprehendit, & quandoque uisus apparet tumore aliquo. quod, si in attractione aeris sentitur dolor; tunc est in lacerto dilatate. si in systolando est in constringente, & dolor non est pungitius, sed magis aggregatiuus, & absque febre, & inflammatione, & reliquis signis uentositatis. & certificaberis magis ex modo, qui infra dicitur in canonibus. Ioanitiuus uero, ut inquit Gal. i. aphor. commen. xii. dixit. si leuius infirmus portat in firmo latere, quam in sano, & supra in eodem commento signa dolores descendentes in diaphragmate, uel ascendentes ad furculas. Ioanitiuus horum duorum locorum dolores pleuresim facta sunt confirmantes, & sic habentur signa tria a Ioanitiuo posita pleuresis uere demonstratiua, quibus mensura a uera differt. postremo scito, quod in. 1452. apparuerunt pleureses, in quibus in earum principio superueniebat subetia perseverans quandoque, quandoque non; sed rediens, & ut plurimum ad bonum terminabantur.

PROGNOSTICA. Primum ponentur signa bona salutem protendentia, secundum mala malitiam aegritudinis, uel mortem nuntiantia. & ex primis sunt facilitas sputi cum uelocitate, albedine eius, & aequalitate sui, remissio doloris, & febris, incolumitas anhelitus, & somni, remissio sitis, & aliorum accidentium in principio euenientium. & apparitio fluxus sanguinis narium est ex signis bonis ultimis in pleuresi. Auicenna. & diuersitas, id est, fluxus uentris apprensus in principio est signum bonum imò res iuuans. Auicenna. quod intellige, quando scilicet est a multitudine materiae regulatae, tamen a uirtute, quod comprehenditur ex al-

E leuatione infirmi consecuta; quia facilis factus sit anhelitus, remissa sit febris. aegro sunt bona &c. quod, si fuerit ex exuberantia materiae, praeterquam reguletur a natura; imò est sic egurgitans, & est aegro mala, & proprie cum non sistitur difficultas anhelitus, tristitia, & febris inflammans; fortassis euenit mors in quarto, uel ante. sputum subrubeum in principio bonum, & est signum citra terminationis, similiter declinans ad citrinitatem bonum, si sputum in prima die eiicietur, & subtile non maturatur; speratur eius maturatio in quarto, & euacuatio in septimo. quod, si non maturabitur in quarto, aut in prima non apparuerit die; tunc crisis erit in. xi. uel. xiiii. quod sane intelligas, quod in tempore medio medium expecta tempus. sed scito, quod dato, quod non sic appareat sputum, neque maturitas eius; sed sit uirtutis fortitudo, bonitas appetitus, iuuentus & huiusmodi ex signis bonis, non dubitabis, quin aegritudo bene terminetur.

SIGNA mala malitia egestionis cum foetore, & uehementia citrinitatis, intensio accidentium, retentio sputi, & tarditas eius maxime uirtute existente debili. quod, si tardatur spuere post septimum, & uirtus sit multum debilis; expecta mortem ante decimum quartum, uel in decimo quarto. sputum rubeum purum, uel plumbeum, uel citrinum, igneum, uel nigrum malum, & maxime quando cum eis coniungitur uiscositas, & anhelitus constrictio. & ex malis ualde est album, uiscosum, rotundum. & deterius omnibus nigrum, & proprie quod est foetidum. Auicenna. & uiride malum; significat enim congelationem, & adustionem uehementem. & rotundum est melius non rotundo. Auicenna. & in summa iudicium sputi sumitur ex substantia, colore, quantitate, & figura. & omne sputum, cum quo non quiescit nocuum, non est bonum. Auicenna. urina foeculenta, inaequalis mala. inflammatio cum frigiditate extremorum mala. dolor tendens ad posteriora malum. additio doloris quando aeger dormit super latus infirmum malum. pleuresis sinistri lateris deterior, & magis suspecta, & nono Continentis cap. i. rarius fit in dextro. flexus uentris in fine quando post ipsum non sequitur incolumitas malus ualde; ex debilitate enim hepatis uenit. quod, si accidat cum difficultate anhelitus, & non remouetur difficultas per eum; fortasse interficietur in quarto, uel ante quartum, Mesue. si accidat fluxus uentris in fine morbi est similiter secundum alium duorum modorum; aut enim expellitur materia ad hepar, & uiscera, & sequitur incolumitas; uel accidit cum debilitate hepatis, & prostratione digestiuae, & contentiuae in ipso, & sequitur post ipsum perniciositas. Dixit Hippo. Multoties est sputum bonum facile, & similiter anhelitus, & sunt illic signa alia mortalia; sicut dolor in posterioribus, & eius dorsum est sicut uerberati, & urina est sanguinea saniosa, & raro fit beatus; imò moritur inter quartum, & septimum; & raro procedit usque ad decimum quartum, & in pluribus cum pertransiuit septimum sanatur. & multoties apparet in spatula pleuretica rubedo, & calescit spatula eius, ita ut non possit quiescere. quod, si calescat uenter eius, & egrediatur ex eo egestio citrina; moritur, nisi pertranseat septimum, quando ad ipsum festinat sputum diuersarum specierum, & dolor, deinde augmentetur; moritur in tertio. & est alia, cum qua sentitur pulsatio extensa a furculis usque ad crura, & est in ipsa urina aquosa, cum qua non est sedimen, & sputum est mortale propter declinationem materiae ad caput. si autem pertransit septimum; sanatur. si omnia signa, quae iam dicta fuerunt, fuerint in principio intensa ualde, & mala induta symptomata; ut sunt uigiliae superfluae, inquietudo, tarditas linguae, & huiusmodi; sunt signum mortale. si, quod est in pectore, expuatur, & post eius expulsionem adhuc remanet grauitas in pectore, neque alleuari se sentiat patientis, ex hoc mortale; etiam si materia digestiua fuerit egestio frequens, & liquida mala. urina nimis tenuis, uel spissa liuens, uel uiridis, uel nigra sunt signa mortalia, de qua urina audi uerbum Isaac. Urina in aegritudinibus hepatis, & uenarum certam habet significationem, siue sit bona, siue mala. in aegritudinibus uero, quae sunt extra uenas; ut in pleuresi, & similibus, si urina fuerit laudabilis, bonum sed non certum salutis signum. quod, si fuerit mala indigesta & ita

& ita de aliis malis conditionibus eius certam est signum ad mortem; quia, postquam digestio deficit in radice, bene deficiet in ramis. debilitas in pulsu secundum plurimum est malum signum. postremò scito, quòd, quando pleureticus in. xiiii. diebus non mundificatur; tunc materia sanatur. cuius sanationis signum est uehementia doloris, augmentum difficultatis anhelitus, & eius constrictio, maior augeatur feb. asperitas lingue, & huiusmodi signa talia dicta. nam in generatione saniei feb. & dolores magis, quàm facta sanie. itaq; facta sanie remittuntur accidentia. & cum incipit apparere sanies, & ab ea die usque ad. xl. non curatur; transit in phthisim, ut infra in aphor. & rarò accidit saniositas ante. xiiii. & quanto accidentia collectionis erunt intensiora, tanto eruptio erit uelocior, quanto leuiora tardior. & hic scito, quòd, quando apparebunt signa timorosa propter collectionem, & ante fuerit, & apparuerit sputum bonum, & alia signa bona; tunc non debes timere, cum uidebis non remittit pleuresim, & signa. cum hoc mala apparuerint; expecta mortem. quòd, si fuerint bona; expecta sanationem. additio in frequentia pulsus cum uirtute debili mortale. de signis prognosticis in pleuresi habes in Aphor. in fine ca. & tu ibi. postremò scito, quòd in ciuitate nostra Paduæ, & Treuisii, & Venetiæ de, 1440. de mense Martii, & ante, & post apparuit pleuresis mala, quæ erat contagiosa, ex qua multi, ac plurimi moriebantur. nullibi tamen reperi ab auctoribus nostris scriptum ipsam esse contagiosam, & existimauerunt plures talem fuisse uenenosam. sed attende uerba Auicennæ. secunda primi de completo sermone in ægritudinibus. & præterea ex ægritudinibus quædam, quæ de uno ad alium transit; sicut lepra, scabies, & uariola, & febres pestilenciales, etiam apostemata putrida, sub quibus apostematibus putridis fortè pleuresim Auicennæ collocauit. etiam tu considera.

CYRA. Canones ex canonibus ponitur primus, & specialiter à Mes. applicatio repercussiuorum, inquit. primam quidem rem complent administrationes medicaminum membrum confortantium, ipsiusque uirtutem coadunantium, ut non recipiat. & ex hoc facientibus est emplastrum factum ex lentibus excorticatis coctis cum aceto, uel spògia infusa in aceto decoctionis rosarum, balaustriarum, uel similia. & de isto canone specialis fiet disputatio in dubiis infra. quare supersedeo omittens eum, & ad alios accedo. ex quibus primus est ordinatio diætæ, secundus est resolutio, tertius diuersio, quartus est digestio materiæ, quintus est subtractio materiæ subtractione communi post digestionem. sextus euacuatio materiæ propria euacuatione digestionem etiam præcedente. septimus est correctio accidentium.

ORDINARY Nanque debet diætæ uario modo secundum uarietatem temporum; quia aliter in principio, aliter in augmento. item secundum uarietatem ægritudinis ex parte acuitatis; quia una pleuresis altera est acutior, ut patet. itè secundum tenorem uirtutis; quia aliter eger aliter debilis, aliter fortis aliis paribus diætadus est. ex parte quidem uirtutis, qua nutrimentum debet esse magis nutriens in debili. ex parte acuitatis nota, nam quanto erit acutior, tãto debet diætæ esse subtilior. unde Hip. de regimine acutorum, si cibus detur specialiter apud uehementiam doloris; est potè ægrum ad desperationem, & mortem; quàm natura debilis ad alteram duarum occupationum deficit, aut ad utraq;. ex parte uerò temporis; quàm in principio diætæ debet esse subtilis plus, & minus secundum longinquitatem, & propinquitatem status. in augmento uerò diætæ parumper ingrossetur. in statu uerò subtilietur circa finem eius, & principium declinationis ingrossetur etiam usque in finem ingrossando procedatur. sed hic aduerte, & non possumus hodierna die cum ita facilibus cibus procedere, ut antiqui, propter ingluuiem hominum, & debilitatem naturæ ab eo, quod prius fuit. unde antiqui. Mes. etiam laudauit in principio aquam hordei decoctum in aqua pluuiali, & plurima decoctione, itè aqua zuccharata, item ad hoc similiter ualet aqua decocta cum iulep uiuo mixta, maximè in cholericis: hæc etenim ultra hoc quòd nutriant, faciunt sputum.

Moderni uerò in principio dant iuscula hordei, & si est

A aliqualis debilitas; dant ei decocta in brodio pulli: si non; in aqua simplici. consequenter descendunt ad panatam cum lacte amygdalis, & hoc ingrossando cum his semper commiscendo zuccharum, aut mel. item procedunt ad iuscula, siue ad panatam ex decoctione blitis, atriplicis, maluæ, cucurbitæ factam. item ulterius ad sorbitionem fabarum farinæ cum zuccharo ex brodio, pulli, aut aqua simplici secundum tenorem uirtutis, & tempus morbi. item ingrossando plus ad contusum alteratum cum his, & in fine feb. iuscula cum butyro specialiter in consuetis; ut in foro iulii, in Alemania. & oia sorbilia etiam conueniunt presertim, si feb. non adsit. quòd, si sit alterata, etiam concedi debent stâte debilitate uirtutis. & sic procedatur ab intelligenti usque ad finem secundum canones datos. & nota, quòd panis azimus non conuenit; quia materiam inuiscat; fermentatus uerò etiam; quoniã aperit apostema ante digestionem. ex carnibus uerò dentur temperatæ, & alteratæ, ut oportet, de quibus supra tertio trac. item etiam conueniunt pisces petrosi squamosi, super quos possunt fieri sapes iuxta doctrinam positam in. iii. trac. ex potibus aqua simplex zuccharata, aqua decocta cum uino granatorum dulcium, item aqua hordei item aqua cum iulep uiuo. item aqua mellis paucae commixtionis, & specialiter in phlegmatica. unde nota, quòd aqua in hyeme bibatur calida; in æstate uerò quasi tepida. aqua uerò ueri frigoris non bibatur. unde decima tertii tract. iiii. i. capitulo. & interdicitur eis aqua frigida, quam tamen concedit Mesue in duobus casibus. primus, quando tussis est sicca, & aspera; secundus, quando tussis facta à caliditate, siue caumate uehementi, tunc subdit. Concedimus ipsam frangentes frigiditatem eius cum secaniabin, & iulep acquirentes ei ex uirtute incisionis secaniabin, & penetrationis; ut penetret, & discurrat in uenas, & sigilletur, deinde ex humiditate, & frigiditate aquæ uirtus extinguens inflammationem, & sedans asperitatem, & sitim; hoc enim est illud, quod non omnes comprehendunt. & hic aduerte, quòd oxymel paucae acetositatis cum aqua decocta datum est delectabile, & conueniens potui. in declinatione uerò detur uinum album, dulce, subtile, item rob uini cum aqua multa propter caliditatem rob: & est forte in munificando. ex fructibus conueniunt passulæ absque arill. amygdalæ, iuiubæ, granata dulcia. unde decima tertii tract. iiii. ii. capitulo. quidam autem prohibuerunt granata propter infrigidationem eorum; sed apud me in eis, quæ dulcia sunt, non est malum. quòd, si pleuresis fuerit phlegmatica; securius administrantur condita, & præparata cum melle, & debent omnia esse magis remissa in frigiditate utique rebus calidis pectoralibus, de quibus supra in de tussi. & laudatur aqua cicerum, item aqua cicerum, & hordei cum melle, item aqua caulium cum oleo amygdalino, item stila cum lacte amygdalarum, item secaniabin cum hyssopo uel pulegio.

In melancholica uerò proportionaliter. unde laudatur sauch tritici cum melle, sorbitiones ex farina fabarum cum melle, & huiusmodi; potus aquæ mellis, in qua decoctus sit lupulus, uel lingua bouis, & huiusmodi. de eo, quod attinet aeri dicendum, quòd temperetur iuxta constitutionem anni; debet tamen potius ad caliditatem declinare. item caueatur boreas, & auster, ut possibile est, & indifferenter flatus uentorum, item fumus, item aer agitationis aquarum, item aer æstuosus. de eo uerò, quod attinet somno, & exercitio audi. Aui. de cura eius. & ex eis quidem, quæ multiplicat sputum, est dormire super latus infirmum, & quandoque est necessaria commotio parua.

SECVNDVS Completur attentis aliquibus canonibus. primus est, quòd medicus debet procedere cura tentatiua applicando scilicet in principio euaporatoria; ut per hæc comprehendatur, si materia est uentosa, & pauca uel multa; quàm, si fuerit uentosa; per ipsorum applicationem resoluetur, & cessabit, & diminuetur dolor. similiter, si pauca, & subtilis. quòd, si materia fuerit multa, uel grossa; tunc dolor augebitur. unde Mes. Cum autem ex serie operationis huiusmodi peruenitur ad hoc, ut dolor, uel punctura, & qualiscunque fuerit, resoluetur, aut secundum aliquid, aut integrè, subest excusatio transeundi ad aliud. si uerò multiplicatur

plicatur usq; adeò, vt vel dilatetur, & ascendat vsque ad furculam, vel vsq; ad hypochondria extendatur; tunc certū est resolutionem repletio agitatiua prohibet, & hoc maxime, cum repletio fuerit in toto; tunc ad aliud genus curæ procedendum est quemadmodum dicemus, & Auic. decima tertij de cura dolorum. & euaporatio quidem resoluit omnem dolorem altum, vel infirmum; cum non est prohibitio ex repletione, quā attrahit euaporatio. hic tñ nota, vt dictum fuit, q̄ medici discretio in hoc debet multum operari: nam considerare debet habitudinem, consuetudinem, regimen præteritum, dispositionem hepatis, pectoris, consuetudinem cadendi in hanc, vel simile ægritudinem, & sic de aliis, de quibus comprehendet quasi verò iudicio, absque tentatione aliqua, si materia fuerit multa pauca subtilis ventosa. & antequā ad applicationem particulariū veniat; scito secundò, q̄ à facilioribus est inchoandū. & qm̄ humida aliis paribus sunt faciliora siccis; hinc ab eis prius inchoandum. unde Mes. & adhuc quidem canon est ab humidis, & debilibus debere incipere, & quanto materia siccior, & compactior fuerit, tanto tardius ad fortiora rumpere; ne resoluatur de materia, quod est subtile, & cadat deinde durities in residuo. hic nanq; cauendum est. & Auic. allegato cap. & humida quidem sunt conuenientiora ei, qui trahit ad rubedinem. alia litera ad choleram, & sicca ei, qui trahit ad phlegmaticam proprietatē. verūm humida cum non inuant; non nocent; & sicca si nocent; nocent magnificē; qm̄ indurant, quod cauendum est. tertius canon. q̄ ista euaporatoria mensurari debent secundum profunditatē materiæ, vel eius permanētiam in superficie. item s̄m q̄ exigit dispositio in citò, & tardè resoluēdo ita, q̄ oportet aliqñ esse intensa, aliqñ remissa, aliquando medio modo. & est canon s̄m sapientiam ita, q̄ tua est mensurare eorum caliditatem. quartus, q̄ talia sic administrantur; ne ex eorum uaporibus cerebrum lædatur; consueuerunt. n. inducere tristitiam, & anhelitus constrictionem. & est canon multum neglectus, & malè est tñ Auic. Mes. & aliorum auctorū, ubi de hoc. & descendens ad particularia dico primo loco, laudatur magis spongia infusa in aqua calida, & expressa in uoluta pāno lineo; ut eius calor diutius conseruetur posita super loco. quæ non permittatur infrigidari; sed statim, cum calor remittitur, notabiliter; remoueatur, & alia applicetur disposita, ut prius. & sic reiteretur multoties vsque ad. viij. vices. sed ante eius applicationem locus cum planta manus leuiter fricetur, & sit spongia ita magna, vt comprehendat locum doloris ex omni parte. & est canon Mes. quem confirmat litera Auic. allegato cap. inquit. Et melius est, ut antecedit spongia infusa aqua calida. sed hic nota de panno lineo, q̄ semper debet renouari in omni applicatione spongiæ, & humectatus abiici. secundo loco est spongia in aqua maris, aut falsa infusa. item vesica aqua semiplena, quæcunq; aqua sit de dictis. item spongia infusa in aqua decoctionis maluarum, uioolarum, chamæmillæ, & huiusmodi. q̄, si fuerit ex phlegmate; addantur anethum, chamæmilla, semen lini, & hmōi, vt videtur, q̄ materia exigit. & ex uaporationibus bonis est euaporatio facta cum furfure frumenti ligato in petia cum modico chamæmillæ in aqua bullitæ expresso; vt de spongia dictum est: mutetur autem pannus. q̄, si fuerit aliquid phlegmatis; pone anethum vsq; ad herbam vitri. item facculus ex fufuribus frumenti calefactus super laterem calidum prius aspersum cum aceto mixto cum aqua, aut cum aqua sola, vt exigit dispositio. ex siccis autem sunt facellatio facta ex furfure, & sale, vel ex furfure, milio, sale, & orobo. q̄, si fuerit ibi præsentia phlegmatis; tunc est maxime conueniens: si uerò cholera; modera. unde hic facculus potest bullire in aceto, & aqua; & tunc conuenientius applicabitur; sed erit de numero humidorum. in cholera autem solūm ex milio, & sale torrefactis. faccus factus uidetur conuenientior. possunt fieri emplastra resoluētia, & quidam faciunt etiam cum hoc maturatiua ponendo maluauscum, & pinguedinem porci, & huiusmodi. & inueniunt conferre; sed talia non debent continuari, nec multo tēpore dimitti; sunt enim maxime suspecta; debet. n. euitari sanatio, vt possibile est. unde Auic. decura pleu-

resis. Cum ergo maturatur oportet, ut prohibeas eam fieri saniem, & studeas tu, ut mundifices illud cum sputo ante illud. & de cura dolorum. & ex eis, quæ sunt, sollicitè attendenda est, vt succurras cum maturatiua ægritudinis, aut & absq; necessitate ægritudinis saniei. quòd, si per ista non remouebitur dolor, aut non mitigabitur; sed potius augebitur; tunc, vt dictum est ex Mes. ad aliud genus curæ procedendum, & auxiliandus est.

Tertius canon principalis, qui est diuersio, quæ conuenientius fit phlebotomia materia existente sanguinea, vel sanguini cōmixta; qm̄ in phlegmatica phlegmate non existente admixto sanguini non uidetur apud aliquos competere, de quo infra. & pro ipsa facienda ponuntur duæ conclusiones. prima, q̄ in principio materia existente in fluxu, & habente raptum ad furculam ad partes superiores debet fieri phlebotomia ex basilica lateris oppositi, & idē in dubiis. secunda, q̄ in principio materia existente in fluxu, & habente inclinationem ad hypochondria ad partes inferiores præponenda est clystericatio lenitiua phlebotomiæ, & deinde fiat phlebotomia usq; ad permutationem sanguinis; si virtus, ætas &c. consentiunt; nam nigredo apparens in sanguine, aut mutatio coloris in eo significat, q̄ iam de materia apostematis euacuatur. q̄, si dicatur Ras. in Almanf. inquit. Fiat minutio ex basilica eius partis, in qua est dolor. dicendum, q̄ dictum eius intelligitur materia non existente in fluxu, aut ipsa existente pauca; sed, si de eius multitudine timeamus; fiat ex parte contraria. & hic sensus videtur satis expressè elici ex dictis eius. ex textu immediatè sequenti subdit, nisi totum corpus multo sanguine repletum fuerit; tunc enim ex latere contrario sanguinis detractio facienda est: nam, cum propter ingluuiem hominum, & inordinatum regimen dubitandum sit de plenitudine alijs paribus; de contraria parte totius & communiter fit. sed de hoc in dubiis magis: & tu ibi pro complemento canonis. sed benè aduerte, si materia est furiosa, ut accidit meo tempore. 1440. in principio veris, & ipso vere, quod præcessit hyems frigida ualdè, & sic per totū ex qua pleuresi in. iij. iij. & vij. & de decem moriebatur octo, & in principio semper apparebat vrina liuida, grossa nimis, & subiugalis: nam, ubi sit talis phlebotomia, est timenda, ne per ipsam materia, quæ ex tali signo comprehenditur furiosa, amplius in motu per te ad locum moueatur doloris, & augmentet apostema. item, quādo materia cholericæ est multum distans à natura sanguinis; non est facienda phlebotomia propter canonem quarta primi de phlebotomia. & summopere tibi cauendum est &c. & ex his potes cōprehendere cum aliis, quæ posita sunt infra in dubiis, vtrum semper competat phlebotomia. & in isto casu Cermifonus noster eam prohibebat, & prius pharmacacat, deinde phlebotomiā faciebat, si opportuna erat. considera, sed hic nota, q̄ si phlebotomas, & euacuas, & nō sedantur accidentia; tunc scias, q̄ prohibitio collectionis, quā quæris, est difficilis: non ergo iteres phlebotomiā; ne congeletur materia, quæ habitura est collectionē. Auic. de cura eius. cuius contrariū multi operantur. considera. his aut conclusionibus assentit Auic. decima tertij trac. iij. i. cap. in principio, inquit. Ex rebus cōibus est phlebotomia, sed in principio ex latere diuersæ, & magis festina ad succurrendū de saphena in longitudine, & post ipsam de basilica opposita in latitudine. ex quo apparet, q̄, si pleuresis sit in latere dextro; phlebotomia fieri debet ex saphena dextri lateris. Mes. uerò inquit. ex saphena oppositi lateris, & hoc in dubiis. item, si fieri non potest phlebotomia; applicentur uentosa in naticis, cruribus, fiant frictions leues; & ponant clysteria leuia ex bliti, malua, viol. hordeo cum radice maluarum, & hmōi. unde studendum est in mundificatione focum; qm̄ læditur non parū patiens ex fumis earū. sed caue, ne excedas in usu eorū, nisi usq; ad illud, quod videbitur necessarium; quoniam consuevit ægritudinem hanc fluxus sequi in moderantia Mes. ex quo inferitur; medicinæ solutiua sunt timenda. de quo statim in sequenti canone, & in dubiis. uentosas super loco doloris positas in diuersione nunc cum incisione, nunc absq; multum commendat Mes. sed illas oportet fieri post corporis mundificationem.

ationem, & phlebotomiam. & circa. 14. ubi. f. securus sit factus medicus de paucitate materiae. unde Auic. & quādoq; ponuntur uentosa super pectus cum scarificatione etiam; ut trahatur materia ad exteriora, & minoretur, & proprie cum præmissa fuerit phlebotomia. sed, ut existimo, hæc operatio non est faciendā nisi à medico benè experto. & fortassis securius est ponere ipsas uentosas parùm sub loco doloris. & ego iam illud feci, & contulit.

I N C O M P L E N D O Quartum est primò considerandū si materia est sanguis, qui cum digestionē non expectet; procedatur immediatè ad euacuationem per phlebotomiā in principio materia existente in fluxu; & multa ex latere contrario, postquam per dies tres de latere eodem, & maximè quando extimatur materiam iam fluxam esse, & fiat, ut supra usque ad sanguinis mutationem. quòd, si fuerit pauca; fiat in principio ex eodè latere ex basilica, ut supra. & hoc consentientibus uirtute ætate, & uentris lubricitate. quòd, si fuerit stypticitas uentris; fiat clyster lenitiuum prius, aut sumat aquam fructuum, aut manna, aut muraba de uiolis, & huiusmodi. quòd, si fuerit ex cholera, uel ex sanguine cholericò; tunc detur digestiua, infrigidatiua, & humectatiua; nõ tamen expolientur ab absterfione. immo scias, quòd lenientia remouentia asperitatem debent præcedere absterfua, & quando sic commiscetur cum absterfuis; felicitatur operatio eorum, ut iulep. uio. cum aqua hordei excorticati. itè oxymel simplex cum pauco melle, & pauco aceti factis; ut R. mell. p. i. zucchini albissimi. par. ii. aceti & aquæ dulcis. ana. par. i. tu tamen modera, ut necessitas petit; nam descriptio illa Gal. unde additio in melle facit ad absterfionem: additio in aceto, aut aqua ad extinctionē & sitis sedationē dentur ex eo. 3. ii. usque ad. iii. cum aqua simplici cocta temperiem habente inter calidum & fri. in ætate: in hyeme uerò sit calida. Item ualet aqua dulcis cum uino granatorū dulcium cum zucharo: item iulep simplex: item aqua hordei cum zucharo, & sic de aliis, ut supra. iiii. trac. de digestiuis cholere, & supra de soda cholericæ. sed nota, quòd ista infrigidantia digestiua debent habere duas cõditiones. prima, quòd cum eis ponantur respiciētia pectus; ut aqua hordei cum decoctione iuiubarum, capillorum uene. & huiusmodi. secunda, quòd talia non sint styptica; ut est papa. portulaca, endiuiā, & huiusmodi; nisi apud necessitatem, ut dicetur de respicientibus pectus, dictum est in principio capituli. syrupus usual. R. syru. uio. 3. i. de liquiri. 3. 5. aquæ decoctionis hordei, & iuiubarum. 3. iii. item, si aderunt uigiliæ dari pòt modicū syrupi de papauere. item ualet syru. iuiubis Mes. itè ex scariola, lactuca, seminibus quatuor frigidis capillis uene. hordeo, liquiritia, passulis, iuiubis, sebestè, uiol. floribus nenupharis, & hmõi fieri pòt syrupus cū zucharo, aut modico mellis, ut uidebit expedire. & licet hæc omnia cõferant materia etiā existente sanguinea; tamen in sanguinea infrigidatio debet esse maior, & absterfio minor quàm in cholericæ. & nota, ut Auic. ii. can. cap. de uiol. & melior est syrupus uio. q. iulep uio. in hoc cap. si uerò materia fuerit phlegmatica, oxymel illud dictum est maximè cõueniēs & in eo debet mel multiplicari. unde audi Auic. decima tertii de materiis situatis in pulmone. cū sunt humores pectoris grossi non peruenias ad ultimum in exiccando, immo sit occupatus cū lenificatione, & incisione, & sit maior duarum rerum incisio, aut sit studium cum incisione, plus quàm cum resolutione, & administra in omnibus medicinis aqua mellis; est enim faciens penetrare, & lenificat. & in summa ubi materia est phlegmatica debet infrigidatio esse minor & absterfio maior, quàm in sanguinea, & cholericæ, & cū hoc debet addi incisio in ea, quæ in aliis non sic competit. item ualet hydromel longum cum hyssopo cum radice liliorum aut alterius rei pectoralis calidæ, ut est prassium, & huiusmodi. syrupus. R. hyssopi, liquiritiæ, meliloti, iuiubarū. ana. 3. i. seminum lactucarum. 3. i. pistentur, & bulliant in lib. ii. aquæ usque ad consumptionem medietatis, & cum zuch. lib. 5. & mell. 3. ii. aceti. 3. i. 5. fiat syrupus. quòd, si fuerit ex sanguine melancholico, quod rarissimum est, detur syrupus mellinus, hydromel cū deco. anethi, lupuli, buglossæ ireos, & similia.

I N C O M P L E N D O Quintum oportet prius attende-

A re, quæ ad hanc ægritudinem consueuit sequi fluxus uentris, ut supra ex Mes. ideòq; multum timenda sunt solutiua uentris, maximè quando adest uehementia feb. nam etiam quandoq; ab exhibitione ipsorum excusat phlebotomia ipsa, in qua est minor timor. unde Auic. decima tertii trac. iiii. i. cap. inquit Gal. exponens secundo regiminis acutorum textū cõmententi. si feb. fuerit uehemens ualdè; tunc time solutiuum, & sis contentus phlebotomia: in ipsa nãque non est timor, aut timor eius est minor. in solutiuo. n. est timor magnus, ipsum nanque mouet, & quandoque non soluit, & quādoq; superfluit; quia nescimus regulariter naturas particulares hominum. secundus canon aduertendus est Auic. decima tertii de cura pleurefis inquit. & si est humor alius supple à sanguine; euacua non cum eis, quæ sunt sicut myrobalani, neq; in quo est stypticitas; immo cum eis, in quibus est cum solutione lenificatio, sicut res factæ cum uiolis tereniabin, zucharo, & huiusmodi. sed hunc canonem intellige regulariter, & nõ coactè; coactè enim pp furiositatem materiae, aut eius multitudinem. contingit benè aliquando posse conuenienter dari solutiuum forte, ita tamen quòd à lenitiuis nõ expeditur: ut uerbi gratia, dari poterit agaricus, aut rhabarbarum cum manna, aut cassia, uiol. aqua fructuum, & huiusmodi. à scamonea præcipit Gal. ipsos custodiri Auic. allegato nunc cap. tamen inquit. Mes. de cura eius in quarta intentione. Materia uerò qualiscūque fuerit, oportet, ut euacuetur cum eis, cum quibus cum euacuatione est lenificatio, de quæ summa sunt uiolæ proprie humidæ, & sicca, & conditum & syru. ex eis, & siracost, & tereniabin, & zucharum alborfor, i. rubeū, cassia, & similia, & proprie si materia fuerit cholericæ. & quādoque miscetur cum eis, quod est, sicut trochisci de uiolis habentes aliquid scamoneæ, & nos scripsimus permixtionem ipsorum in cap. de asthmate. considera. & subdit. Si materia fuerit phlegmatica; euacuanda est cū eo, quod est, sicut puluis ireos, aut agarici, aut alace cum muraba de uiolis mellino, tereniabin, & aqua hordei. & iam quidem Gal. præcepit aquam hordei post solutiuum propinari debere, aut aquam mellis; ut lenificet, & abstergat uirtutem solutiui. & si dispositio aliqua est, quæ exigat esse necessariū uti clysteribus leuibus mediis & acutis; fiat fm exigentiam, & declinationem materiae ad inferiora, & superiora. pro quibus recurre ad ea, quæ dicta sunt de cura soda, & de apoplexia. solutiuum in sanguinea facta phlebotomia si expedit. R. mannæ electæ. 3. ii. dissoluantur cum. 3. iiii. aquæ decoctionis iuiubarum, uel uiolarum, uel. 3. ii. cassiæ cum aqua dictarum. item in cholericæ detur. 3. i. 5. cassiæ. cum. 3. i. thamarindorum cum aqua dictarum rerū uel decoctionis prunorū, & hmõi. in phlegmatica uerò cõsimiliter poni potest agaricus. item quidam etiā præsumunt super turbith cum decoctione dicta ut Placētinus. dari pòt aloë, & hiera. in melancholica uerò cõsimiliter cum decoctione buglossæ, boraginis, uiolarum, poterit dari aliquid senæ cum brodio gallinæ pinguis. sed hic nota, quòd, ut dictum est, semper, si uirtus, & cætera consentiunt, debet immediatè fieri phlebotomia in cholericæ uerum, & phlegmatica: unde si dicatur, inquit Auic. decima tertii de cura communi dolorum pectoris. & in cura quidem phlegmatici incipiatur à clysteribus acutis, & solutione uentris, & nõ fiat phlebotomia; dicendum, quod intelligi habet, ubi materia non fuerit mixta sanguini, non competit phlebotomia euacuatua; si cum hoc; stat, quòd competit diuersua, ut in dispositionibus capitis supra. postremò nota, quòd materia existēte in fluxu, & timor sit de eius multitudine; debet nõ præcedēte digestionē dari pharmacia; sed iam materia existente fluxa debemus expectare digestionem.

S E X T U S Verò compleatur cum rebus educētibus spiritum; ut sunt facilitantia, & uelocitantia ipsum; cuiusmodi sunt lenitiua, mundificatiua, absterfua temperate, & breuiter ipsum digerentia, quia aut ingrossantia; ut in calida, aut in phlegmatica subtiliatiua, aut incidētia, abstergentia plus. de quibus aliquid dictum est in quarto canõ. unde oportet incipere à magis, & minus infrigidantibus fm quæ exigat materia. & talia possunt esse applicata ad intra, ut supra, & ab extra, ut dicetur. procedam exēplariter, ubi materia fuerit multum calida, & uehementis fuerit inflammatio. primò ergo

exhibe, ut est aqua melonis indi, aqua citrullorum, uel cucurbitæ, aut aqua zucchari, uel aqua hordei excorticati cum iulep. quòd, si non fuerit ita uehemens incendium; sit aqua iuiubarum, sebesten cum uiol. & semine citoniorum cum zuccharo. item, si fuerit adhuc minor inflammatio: cum aqua mellis multæ permixtioni, aut aqua zucchari rubei. & laudatur, ut semper aliquid ponatur hordei, & in fine procedatur ad aquam decoctionis capilli ue. radicis liliorum cum modico mellis, & hordei. & scito, quòd aqua mellis est ultimior ad humectandum, quàm aqua hordei, & aqua fructuum, & passularum est huius generis post ista. & nota hic de ficibus; quia, ut existimo, non competunt in principio; quia sunt nimis aperitiuæ, & maturatiuæ: item aqua liquiritiæ cum hordeo; aqua enim hordei cum zuccharo, & sine semper est conueniens, & in fine magis; cum facimus ipsam absterfuiam. & nota, quòd ex domesticis maximè facilitantibus sputum est sorbitio facta ex aqua calida zuccharata hora post horam. confectio trochiscorum festinantium maturationem in pleuresi, & facilitantium sputum. *R.* uio. succi liquiritiæ. ana. 3. x. dragaganti, amili, seminis althææ, seminis fœniculi. ana. 3. iii. confice cum mucillagine seminũ citoniorum, & seminis lini, & sit dosis. 3. i. cum syrupo uiol. in ore autem ordinentur pilulæ bichichiæ, aut diadragantum frigidum, & similia, ut suprâ de tussi calida. ubi nota, quæ, quæ ponuntur de tussi calida, ualent & in pleuresi. propter quòd recurre ibi. ad extra autem applicantur cerotarium, unctioes, emplastra, & huiusmodi, quæ iuuant ad exitum sputi ipsum facilitando. & talia debent esse lenificantia cum resolutione non multum eleuata, & saltem in principio. unde debent esse talia in primo, deinde aliquantulum plus eleuentur, uerbi gratia. *R.* olei uio. 3. i. ceræ citrinæ. 3. ii. item. *R.* olei amygdalini. 3. i. ceræ citrinæ. 3. ii. & si magis eleuare uolueris. *R.* aliquid prædictorum, & addatur modicum hyssopi humidæ, aut aliquid pulueris radicis liliorum. item admisce aliquam ex pinguedinibus. item, si cupis fortius; *R.* olei chamæmillini, uiol. ana. 3. i. pinguedinis gallinæ, 3. 5. fœnugræci, seminis lini. ana. 3. i. liliorum. 3. 5. ceræ albæ. 3. 5. emplastrum commune. *R.* radicis althææ. M. i. florum chamæmillæ, meliloti, uiolarum siccarum. ana. M. 5. farinæ semini, farinæ fœnugræci. ana. 3. 5. farinæ hordei. 3. ii. olei amygdalarum dulcium, anethi, uiolarum. ana. 3. i. fiat emplastrum. aliud ad idem Sabor regis medorum, & cum hoc quidem, quòd faciliat sputum, sedat dolorem. *R.* olei uiolati. 3. ii. ceræ. 3. 5. adipis gallinæ anatis. ana. 3. v. hyssopi humidæ. 3. viii. butyri sæpe loti in aqua hordei. 3. iiii. mucillaginis seminum lini, & althææ. ana. 3. ix. fiat unguentum, & est expertum. quod, si natura fuerit cõpactior; pone loco olei uiol. oleum de lilio. uidi plures errare in ordinando consimilia, aut nimis calida, aut nimis frigida, aut nimis maturatiua ordinauerunt. propter quòd canonem positum menti habe.

S E P T I M V S uerò, qui corrigit accidentia, diuidi habet in tot partes, quot accidentia consueuerunt superuenire; nam, si ultimantur. in eis est timor, & sunt alienatio, siue permixto intellectus, uigilia, fluxus uentris, fluxus sanguinis narium, sitis uehemens. permixtio autem intellectus consueuit accidere; quando materia est in diaphragmate; ideòq; oportet hic simul attendere ad curam pleuresis, & phrenesis, de quibus iã dictum est. si autem superfluunt uigilia; possunt administrari eo casu narcotica. ut species de iacur. syr. de papauere, & huiusmodi. sed attendendum est, quod hoc fiat cum cautela; ne materia ad intra compingatur. quod si tamen necessaria uidetur administratio papaueris; minus mala est ex cortice; cum quo cõmiscetur passula, aut aqua mellis, aut rob, aut aliquod tale; ut contra operetur nocimento eius. siti autem dentur extinguentia ipsam, quæ sunt in aqua citrulli, melonis indi &c. ut suprâ de potu, & sint actu calida. & nota, quòd, si possibile est, semper administratur cum ei absterfuiam, ut dictum est, & ab extra, si fuerit merito chaumatis spiritualium; inũgatur pectus cū oleo uiol. & cera, & similibus, ut suprâ. de fluxu sanguinis aduertendũ, quod, si fuerit per uiam crisis; sistere non debemus, nisi superfluat. quòd si fuerit ex abundantia sanguinis; fiat phlebotomia, & cætera, quæ posita sũt suprâ cap. quinto de fluxu sanguinis narium. de fluxu uentris nota, quòd fluxus superue-

E niens pleurítico, aut peripneumonico est malus, & uereitendus, ut Hipp. sexto aph. propterea nota, quòd fluxus accides, & saltem in principio, aut est propter multitudinẽ materiei cum præexistentia regulationis naturæ. & sequitur ex hoc anhelitus facilitatio, & lentescencia feb. & est significatio bona, aut est propter exuberationem materiei, præterquam reguletur a natura; immò est sicut egurgitãs, & est significatio mala. & propriè cum non sistitur per ipsum difficultas anhelitus, tristitia, feb. inflammatio; tunc fortasse superueniet mors in quarto, uel ante. quòd, si accidit in fine morbi est similiter secundum aliquem duorum modorum; aut enim materia expellitur ad hepar, & uiscera, & sequitur ipsum incolumitas; aut accidit a debilitate hepatis, & prostratione digestiue, & contentiue in ipso, & sequitur post ipsum pernitiositas, & de pleuresi de fluxu uentris dicetur in dubijs.

Q U O D S I R E S O L V T I O Quæ ita, & quæ semper omne posse medici in principio quærenda est, ut superius allegabatur, fieri non potest, quod comprehenditur; quia iam tractatis. 12. uel. 14. diebus non est mundificatus, sed dolor, & constrictio anhelitus, tussis, & huiusmodi sunt augmentata signum est, quòd materia ad suppurationem tendit; ut suprâ de signis. & tunc aduerte, quòd, si uirtus fuerit fortis, & talia accidentia per phlebotomiam, & alia remedia non fuerint multum diminuta; tunc debes expectare suppurationem, siue saniationem. si uerò uirtus fuerit debilis; tunc his stantibus non suppurationem, sed mortem expecta. unde hic nota Hipp. xv. aph. v. sectionis, quicquid ex morbo laterali suppurantur, si in quadraginta diebus purgantur, a die a qua fuerit ruptio, liberantur; si uerò non; ad tabem transeunt, aut supple sunt apti parum post transire.

C Y R A. Expedito hoc termino, ubi de collectione materiei apte sanari suspicatur, sex intentionibus est procedendum. prima ordinatio dietæ, secunda est maturatio apostematis, tertia est ingeniatio ad rupturam, quarta est absterfio & mundificatio a uiru, quinta est incarnatio, & sigillatio uulneris, sexta est correctio accidentium.

I N O R D I N A N D O Dietam sit primò aer temperatus declinans ad calidum, & hu. item stet quietus, dormiat super latus infirmum; hæc faciunt ad maturationem. ex cibis dent malua, blitis, atriplex cū oleo amygdalino recenti. item ius cicerum rubeorum cum zucch. item idem ius cum meliloto, item ius caulium, item sorbitiones ex frumento. & conceduntur in secunda mensa ficus, dactyli, poma dulcia cocta cum zuc. potus uerò sit uinum album dulce, uel aqua ficuũ. unde oportet hic mensurare calorem præter naturalem, si quis est. & ex dictis patet complementum canonis.

S E C U N D V S Completur cum rebus aggregantibus in se simul uirtutem lenificationis, & resolutionis; ut cadat maturatio æqualiter in materiam collectam. unde oportet primò cūleuibus, secundo cū fortibus, tertio cū fortioribus. procedere: nam fortia in principio in debitam faciunt maturationem. & ex his quædam exterius, quædam interius corpori applicant. de his, quæ ad intra exemplum primi; ut decoctio ficuũ, aut dactylorũ. exemplum secundi; ut decoctio horũ simul. exemplum tertii; ut decoctio ficuũ, dactylorũ, passularũ, hordei cū rob, & radice liliorũ. sed hic considera caliditatis uehementiam, aut remissionem; quoniam in his oportet procedere cum frigidioribus, & minus frigidis. ut uerbi gratia, si fuerit uehemens caliditas; tunc detur aqua hordei cum decoctione maluarum, uel iulep ipsum cum aqua hordei, uel aqua hordei cum seminibus althææ, maluæ, & hmõi. confectio trochiscorum facientium ad maturationem, & maximè quoniam non est caliditas uehemens. *R.* seminum maluæ, althææ, seminis lini alsi, farinæ fœnugræci, farinæ cicerum, succi liquiritiæ, tereniabin. ana. fiant trochisci cum mucillagine seminis lini, da cum aliquo ex potibus dictis tuo iudicio magis conuenientibus. & ex his rebus etiam fieri potest potus, item reduci ad confestionem, ut patet speculanti. quòd, si caliditas, & feb. fuerit uehemens, & uiolarum siccarum, dragaganti, amili, succi liquiritiæ, seminis citoniorum, se. citrullorum, melonis, cucurbitæ, se. maluæ, althææ, meliloti. ana. fac trochiscos cum mucillagine se. citoniorum, & da, ut suprâ, cū aqua hordei, uel aliquo ex potibus aliis. & ex his duobus exemplis

exemplis cum his quæ dicta sunt, patent multa simplicia ualentia in maturatione. unde & plurima confici possunt; ut uerbi gratia. *R.* ficuum, dactylorum. ana. \mathfrak{z} . ij. passularum absque arillis, iuiubarum, liquiritiæ mundatæ, dragaganti, gumi ara. quatuor seminum frigidorum. ana. \mathfrak{z} . iij. capil. ue. recentis. \mathfrak{z} . i. mellis, & zucch. ana. lib. \mathfrak{s} . fiat decoctio, aut syru. ad extra autem quædam sunt embrochationes; ut. *R.* maluum, althæam, fœnugræci, semen li. semen citoniorum, decoquantur in aqua, & administrentur cum spongiis, ut supra in canone de resolutione. quandoq; additur anethum, melilotum, & huiusmodi; ut materia petit, & dolor. quædã sunt lenitiones, ut lenitio facta ex oleo & cera. aliquando cum adipe gallinæ, item cum mucillagine fœnugræci, semine lini, item addendo ex seminibus dictis; ut sunt semina maluæ, althææ, item & fortius pinguedo anatis. item diacuilon absque gummis dissolutum in oleo liliorum alborum. *R.* ex mucillaginibus radicis maluæ, althææ, saulich hordei, fœnugræci, seminis lini, seminis citoniorum, aggregatum cum butyro, & modico mellis, & cum cera, oleo, & modico picis, fac cerotum, & est fortius dictis. ex emplastris fac ex althæa, mucillaginibus dictis cum farina hordei, uel frumenti, adipe gallinæ, uel anatis, butyro, dactylis, ficibus, melle, & huiusmodi. item adeps porci antiqua ualet, & fortius erit; si cum his admiscebitur galbanum. & tu describe ut opus erit.

IN COMPLENDO Tertium oportet prius considerare; si iam materia peruenit ad dubellati, quod comprehenditur ex febris, & doloris remissione, & multiplicatione grauedinis in loco: deinde si sic est, & non aliter; assumenda sunt medicamina lenitiua simul, & operatiua cum imaginatione, & modo operationis; uerbi gratia, ut est syru. de hyssopo, de prasio, loch Mes. cuius initium, loch bonum conferens hecticis, & consumptis distinctione. v. antidotarij. unde require suprascriptorum descriptiones, in quibus simplicia iam posita inuenies, ex quibus uarias conficies descriptiones, ut tux conuenit operationi. ingeniatio uerò ad apertionem apostematis ab auctoribus posita est primò tussicula parua hora post horam. quidam inducunt uomitum sed est fortius, & non ita placet. dormire super latus infirmum, deinde subito, & impetuosè mouere se super sanum, & tunc dentur sorbitiones ex farina hordei, frumenti, cicerum rubeorum, item panis bene fermentatus, item infusus in aqua mellis, aut rob, item oua sorbilia, item lac, sicut mulgetur cum pane. caue tamen febrem, & indigestionem, ut dictum est. item passulæ, & ficus sicca cum pane. item in secunda mensa graua pini cum sicibus siccis, & amygdalæ dulces à cortice mundatæ. quòd, si his modis nõ rumpitur apostema; est tunc timendum de uita ægrotantis. quare procedendum est cum operatione manuali aperiendo locum collectionis cum phlebotomo, aut cauterio, & sanies paulatim euacuetur; ne ex eius subita euacuatione, & multa sequatur syncopis, aut mors. tu etiam post hæc nota, si sanies est alba iuncta æqualis, priuata malo odore, si febr. diminuitur; si leuitas, iocunditas, appetitus ad cibum, & aliarum operationum naturalium, & spiritualium bonitas ad hanc sequitur operationem: quòd si sic; spes habenda est, & fiducia super sanitatem, nec timeas febriculam; quoniam ita paulatim eradicabitur, ut sanies euacuabitur. si uerò contraria apparuerint signa; tunc non erit spes. Hippo. uerò rupturæ huius apostematis terminum assignauit, ut infra in aphor. in quibus de hoc aliquando. 20. dierum: aliquando. 40. quandoque uerò. 60. nam sicut accidentia sunt uehementiora, aut remissiora; ita status est propinquior, aut remotior: & ita eruptio tardior, aut uelocior. unde scito, quòd remissio febris & similiter doloris aliis paribus tardata, & eorum accidentium tensio citam significat eruptionem.

PRO QVARTO Explendo aduertendum primò, quòd maximè sollicitus debet esse medicus in mundificando, & abstergendo saniem; quoniam ut Hippo. dicit si in. 40. diebus non fuerit mundificatum in phthiis transit. secundo, quòd, cum frequenter materia pleuresis per multas, aut uarias expellatur uias; debet medicus studere in mundificando eam secundum declinationem ipsius iuxta illud Senis. xxi. aphor. lib. sectionis. Quæ ducere oportet, quo maximè

A natura uergit per loca conferentia, eo ducere. nam aliquando hæc materia purgatur cum tussi per uias pulmonis, & hoc communiter. in quibusdam uerò reperit in uacuum corporis, & subintrans concuam uenam transfertur ad hepar & siquidem aut ad partem gibbosam, & declinabit ad uias urinæ, aut concuam, & declinabit ad intestina, tanquã ad locum proximiorum, quandoque uerò remanens etiam in primo loco suo facit phthiis, & alios morbos difficiles, quandoque præfocat multitudinem suam. tertio, quòd ipse canon immediatè perficitur, cum ipsis abstergentibus, mundificantibus, & lauantibus. & in genere hoc aqua mellis est laudabilior, quæ debet fieri cum maiori, uel minori commixtione secundum, quòd maior, aut minor requiritur absterfio, mundificatio, &c. habito respectu ad feb. item ad hoc aqua zucch. iulep, cum aqua hordei, cum zucch. aqua cicerum, & oxymel cum pauco aceto, item ex fortibus decoc. hyssopi cum zucch. aut syru. eius, item loch de scilla moderatum, ut patet. plurima huic proposito scripta sunt supra rubrica de asthmate, tussi &c. & tu ibi. item ad extra consimiliter ualent embrochæ, linimenta, cerotaria, emplastra, & huiusmodi. ex embrochis; ut aqua decoc. calamenti, hyssopi cum spongia. ex linimentis; ut oleum de spica, de lilio, chamemillinum, anethum, & fortius illud de ireos. ex emplastris, ut factum ex chamemilla, meliloto, spica, farina fœnugræ. hordei, sem. lini, maluæ congregatæ cum hyssopo humida, uel aliter ut placebit. et in summa nota tres conditiones, quas debent habere huiusmodi medicamina. prima, ut sint absterfio, & mundificatiua. secunda, ut sint membri, per quòd est saniei transitus confortatiua. tertia, ut sint faciliantia expulsionem factam per illud membrum. exemplum primis; ut aqua mellis, zuccha. exemplum secundi; ut hyssopus, calametum in expulsionem factam per hepar ad uias urinæ, & trochisci diarrhodò, aut mastix in ea, quæ per hepar ad intestina. quando uerò fit per pulmonem; multa habita sunt. exemplum tertii, cum ireos, carthamo; quãdo sputo purgatur: decoctio fœniculi, apii, cicerum, & similia, quando per uias urinæ: sal, baurach, carthamus; quãdo per intestina. & nota hic, quòd reperitur medicina aggregans in se omnes has tres intentiones; ut ius galli antiqui, mel, capilli uene. hyssopus, calsia, manna. & in hoc tempore cibentur cum cibus dictis in canone precedenti, ultra quos rememoro alios conuenientes; ut ius galli, pulli, gallinæ antiquæ, sorbitiones ex farina fabarum, ius caulium. item aliquando, si res expetit, cum iuribus ponatur aliquid piperis; adiuuatur enim ad mundificandum, & exiccandum. itò carnes pullinæ, hoedi, & cæteræ temperatæ, de quibus. iij. tract. ex acruminibus allium, coepe. in secunda mensa pinæ, amygdactyli recentis, poma dulcia, ut supra. sed nota declinationem materiæ; quia, cum ad intestina tendit; datur cibaria, aut cum eis administrentur, quæ uentrem moueant, & malua, atriplex, blitis, &c. cum per uias urinæ, sicut sparagi, baucia, & similia. potus sit uinum album dulce, & uinum passularum, aqua zuccha. & pro his, & dictis nota, quòd, si sanies non possit his modis mundificari; quia nec egredi, oportet transire ad operationem manualem aperiendo locum cum cauterio, aut lancera. considera.

B natura uergit per loca conferentia, eo ducere. nam aliquando hæc materia purgatur cum tussi per uias pulmonis, & hoc communiter. in quibusdam uerò reperit in uacuum corporis, & subintrans concuam uenam transfertur ad hepar & siquidem aut ad partem gibbosam, & declinabit ad uias urinæ, aut concuam, & declinabit ad intestina, tanquã ad locum proximiorum, quandoque uerò remanens etiam in primo loco suo facit phthiis, & alios morbos difficiles, quandoque præfocat multitudinem suam. tertio, quòd ipse canon immediatè perficitur, cum ipsis abstergentibus, mundificantibus, & lauantibus. & in genere hoc aqua mellis est laudabilior, quæ debet fieri cum maiori, uel minori commixtione secundum, quòd maior, aut minor requiritur absterfio, mundificatio, &c. habito respectu ad feb. item ad hoc aqua zucch. iulep, cum aqua hordei, cum zucch. aqua cicerum, & oxymel cum pauco aceto, item ex fortibus decoc. hyssopi cum zucch. aut syru. eius, item loch de scilla moderatum, ut patet. plurima huic proposito scripta sunt supra rubrica de asthmate, tussi &c. & tu ibi. item ad extra consimiliter ualent embrochæ, linimenta, cerotaria, emplastra, & huiusmodi. ex embrochis; ut aqua decoc. calamenti, hyssopi cum spongia. ex linimentis; ut oleum de spica, de lilio, chamemillinum, anethum, & fortius illud de ireos. ex emplastris, ut factum ex chamemilla, meliloto, spica, farina fœnugræ. hordei, sem. lini, maluæ congregatæ cum hyssopo humida, uel aliter ut placebit. et in summa nota tres conditiones, quas debent habere huiusmodi medicamina. prima, ut sint absterfio, & mundificatiua. secunda, ut sint membri, per quòd est saniei transitus confortatiua. tertia, ut sint faciliantia expulsionem factam per illud membrum. exemplum primis; ut aqua mellis, zuccha. exemplum secundi; ut hyssopus, calametum in expulsionem factam per hepar ad uias urinæ, & trochisci diarrhodò, aut mastix in ea, quæ per hepar ad intestina. quando uerò fit per pulmonem; multa habita sunt. exemplum tertii, cum ireos, carthamo; quãdo sputo purgatur: decoctio fœniculi, apii, cicerum, & similia, quando per uias urinæ: sal, baurach, carthamus; quãdo per intestina. & nota hic, quòd reperitur medicina aggregans in se omnes has tres intentiones; ut ius galli antiqui, mel, capilli uene. hyssopus, calsia, manna. & in hoc tempore cibentur cum cibus dictis in canone precedenti, ultra quos rememoro alios conuenientes; ut ius galli, pulli, gallinæ antiquæ, sorbitiones ex farina fabarum, ius caulium. item aliquando, si res expetit, cum iuribus ponatur aliquid piperis; adiuuatur enim ad mundificandum, & exiccandum. itò carnes pullinæ, hoedi, & cæteræ temperatæ, de quibus. iij. tract. ex acruminibus allium, coepe. in secunda mensa pinæ, amygdactyli recentis, poma dulcia, ut supra. sed nota declinationem materiæ; quia, cum ad intestina tendit; datur cibaria, aut cum eis administrentur, quæ uentrem moueant, & malua, atriplex, blitis, &c. cum per uias urinæ, sicut sparagi, baucia, & similia. potus sit uinum album dulce, & uinum passularum, aqua zuccha. & pro his, & dictis nota, quòd, si sanies non possit his modis mundificari; quia nec egredi, oportet transire ad operationem manualem aperiendo locum cum cauterio, aut lancera. considera.

IN COMPLENDO Quintum scito, quòd prius debemus administrare mundificantia, & abstergentia; deinde post incarnationem, & consolidantia. quæ autem sint ista, apparet ex dictis hic, & supra de sputo sanguinis, & infra apparebit de phthiis. reperiuntur tamen aliquando in uno eodem simplici uirtutes omnes simul; ut in lacte; ut absterfio ex parte aqueitatis, consolidatio ex parte caseitatis. sed debet lac esse recenter nullum ex animali pasto ex nutrimento exiccatiuo; ut ex fursure, melica faba specialiter, & lac asininum est subtilius caprino, & caprinum temperatiuus. de his autem magis in rubrica de phthiis. similiter aqua hordei decoctionis cancrorum fluuiialium est comprehendens has intentiones. cibi uerò consimiliter debet esse incarnationi consolidatiui. unde laudantur carnes paruuarum auium, extremitates porcorum, & arietum, castratorum, rimum cum gallinis, tri, sorbitiones ex frumento, sorbitio ex farina rizi cum lacte. & sit lac coctum cum lapidibus, ut supra, & est cibus delicatus. item sorbitiones ex farina fabarum

Dubellati
uel aldu-
bellati ara-
bibus est
exitus seu
apostema
quod colli-
git, & fa-
cit saniem
unde & a-
liquando
quædam
dum in præ-
senti loco
pro suppu-
ratione ac-
cipitur.

rum cum lacte, uel farina cicerum, uel cum amilo, item ca-
seus recens. potus sit uinum album antiquum, uel medio-
criter stypticum, & dulce est bonum eis. item aqua extin-
ctionis ferri, & aqua mineralis ferri. item aqua pluuialis.
item laudantur rob myrti, aut syrupus eius, & miua cito-
norum cum aqua masticis: & hic non negligantur excel-
lentia zucchari rosati, & administrationes eius omni ho-
ra; fortasse enim est ipsum solum medicina curans eos, &
de hoc infra de phthisi. de medicinis consolidantibus
ab extra applicandis dictum est sufficienter de sputo
sanguinis.

ACCIDENTIA uero corrigantur iuxta ea, quae dicta
sunt. quod, si non remittuntur, sed augmentantur, & uidea-
tur uirtus egredi; tunc pessimum est, & mortale. trochisci
consolidantes, & mundificantes ulcus. ℞. seminum papa. al-
bi, seminis cucurbitae, & citrullorum excorticorum. ana.
3. x. amili, dragaganti, gummi ara. succi liquiritiae. ana. 3. v.
thuris masculi, seminis canabis loti, boli armeni, san. drag.
carabae. ana. drac. ii. myrrhae, cinnamomi, opii. ana. drach. i.
fiant trochisci, dentur cum aqua hordei decoctionis cacro-
rum, ut supra. loch abstergens, & mundificans saniem a pe-
ctore, & pulmone. ℞. amygdalarum dul. & amararum, gra-
norum pini, seminum vrticis, farinae lupinorum. ana. part.
aequales, confice cum melle. plures tales medicinae mundi-
ficantes saniem a pectore, & pulmone dictae sunt in rubri-
cis de asthmae, & tussi. quae requirantur ibi, & de eis infra
de phthisi.

Restat dicere de permutatione pleuresis, quae in multas
egritudines alias conuenit permutari, ut quandoque permu-
tatur in peripneumonia, quandoque in phthisi, & sic in
malum. & permutatio in peripneumonia est secundum
alterum duorum modorum; quoniam aut materia conuer-
titur ad pulmonem, aut uirtus eius ad ipsum, cum non mun-
dificatur usque ad .40. dies. similiter permutatio eius ad
phthisi est secundum duos modos, aut mediate peripneu-
monia, aut sine eius mediatione, & proprie cum sanies acu-
ta, aut mordacitua resoluta ab eruptione apostematis est
transiens per pulmonem ulcerans substantiam eius. unde,
quando pleuresis non resoluitur, aut mundificatur in .14.
diebus; transit in empyema. quando uero non mundifica-
tur in .40. diebus a die rupturae, transit in phthisi. & de
his apho. post. postremo sciendum, quod materia pleuresis
quandoque capitur, siue rapitur sursum, & quando natura
uincit, facit crisi collectionem. s. post aures, & est signum
incolumitatis. quod, si natura non uincit, sed morbus; tunc
sequitur alienatio uigiliae, phrenesis, & sunt signa mala, &
quandoque mortalia. consimiliter aliquando ad inferiora
natura ipsa materiam propellit, & facit apostema in ingui-
ne, uel sub ascillis ad crura, pedes, & huiusmodi, & sunt si-
gna incolumitatis.

De peripneumonia. Rub. 14.

QUONIAM pleuresis, ut dictum est, quandoque termi-
natur in peripneumonia, quandoque empyema, quando-
que in phthisi; hic consequenter agendum est de cura ha-
rum dispositionum, & initium faciam a peripneumonia. pe-
ripneumonia itaque est apostema calidum in pulmonem
in principio, non saniosum. cuius causa secundum plurimum
est materia phlegmatica. & dicitur non saniosum ad diffe-
rentiam empyematis, quod est apostema in principio sanio-
sum. & dicitur secundum plurimum; quoniam a sanguine,
& cholera causari potest, ut infra in dubiis. rarissime autem
fit a melancholia; nam pulmo est membrum rarum. & ideo
cholera non potest durare ibi; quia est humor calidus, acu-
tus, subtil. ideoque non possunt diu ibi teneri; sed humor
aquosus, phlegmaticus, uiscosus, & huiusmodi bene melan-
cholia nanque propter sui grossitiam non penetrat. & Gor-
donius. Sicut pleuresis frequentius ex cholera causatur;
ita & peripneumonia ex phlegmate. unde Auic. decima ter-
tij de peripneumonia. Et peripneumonia quidem fit ab om-
ni humore; uerum plurimum eius fit a phlegmate, & causa-
ri potest ex omni re, ex qua causatur pleuresis phlegmati-
ca, de quibus causis in praecedenti rubrica. quod, si dicatur
materia phlegmatica est frigida, quomodo morbum, aut
apostema causabit calidum? patet responsio per ea, quae di-

ta sunt in rubrica praecedenti in principio de pleuresi ue-
ra. diciturque peripneumonia a pneumone, quod est pul-
mo, eo quod pulmonis sit passio. unde quidam, ut Concilia-
tor differentia. 100. eam pulmonariam uocat, & nonnulli
phlegmon pulmonis ipsam appellarunt. & ex ea quaedam
fit per uiam coegestionis; quia paulatim aggregationis ma-
teriae nutritualis in pulmone, quemadmodum & alia a-
postemata. quandoque per uiam rheumatis, materia. s. a ca-
pite descendente ad pulmonem. fit etiam successione squi-
nantiae, uel synantiae. v. aphor. ut infra successione pleuresis
ut dictum est in praecedenti rubrica in fine, & ut plurimum
& haec interficit in .12. die, nam succedens aliis aegritudini-
bus inuenit uirtutem debilem; & ideo interimit. quod, si
autem natura confortatur; facit cadere in phthisi. & hoc
uoluit Hippo. x. Aphor. v. Sect. quicumque ab angina libe-
rantur. de quo infra. item peripneumonia diuiditur in ue-
ram, & non ueram. uera, ut inquit Gal. est, quae est ex phle-
gmate. non uera est, quae est ex cholera: sed haec in dubiis.
item quae ex eis deterior est, in dubiis dicitur, & quae dete-
rior est, sauiora facit accidentia. unde quae ex phlegmate
existit, facit pulsum satis fortem propter propinquitatem
materiae ad difficultatem anhelitus, praefocationem, rubedi-
nem maxillarum, inflationem oculorum, dolorem inter
spatulas, & dolorem aggregatiuum, & non acutum in par-
te anteriori pectoris, cum tussi, & excreatione sputi spu-
mosi. quae uero ex cholera, facit fe. fortiolem, & grauitas mi-
nor sentitur, & similiter constrictio anhelitus minor, rube-
do maxillarum est intensior, & similiter oculorum inflatio
& caet. quae ex cholera, & urina tincta, egestionem, & pulsus
durus &c. & cum mundificatur in .xl. diebus, est bonum. &
quando prolongatur tempus; facit incurrere aegrum infla-
tionem pedum propter debilitatem nutritiuae, & proprie
in extremitatibus. & cum declinat materia ad uescicam; fa-
cit sanitatem necessariam.

SIGNA demonstratiua secundum ordinem. dolor in
pectore grauius, & non acutus; ut in pleuresi. pulsus un-
dosus uelox, cum mollitie, & non ferrinus, strictura anhelitus
maior, quam in pleuresi. febris acuta satis propter pro-
pinquitatem materiae ad cor. pulsatio, & dolor sub spatula
& furcula propter communitatem, & sic etiam sentitur
grauedo in extremitate cannae, & uocamentum in meri. &
dolor continuus, aut saltem apud tussim. non posse dormi-
re, nisi resupine, & si dormit super latus; uidetur, quod suf-
focetur. rubedo magis in maxillis ex uaporibus eleuatis. in-
flatio oculorum, & grauitas eorum & palpebrarum. & qua-
doque cadunt in subeth. sputum spumofum, urina spissa, ali-
quando rubea, aliquando clara.

Quod, si fuerit ex sanguine; erit illic feb. fortis, & rube-
do maxillarum notabilis, urina rubea, & reliqua appare-
bunt signa sanguinis, de quibus sepe. quod si ex materia frigi-
da, a qua est secundum plurimum, erit cum oregmone, &
sonitu in pectore, & uiscositas sputi, febris lenta, & urina
citrina spissa. pulsus secundum plurimum magnus si est cum
fortitudine uirtutis, & est aliquando cadens in medio gra-
uitas in pectore absque aliquo sensibili dolore, & lin-
gua erit mollis asperitate carens, & magnitudine saltem
in principio.

PROGNOSTICA. Quando peripneumonia fit ex pleu-
resi; aut interficit in .7. aut transit in phthisi. si materia
eius ad uias terminatur urinae; sanitatem portendit. fluxus
sanguinis narium non confert in peripneumonia, sicut in
pleuresi propter diuersitatem materierum: & quoniam ac-
tractio longinquior est peripneumonia, ut dictum est, cum
perseuerat, inflationem pedum inducit. & quando accidit
exiturae apud mamillas, uel illa loca, & aperiuntur; euadit
de prognosticis lege aphor. in fine.

CURA. Et, antequam procedatur ad curam eius; scito
primo, quod peripneumonia terminatur, ut pleuresis, quia
aut resoluitur, aut suppuratur, ut supra de pleuresi per ap-
plicationem medicaminum nimium calidorum, aut permu-
tatur. secundo, quod cura eius est similis cura pleuresis. un-
de Auic. decima tertij de cura eius. in cura peripneumo-
niae curritur cursu pleuresis. tertio, quod ea, quae administra-
tur in cura eius, debent esse fortiora, & magis profundan-
tia

tia his, quæ administrantur in cura eius pleuresis; propter quod acetosa in ea sunt minus suspecta, & magis necessaria. quartò, quòd in studio, ut supra de pleuresi debemus studere, quantum possumus, ut materia resoluetur, & tussis educatur, & quæ ad saniam non deueniat; quia sanies, ut supra de pleuresi est nimium suspecta; immo rupto tali apostemate iam saniato efficiuntur phthifici necessariò. canones ita seruentur.

Ordinatio diætæ, ut materia expetit cholericæ scilicet, aut phlegmaticæ, ut in de pleuresi. diuersio cum phlebotomia saltem in principio materia existente in fluxu, & basilica partis contrariæ, quæcunq; materia fuerit, vel ventosis naticis, & alibi, ut videbitur cum scarificatione. & hæc omnia iuxta virtutis tenorem, ut supra.

Digestio fiat cum æquantibus materiã iuuantibus ad educationem eius per sputum, de quibus ad plenum in de pleuresi. & tu ibi elige, ut materia expetit: nã in summo studio stude ad eius educationem subitam, & resolutionem.

Euacuatio si fuerit sanguinea; in principio à parte contraria, deinde si virtus tolerat; vsq; ad quatuor dies, vel circa ex eodem. quæ, si videris non posse facere secundationem propter debilitatẽ ægri, & cõprehenderis cum ad ægrum vocatus eris, si potes, fac in principio cum diuisione maiore euacuationem, quàm fecisses, si potuisses secundare phlebotomiam. quæ, si fuerit ex alio humore; euacua, ut supra de pleuresi. & nota, quæ veter talium semper debet esse largus; idèq; studeas in enematis, suppositoriis, & huiusmodi. laudatur in phlegmatica cochia cum agarico, item turbiti præparatum cum syrupo uiol. aqua mellis, vel decoctionis liquiritiæ, & huiusmodi. in cholericæ uerò cassia cum thamarindis, aut manna cum rhabarbaro cum his syrupsis, vel decoctionibus applicanda exterius, eligantur ex dictis de pleuresi, & de asthma. similiter accidentia corrigantur, si quæ uenient, ut de pleuresi dictum est.

De empyemate.

Rubrica. 15.

EMPYEMA est collectio saniei in concauitate pectoris secundum plurimũ contingens. cognoscitur aut per sputum saniosum, ut dicitur. propter quòd quidã dixerunt, quæ empyema est passio, in qua sanies excreatur. & dicitur empyema græcè; latinè collectio in pectore. Simon Ianuensis, & dicitur secundũ plurimum; quoniam aliquando accidit aggregatio saniei, aut effusa ad ipsum pulmonem, aut ad panniculos pectoris. unde aliqui reperitur materia talis in altero laterum tantum, aliqui in utroq; & hic nota, ne decipiaris; quoniam aliquando phlegma ipsum saniei assimilatur, & ex hoc multi iudicant, & malè empyicum esse, qui non est. tres adinueniunt differentias habent; nam sanies super carbones proiecta foetet; phlegma non. secunda, quæ si sputatur in aqua; phlegma supernatat leuitate aeris, & sanies grauificata descendit. & hic sis sollicitus, quòd, cum hoc comprehendere uolueris; facias sputum cum uirgula diuidi; ne sanies impediatur à descensu propter viscositatem phlegmatis. tertia, quæ cum sanie est macies corporis; cum phlegmate uerò stat crassities. item nota, quæ semper sanies apparens in fundo non significat semper empyema, & similiter etiam neq; est sufficiens signum significans super phthysim; ut in sequenti rubrica. unde ex hoc deluduntur quoniamque medici iudicantes empyicum esse phthysicum: unde iudicant ægritudinem incurabilem, & mundificata sanie curantur quidẽ, postea est eis ignominiosum. & idè considerent signa phthysis, & empyematis diligenter: nam, si pulsus est ordinatus; & tardus; non est ibi phthysis, ut puto. scito tamen, quæ, si non mundificatur sanies; eius mora corrodingo pulmonem erit causa phthysis.

CAUSA. Fit empyema aliquando successione pleuresis, aut peripneumonix, aut squinantix materia eorum ad concauitatem pectoris, aut in substantiam pulmonis, aut velaminum propulsa. fit & quoniamque per viam defluxus catarrhi ad ea loca, in quibus materia remanens diu non potes per scretum sui viscositate, aut quantitate, aut uirtute debilitata, aut aliter educi, vel quomodolibet resolui supercalefit præternaturaliter, & tandẽ in saniam conuertitur. quoniamque fit à causa extrinseca, ut vulnere factò in pectore, & sanguine descendente in loca dicta, & putrefacto ipso. scias, quæ

A deterior est, quæ ex vulnere pulmonis propter causas assignatas in dubiis infra, & supra de sputo sanguinis & infra de phthysi. agnosce secundo, quæ empyema aliquando terminatur; ut peripneumonia, per vias urinx, aut secessus: & ambæ istæ terminationes sunt laudabiles. Auicem. & in iuuenibus dolor est periculosior, quàm in decrepitis propter uehementiam sensuum; quoniam uehementius à dolore patiuntur: in decrepitis uerò empyema periculosior est, quàm in iuuenibus propter debilitatem cordiũ, & ubi est collectio, sentitur pondus, & grauitas. quòd, si fuerit in uno latere tantum, & æger se ponat super aliud; sentit pondus cum suspensione, & quando super ipsum iacet; sentit se manifestè supercalefieri. & si collectio fuerit extra pulmonem, & velamina; non necessariò sequetur febris. immo ut plurimũ est sine febre. & est maior de nocte, quàm de die, & habet maxillarum rubedinem cum calefactione manuum, & pedum, & tussim cum falsa quiete, & aggrauatione post cibum. sis nanque in his ex Auicem. & alijs magis sollicitus studere, & si ex modo decubitus compræhendatur locus sanieis tamen ponitur alius modus, qui ponitur propter illos, qui uolunt procedere ad incisionem. & etiam intingatur filum cum bolo, & ligetur pectori; & ubi citius deficcabitur, erit minera saniei.

SIGNA Demonstratiua sputum saniosum, febris lenta maior de die, quàm de nocte, rubedo maxillarum, calefactio manuum, & pedum, tussis cum falsa quiete, aggrauatio post cibum, pondus, & grauitas in altero laterum, & in utroq; si in ambobus collecta fuerit sanies.

PROGNOSTICA non aliter, quàm in aphor. & sit tibi menti, quæ non omne sputum saniosum est signum phthysis.

CURA. Pro cura eius sciendum in generali, quæ materia saniosa aut est multa, aut est pauca. si multa, & uirtus est fortis; tunc curabitur per scretum, uias urinx, secessum, & huiusmodi: sed debilis; interficiet suffocando cor, aut transeundo ad uias anhelitus. si uerò fuerit pauca cum uirtute forti; citò ex scretu curabitur. si cum debili; poterit mundificari in xl. diebus, quos si pertransit; in phthysim conuertetur. & hic sis cautus, quoniam communiter ueniunt infirmi, qui passi sunt. xl. diebus, & ultra tussim cum sputo sanioso non cognoscentes se fuisse empyicos; sed frigiditati aeris conscribentes dicentes se uelle curari ab hac tussi, qui uerè facti sunt phthysici ob negligentiam, & ignorantiam. in quæ duo non raro cadunt medici aliqui, & ego uidi plures. sis itaque studiosus in compræhendendo principium eius, ut interrogando, quando primò sentit dolorem, si rigorem, si punctiõnem, si calorem sentit tempore primi doloris: considera. canones. ordinatio diætæ, secundus diuersio, tertius digestio materiæ antecedentis, quartus euacuatio eiusdem. quintus est maturatio, si materia nõ est completè matura. sextus eruptio apostematis. septimus abstersio. octauus consolidatio. nonus perforatio, vel cauterizatio, quæ aliquando est necessaria, præcipuè cum ad alios curæ non est spes.

Diætã ordinetur, ut materia expetit. & iam multa sunt in præcedentibus rubricis de peripneumonia, pleuresi, asthma, tussi, & huiusmodi, ad quos recurras.

Diuersio fiat maximè in principio ad prohibendum magnitudinem apostematis cum phlebotomia. quòd, si fuerit ex sanguine, vel mixta sanguini; fiat maior, quàm si fuerit ex phlegmate tantum. quòd, si transuerit principium, & iam materia collecta fuerit, aut successione pleurix, uel squinantix successerit; tunc intende digestionem materiæ antecedentis, curationique eius, deinde ad maturationem apostematis, & eruptioni eius. quòd, si fuerit ruptum; intende mundificationi, & abstersioni, deinde consolidationi ulterius. quòd, si hac uia cura uidebitur possibilis; transeas tunc ad nonum, & perfora, vel cauteriza, ut dicitur. hic uisus est processus rationalis, inquit Gal. se in somnis uidisse, quæ phlebotomia inter indicem, & pollicem multum prodest peripneumonix, similiter de saphenis. & aliqua pro complendo has intentiones, & breuia subscribam. de diuisione, digestionem, euacuationem, iã ex dictis patet, quid agendum. de maturatione apostematis iam tandem dictum est in de pleurix. sed tamen nota emplastrum maturatiuum

Empyema græcis latinis pulseta excreatio, ac suppuratio uocatur.

tiuum cum alio regimine. R. maluauscum, ficus siccas, farinam hordei cum pinguedine galline, uel anatis, & fac emplastrum. quòd, si fortius uolueris; adde stercus columbinum maximè cum es apud eruptionem. item fac ipsum dormire super latus infirmum, ut supra. & tu multa talia habuisti de pleurisi, peripneumonia, tussi, & asthma. & cognosces, quando maturatio est necessaria, quando simul cum materia saniosa educetur aliquid sanguinis, aut alterius humoris nondum digesti. & eo tempore utere cibi: ad hoc, ut pane infuso in aqua ouis sorbilibus, sorbitionibus farinæ hordei, ciceris, fabarum cum melle, & zuccha. oleo amygdalarum, & huiusmodi, ut dictum est, de pleurisi. sed semper considera calorem præternaturam; quoniam secundum intentionem, & remissionem eius oportet & alia, quæ administrantur; moderari.

Cum ergo peruenit tempus eruptionis; oportet non tardare; quoniam dimissio ipsius efficit ægrum prauum, & male proportionatum. Auic. & tunc detur syru. de hyssopo, & applicentur medicamina fortia, tussiat, ut supra de pleurisi dictum est. & tu ibi. confert, & iacere super latus infirmum & uomitus laudatur; sed in hoc casu ipsum timeo, ne in suffocationem terminetur. item laudatur theriaca, mitridatium maximè quando non adest feb. sed hæc non possunt sic, nisi à perito medico exhiberi.

Abstersio fiat cum eis, quæ dicta sunt de peripneumonia & pleurisi. sed hic laudatur aqua mellis, decoc. hyssopi aut radices ireos, & scordeon, idest, allium syluestre est uehementis iuuamenti. Auic. item laudatur loch de scilla, oxymel scilliticum; sed tua interest moderari propter acetum addendo in melle, & diminuendo in acetum.

De consolidatione nil aliud, quàm quod de pleurisi dictum est, ubi de consolidatione. tu ibi.

De perforatione, siue cauterizatione scito, quòd multi conueniunt in hanc sententiam, quòd fieri non debet perforatio, nisi quando casus ex aliis est omninò desperatus, & tunc fit incisio secundum incessum costarum, & exinde egretur sanies, & trahitur ad extra cum instrumento exiccante, quòd in uulgari nostro uocatur schizarolo: est enim instrumentum, quo domini chyrurgici impellunt liquorem in uulnera fistulosa. deinde utimur mundificatiuis consolidatiuis quæ relinquo deinde operatoribus. uidi meo tempore expertissimum physicum simul, & chyrurgicum aggredi hunc modum curæ, & in iuene benè forti, & non successit; imo moriebatur iuuenis. locus autem ubi debet fieri incisio per signa de filo, manifestatus est, & fiat extractio saniei paulatina, & non multa subito. quidam præsumunt magis super cauterio timentes, ne ex incisione incidatur uena aliqua, sed hoc est quid uoluntarium. considera.

CYRA. Si fuerit empyema ex catarrho; oportet attendere ei, & diuertere ipsum, & sistere, ne fluat ad pectus. cum quibus hæc fiant, iam habitum est de catarrho.

CYRA. Si causa extrinseca, & sanguis aliquis emanauerit adhuc ex uulnere; fiat phlebotomia ex eadem parte ægro existente forti ex nigra, uel uentosatio in naticis, & procedunt, ut dictum est. sed, si dubitatur ex uulnere facto in pectore, ne quis transeat ad empyema; tunc fiat phlebotomia, ut dictum est in principio ex latere diuerso; deinde apponantur repercussiuæ, & prohibitiua generationis saniei ut inungatur pectus ex oleo ros. cum puluere sandalorum, myrti, camphoræ, & huiusmodi. & gargarizet syr. ros. cum camphora, sandalis, myrto, & huiusmodi, cum brodio, aut absque secundum uirtutis constantiam. & tua interest discernere. sumat trochiscos de carabe, trochiscos stellæ. ite bibat uinum nigrum, in quo sit aliquid stypticitatis cum duplo aquæ, & sic de aliis. si successione aliarum ægritudinū; fiat, ut dictum est. postremò scire uelis, quòd super omnia debes considerare principium talis suæ ægritudinis; quoniam uidere debes, si fuerunt pleuritici prius, si peripneumonici, & huiusmodi; quia pleuritici non curati per sputum, uel alio modo sensibilibus in. xiiij. diebus, maximè de materia cholericæ, cuius terminus est. xiiij. terminantur in empyema, ut quinta aphor. aphor. x. item, si quis fuerit pleuriticus, & non curatus, & conuersus sit apostema ad empyema, & post. xl. dies factum sit apostema, quòd comprehen-

ditur ex rigore superueniente, dolore magis aggravante, & à die rupturæ steterit per alios. xl. dies in quibus non fuerit curatus, in phthisim transiit, in. v. aphor. aph. xvij. qui tunc erit curandus cura phthisis.

De phthisi.

Rub. 16.

PHTHISIS est consumptio corporis, siue humiditatum naturalium eius ab ulcere pulmonis cum hectica caliditate causata. ubi notandum, quòd hic describitur phthisis propriissimè dicta; nam communiter accepta, & est acceptio uulgarij, phthisis est idem, quod corporis consumptio, quomodocumque fuerit illa, aut à quacumque causa ut. iij. aphor. commento. x. & sic omnis hecticus est phthisicus, & econuerso. aliquando capitur pro consumptione corporis, ut supra, ab ulcere causata siue absque feb. siue cum feb. siue ab ulcere pulmonis, siue ab ulcere pectoris, aut uelaminum. tertio capitur phthisis pro macie quadam consequente tussim quandam catarrhalem siccam à catarrho subtili, ad quam consequitur anhelitus difficultas. quare pulmo non dilatatur; unde cor non euentatur, & supercalefactum amplius debito consumit humiditates. & hæc assimilatur asthma, & cura est uena. & de hac Auic. decima tertii de uulneribus pectoris, & pulmonis in fine. quarto sumitur pro quadam macie, siue extenuatione corporis naturali inclinata ad uerissimam phthisim, ut differentia. cxciij. in quam inclinati sunt cerebrum habentes debile, collum longum, & gracile, epiglottum foris, eminentes humeros ad alarum similitudinem eleuatos, quos Auic. alatos uocat, pectus strictum, & à carne nudum, pulmonem uentositatibus plenum, crura tortuosa, quos frequenter, & fere gratis tulsicula inuadit cum punctura spatularum, & mamillarum, & maxime si fuerint cholericis, & facile irascentes. & rediens ad descriptionem positam assero eam sic acceptam intelligere Mes. dum inquit. Phthisis est detrimentum cadens in corpus desiccatum, & consumptum ex calore febrium adurentium minutarum cum ulceratione pulmonis. propter quæ sciendum, quòd, cum pulmo est ulceratus non potens debite cor euentare etiam à caliditate, quæ ad ipsum mittitur cum fumis saniei; supercalefit ipsum cor præter naturam. quare deinde sanguinem arterialem, & spiritus præternaturaliter supercalefactos supra membra mittit, quorum humiditates naturales à tali caliditate non naturali consumuntur, & in eis caliditas ipsa habituatur per continuum incrementum eius in eo. & sic capitur consumptio, & hectica propter ulcus ipsum. sed hic nota, quòd non omne ulcus tale pulmonis est sufficiens causa ad hos effectus complendos specialiter ad inducendum feb. quoniam ad hoc, quòd sit tale, requiritur, quòd sit magnum cum sanie multa, & in substantia pulmonis; quoniam pulmo est ipsius subiectum, quemadmodum cor se. & si in peripneumonia rumpitur apostema, & ibi sit sanies, non tamen causatur phthisis necessario; quoniam apostema illud ruptum est in uelamine magis, quàm in substantia. item talis sanies, quæ est ex ulcere pulmonis, non habet exitum nisi cum tussi. unde etiam accidit aliquando, quòd ulcus est paruum cum pauca sanie, & sic non facit &c. aliquando est magnum cum pauca sanie, & sine crusta mala, & sic non facit feb. uerbi gratia, quando per ingrossationem humiditatum resudantium à labiis uulneris prohibetur ulceratio ulterior, & fluxus sanguinis, & specialiter pro certo tempore, ut pro uno anno, uel circa, & tunc causatur crusta, quæ non est mala, & talis cadit infra spatium anni, uel circa, & de nouo postea egreditur aliquid sanguinis deinde causatur crusta, quæ durat, ut supra, & cadit, ut dictum est, & sic procedit per multos annos. unde sic contingit quosdam phthisicos, qui tamen non sunt ueri phthisici pluribus annis uiuere, & de horum numero fuit mulier, de qua Auic. xiiij. allegato capi. dixit ipsam sic phthisicam. xxiiij. annis superuixisse. & Gentilis recitat se uidisse mulierem phthisicam. xij. superuiuere, cui omni anno reuertebatur sputum sanguinis. aliquando uerò ulcus est magnum cum crusta maligna propter humorè continuè corrodentem quia adustum, uel per adustionem genitum, uel quia est humor alius, cui humiditas acuta associatur; ut in phlegmate falso, & tunc in his continuè procedit corrosio, & generatio saniei. & sic sequitur feb. hectico, ut dictum est. hic etiam scito.

scito, quòd, cum phthisis accidit cholericò, aut melancholico; citò interficit, & citius in cholericò. in phlegmatico uero, & sanguineo tardius, & diutius uiuunt; quandoque tamen protenditur à iuuentute ad senectutem. Auic. ex quibus infertur, quòd aliqua est phthisis propriissimè accepta de qua posita est descriptio. alia uerò improprie dicta, de qua posita est aliquis notificatio. & hæc phthisis consueuit accidere quasi semper à .xxviiij. usque ad .xxxv. annum uerè Hippocr. Aphor. v. Aphor. xj. quoniam tunc calor est potèntior, & pulmo mollis aptus faciliter corrodi. de hoc in dubiis. & dictum est consueuit; quoniam rarò accidit pueris, & senibus. & si cadat interdum senes in illam; occultari potest in eis, & diu uiuere cum illa. uiris autem, & mulieribus frequenter accidit, & proprie paratis cadere in ipsam, & rarò occultatur eis. unde mulieribus occultatur interdum licet parum; quia ad hoc iuuat earum humiditas, quæ aliis paribus non est sic acuta, ut in uiris. item ocium, siue quies. item quandoque occultatur in pinguibus, & carnosissimis; tamen, quòd phthisis in pueris usque ad .xiiij. annos, & ultra usque ad iuuentutem facilius curatur; quoniam in eis uirtutes naturales sunt fortiores, quarum operatio est restauratio, & consolidatio. secundo eorum membra sunt meliora, & magis consolidabilia. tertio quia resolutio est conformior; quia sunt euaporabiliore, & sic restauratio possibilior, & facilior. in senibus autem si accidat; non uideatur posse sanari propter causas oppositas. accidit autem magis in tempore autumnii: unde .iij. Aphor. Autumnus tamen malus, & in eo tempore ut plurimum moriuntur, & præcipue circa finem eius. accidit & maximè in constitutione boreali frigida, & sicca. differt phthisis ab empyico; quia in phthisico pulsus est inordinatus, & frequens propter inæqualem effemationem, & continuam. item differt in aliquo; quoniam phthisici anhelitus est foetidus, non sic empyici.

Vlcera pulmonis non ita facilius curantur, quemadmodum illa pectoris propter sex causas. prima, quoniam uenæ pectoris sunt minores; & ideo minus uulnus, quod aliis partibus citius curatur. secunda, quia partes pectoris sunt duriores; & ideo difficilius procedit in eis ulcus. tertia, quia uirus in eis non remanet, sed ad fundum cadit. quarta, non mouentur, quemadmodum partes pulmonis, & motus impedit consolidationem. quinta, quia partes pectoris sunt magis carnosæ; ideo citius curæ susceptibiles. sexta, quoniam pulmo pluribus repletur humiditatibus. unde uirtus exiccatiua minuitur, & ex consequenti consolidatio. ex quo patet, quòd difficilius curæ est phthisis ex ulcere pulmonis, quam ipsa ex ulcere pectoris. sed hic nota, quòd oportet hoc correlarium modificare; nam ulcerum pulmonis quædam sunt in substantia ipsius pulmonis, quædam in canna eiusdem. unde tenendum, quòd absolute aliis partibus, quæ sunt in substantia pulmonis, sunt difficilius curæ; sed quæ sunt in canna, sunt longè citius curabiles his, quæ sunt in substantia eius. sed de his, quæ sunt in canna, quædam sunt in parte carnea, quædam inter anulū, & anulū canna, quædam in parte cartilaginosa. quæ uerò in parte carnea, facilius curantur, & de his locutus est Auic. decima tertij allegato capitulo cum inquit. Et hæc quidem infirmitas recipit omnem curam; cum est in principio. cum uerò est in parte anulari, siue cartilaginosa; non recipit curam. unde Auic. allegato loco. In cartilaginibus ipsis non recipit, supple curam. unde in ulceribus cannae remedia melius applicantur, & canna non habet motum, ut pulmo aut pectus; ideo considera. & consimiliter, quæ sunt in parte carnea panniculi consolidantur, & præcipue in principio; sed, cum antiquantur, & penetrant; non sanantur. si uerò ulcera fiant in parte neruea; non recipiunt curam. ex quibus comprehendere, quòd multi medicorum decipiuntur asserentes scire se phthisicos curare; cum quatuor, uel quinque curauerint non percipientes membra, siue loca ulcerata, quorum alterum curam, alterum uerò non recipit. ideoque ex his omnibus bene considera.

CAUSAE. ex causis uerissimæ phthisis quædam sunt ab alio, uel aliis membris pulmoni communicata, quædam sunt in substantia ipsius pulmonis orta. exemplum primi; ut est

A catarrhus corrosiuus, acutus, mordaciuus, aut putrefactiuus, siue sit ex cholera, siue sanguine, siue ex phlegmate salso, aut sanies huius generis currens ex alio membro ad pulmonem ab ulcere pectoris, aut membri uicinantis; ut sunt apostemata gutturis, aut oris cum aperiuntur, & sanies in pectoralia descendit. consimiliter & in pleurisi iam sania materia non curata pleurisi, ut supra. item saniositas materiae peripneumoniae, quæ iam præcessit. item sanguis putrefactus, qui uenam egressus est ex aliqua iam dictarum causarum in de sputo sanguinis. item retentio sanguinis menstrui, aut hæmorrhoidalis, & uapor corruptus ascendens ad pulmonem. item ex causa extrinseca sanguinis ad ipsum fluens ut in uulnere cum ense, uel gladio. item nimia caliditas rumpens uenas; ut aer uentosus, longa mora in cauernis mineralium, & iuxta fornaces, ubi funduntur metalla, & operari cum argento uiuo, & omnia similia, quæ lædunt, & stringunt pectus, & pulmonem; & sicut aer autumnalis, & similia. exemplum secundi, quando materia nutrimentalis remanet in partibus pulmonis non regulata in eo ob debilitatem caloris naturalis; unde putrefit, & putrefacta quem admodum aliis accidit membris. de causis autem non ueræ aut communiter dictæ quid dicendum sit, patet ex iam superius dictis.

B SIGNA demonstratiua, & maximè ueræ feb. ingerens, siue assidua, in die tranquilla, in nocte molesta, calefactio post cibum, genarum rubedo, oculorum profundatio, carnis diminutio, & in hoc differt ab empyemate, ut supra; tussis, & maximè infestans in aurora, sputum saniosum, cuius saniositas comprehenditur per signa posita in præcedenti rubrica, dolor sinistra spatulae usque ad humerum, & signum familiare est secundum quosdam constipatio uentris, debilitas appetitus, foetor anhelitus, & in sputo, & sputum ad falsedinem declinat maximè; quando phthisis est ex catarrho corrosiuo, & color fit eis plumbinus, & extremitates inflantur maximè pedes, & quandoque extremitates incuruantur; ut ungues, & capilli cadunt, & reliqua signa hæctica apparent, ut primò de interioribus quinto capitulo. quòd, si fuerit à partibus cannae; dolor erit in medio colli, & in parte superiori. quòd, si fuerit ulcus in pulmone; læduntur à quocunque aere excedente, siue calidus fuerit, siue frigidus. item tussis est magna molesta. item non potest iacere in aliquo latere, dolor spatulae sinistrae, & mamillæ sinistrae. quòd, si fuerit in reliquis partibus pectoris; ut à diaphragmate; dolor est inferius magis, exspiratio mala, sputum paucum, & est periculum maius ex ea. quòd, si fuerit à pectore; dolor est magnus & magis extra & magis molestatur una hora, quam alia. item filum intinctum, ut supra de empyemate exiccatur citius, ubi erit ulcus, & minera.

C PROGNOSTICA. Si fuerit ulcus in parte anulosa; non recipit curam; sed, quando est inter duos anulos; curari potest; ut supra de squinantia. quando fuerit ulcus corrosiuum, & profundatum saniosum; cura est impossibilis. & addit Gordonius. nisi cura Gal. i. interiorum, qui multos curauit, quorum nullus euasit. phthisis antiqua non recipit curam. inquit filius Zachariae Rasi. Vlcera pulmonis cum non sunt chronica, sed adhuc ex sanguine egrediatur aliquid cum tussi; curari possibilia sunt. Mel. Quando phthisici sputum cadit super carbones, & fetet; expeditus est; & debet odor esse, sicut carniū assatarum. si sputum cadit ad fundum aquæ expeditus est. sed uide, ne decipiaris ex sputo; & ideo lege supra de empyemate. quòd, si fuerit in medio stans; est signum præparationis ad confirmationem. signa appropinquationis mortis sunt casus capillorum, prostratio appetitus, difficultas anhelitus, retentio sputi, fluxus uentris, inflatio tibiæ, & pedum. & ut plurimum phthisici expediuntur; cum folia cadunt ab arboribus. caue in prognosticatione; quoniam phthisici loquendo moriuntur, & moriendo loquuntur. Hippoc. de morte festina. Si quis phthisicus habebit super spatulam granum, sicut faba moritur post .liij. dies.

D CURA. Ad curam accedens præmitto, ut alias sæpe quædam, quæ à medico sunt maximè contemplanda; ne in promissionibus suis deficiat: multi etenim ad pauca respicien-